CODICES COPTICI

VATICANI BARBERINIANI BORGIANI ROSSIANI

TOMVS I

CODICES COPTICI VATICANI

RECENSVERVNT

ADVLPHVS HEBBELYNCK

VNIVERSITATIS CATHOLICAE LOVANIENSIS RECTOR HONORARIVS

ET

ARNOLDVS VAN LANTSCHOOT

CANONICVS REGVLARIS PRAEMONSTRATENSIS

BIBLIOTHECAE VATICANAE SCRIPTOR

IN BIBLIOTHECA VATICANA

MCMXXXVII

BIBLIOTHECAE
APOSTOLICAE VATICANAE

CODICES MANV SCRIPTI RECENSITI

IVSSV

PII XI PONTIFICIS MAXIMI

PRAESIDE IOHANNE MERCATI

S. GEORGII IN VELABRO CARD. DIACONO

S. R. E. BIBLIOTHECARIO

ET SCRINIARIO

EDI LICET:

E Civitate Vaticana, die 6 mensis martii an. 1937.

† Fr. AUG. ZAMPINI, Ep. Porphyreonen.
Vic. gen. Civitatis Vaticanae.

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

PIO · XI

PONTIFICI · MAXIMO

ANNVM · OCTOGESIMVM · COMPLENTI

FELICITER

CONSPECTUS VOLUMINIS

PRAEFATIO

Bibliothecae Apostolicae Vaticanae duplex est praecellens codicum copticorum series: altera, quae proprie dicitur Vaticana, in ipsis aedibus Vaticanis inde a saec. XV exordia sumpsit, altera, Borgiana, sic nuncupata a cardinale Stephano Borgia cuius cura et sumptibus codices insignes collecti sunt penes Musaeum Veliternum saec. XVIII ad finem vergente. Ex hisce pars legata est Bibliothecae Nationali Neapolitanae; pars autem anno 1806 s. Congregationi de Propaganda Fide addicta est atque, sub communi nomine Borgiano aliis aucta codicibus in eiusdem Congregationis sede iam pridem coacervatis, anno 1902 translata est in Bibliothecam Vaticanam. Exstant praeterea in eadem Bibliotheca duo codices coptici inter Barberinianos et duo fragmenta inter codices Rossianos. Demum, documentis quibusdam papyracaeis copticis ditata sunt tum Vaticana series cum Borgiana; eadem describentur ad calcem Catalogi partis alterius codicibus dicatae Barberinianis, Borgianis et Rossianis.

In hac autem Catalogi parte soli recensentur codices Vaticani; hisce enarrandis praemittimus brevem eorumdem historiae conspectum et leges quas in iis describendis secuti sumus. Ut ex indice rerum brevi patebit, haec codicum series commendatur codicibus biblicis, liturgicis, homileticis et philologicis; liturgicos autem codices prae caeteris enucleate tractandos duximus ut eorumdem studium ad artem et ad praecepta revocatum pro viribus foveremus. Ad emendanda et addenda animum diligenter intendat benevolus lector.

Laeto fungimur munere gratias persolventes plurimas Eminentissimo cardinali Eugenio Tisserant qui, cum in Bibliotheca Vaticana munus gereret scriptoris pro linguis orientalibus atque Bibliothecae propraefecti, in elaboranda descriptione codicum 1-16 partes haud exiguas benigne assumpsit cuiusque iuvamina nunquam nobis defuerunt longos per annos quos Catalogo exarando et typis mandando impendimus.

Gratitudinis etiam reverens praestamus obsequium Eminentissimo Iohanni Mercati, S. R. E. cardinali bibliothecario qui olim, Bibliothecae Apo-

stolicae praefectus, nobis auctor fuit ut Catalogo codicum copticorum conficiendo operam daremus quique, sicut Reverendus admodum Dominus Anselmus M. Albareda, O. S. B., hodie Bibliothecae Vaticanae praefectus, perutilia nobis subministravit subsidia.

Viri doctissimi Georgii Levi Della Vida, litterarum arabicarum peritissimi, libenter benevoli recordamur auxilii quod in rebus arduis enodandis nunquam nobis defuit.

Kal. febr. MDCCCCXXXVII.

DE HISTORIA CODICUM VATICANORUM COPTICORUM

Codicum Bibliothecae Vaticanae copticorum primam prodit memoriam codex Vat. lat. 3947, an. 1481 confectus [1]; ibi, f. 89, tria haec recensentur volumina inter codices in secunda capsa quinti banchi [2] asservatos, scil.:

Missale littera egyptia Cophitu cum glossa Arabica ex papyro [3].
Missale Cophitu cum glossa Arabica ex papyro [4].
Missale Cophit ex papyro [5].

In codice Vat. lat. 7136, tempore Iulii II (1503-1513) conscripto, sex saltem occurrunt codices coptici, notis 305, 306, 307, 326, 332 et 336 signati; ita autem enarrantur ff. 93ᵛ-96 (olim 540ᵛ-543):

In quinta Capsa i(m)mediate sequenti: | externe | Barbaricę linguę varię v(idelicet)...

305. Liber Cui p(rę)scriptu(m) e(st) i(n) p(ri)ma pagina: Missale | l(itte)ra ęgyptia Caphitu: cu(m) glossa arabica. est | aut(em) liber gręcis characterib(us) ex maxima par|te: q(ui)b(us) alique et(iam) Chaldeę l(itte)rę intermixtę | videntur: E(t) Ego integru(m) lego gręcis l(itte)ris | εὐαγγέλιος: ἀπόστολος: et similia multa. | su(n)t aut(em) ei circu(m)positę p(er) singulas paginas ara|bicę quędam glossulę [6].

---

[1] F. 118ᵛ, sic laudatur: *Notatio omnium librorum | Bibliothecae palatinae Sixti Quarti Pont. Max. | tam qui in banchis quam qui in Armariis et capsis sunt | a Platyna bibliothecario et Demetrio Lucense | eius alumno custode die xiiii. mensis septemb*(ris) | *M.CCCC.LXXXI. facta. Ante vero eius decessum | dierum octo tantummodo.*

[2] De situ illius banchi, cf. J. W. Clark, *The care of books*, Cantabrigiae, 1909, p. 216.

[3] Vat. copt. 42; titulus antiquus in f. 2.

[4] Vat. copt. 20; deest quidem titulus ille antiquus in codice sed identitatem prodere videtur nota 306 (vide infra).

[5] Vat. copt. 17; caret codex titulo antiquo at identitatis indicium subiicit nota 307 (vide infra).

[6] Vat. copt. 42; nota antiqua 305 in f. 2.

306. Liber Cui p(rę)scriptu(m) e(st) in prima pagina: Mis|sale i(n) l(itte)ra egyptiaca. Sed est eodem pacto | q(u)o sup(er)ior: liber ex maxima parte gręcis cha|racterib(us): cu(m) arabicis glossulis circu(m)positis: in | cui(us) principio: i(n) rubrica v(idelicet): Ego integrum | lego gręcu(m): *καταπέτασμα, γρηγόριος ὁ ἱερεὺς* | *ἐπίκλησις.* ac postmodu(m) ei(us)modi multa. | et e(st) i(n) eo dialogus q(ui)da(m) in q(u)o interloquutores presb(yte)r et diacon(us)[1].

307. Liber Cui pręscriptu(m) e(st) in prima pagina: Mis|sale: Cophyto, cophye, et arabico. Est aut(em) | eade(m) lingua et characterib(us): q(ui)b(us) duo sup(e-r)iores: | cu(m) glossulis similiter arabicis circu(m)positis: In | q(u)o integra gręca ad p(ri)ncipiu(m) lego: *μυστήριον, θυ|σιαστήριον, θυσίαν, ἐμοῦ*: et similia multa. ut | *ὁμοούσιος, ὁ ἱερεὺς: ὁ διακών, παντοκράτωρ* et *προσεύξασθε*[2].

326. Libelli arabici plurimi simul: dissoluti: sine | tabulis et le(m)mate: in intimo capsę angulo collo|cati p(ro) abiectis: inter q(uo)s duę tantu(m) inveniun-t(ur) | inscriptiones: s(cilicet). vitę p(at)rum et liber medicinę | i(n) arabico. Iis aut(em) s(u)nt etia(m) intermixti aliq(ui) li|belli li(n)gua sup(er)ius explicata: h(abe)nte l(itte)ras ut plu|rimu(m) gręcas chaldeis mixtas: cu(m) arabicis glossu|lis, et in p(ri)ncipio: ac rubricis cęteris: si(mili)t(e)r arabicis i(n)script(i)o(n)ib(us)[3].

332. Libellus ex p(ri)ncipio arabic(us): v(idelicet) a posteriori pa(r)|te: et deinde lingua illa quę gręcis l(itte)ris ex ma|xima parte: chaldeis et(iam) ut v(i-detu)r co(m)mixtis inscribi|tur. cu(m) arabicis inscriptionib(us) et glossulis cir|-cu(m)positis adeo q(uod) integra gręca verba plurima | inter illas lego: veluti *μονογενὴς, παντοκρά|τωρ*: et alia plura. ut *ἀκολουθία, μόναχος,* | *παραδεῖσος, σταυροφόρος, φιλοσοφία,* et | similia: ad principiu(m). *ἀπόστολος,* et *πρὸς ἐφέ|σος*: v(idelicet) pauli ep(i-

---

[1] Vat. copt. 20; nota antiqua 306 in f. 1; ibidem, inscriptio laudata. — Folium illud primum, quo (vide notam 9 et pp. 81, 82) ab anno 1686 ad annum saltem 1831 ordiebatur codex 23, e codice 20 elapsum est post annum 1533, ante tamen medium saeculum XVI siquidem, eo tempore (vide infra), in hodierno summo folio 2 recto exaratus est novus titulus praemissa nota II; ibidem dein, post annos, inscripta est nota *12*, seu nota codici propria iuxta Arch. Bibl., t. 15, f. 80 (vide infra).

[2] Vat. copt. 17; nota 307 a manu recentiore in f. I rescripta.

[3] Vat. copt. 43; nota antiqua 326 in f. 2. Ambiguus est sensus elocutionis « aliqui libelli »; sitne enim intelligenda de variis codicibus an tantum de fasciculis diversis unius eiusdemque codicis, i. e. Vat. copt. 43 qui solus ista nota signatus est, per se non liquet. Magis tamen arridet prima interpretatio. Haud temere enim coniicitur ista verba etiam referenda esse ad cod. Vat. copt. 23, qui et ipse e plurium codicum fragmentis est coagmentatus, nam reperta sunt in eo folia nonnulla, nunc in proprium locum restituta, quae codicum erant Vat. copt. 20 et Vat. copt. 54, i. e. 306 et 332 huius inventarii; unde animis irrepit fragmenta codicis 23 simul cum illis Romam advenisse, non autem saec. XVII, qua aetate eius mentio primum distincte occurrit in cod. Vat. lat. 13201, f. 268v.

sto)la. It(em) ψάλμος· λα· | ὁ ἱερεὺς: et hui(us)modi. et v(idetu)r mihi esse, mo|nachor(um) fortasse ęgyptior(um): ex aliq(u)a parte grę|cissantiu(m): lingua: cu(m) arabicis glossulis: et hoc es|se eor(um) officiu(m). Falsissim(us) aut(em) titulus huic | libello p(rę)mittit(ur): v(idelicet). Missale i(n) arabico: et glo|ssę i(n) Chaldęo: ut caeteras om(ne)s sup(er)ior(um) libror(um) | inscriptiones esse m(en)daces puto: et ab inerudito | ta(m) arabicę linguę q(uam) reliq(u)ar(um): esse co(n)fictas [1].

336. Liber lingua sup(er)ius dicta: quę admixtione(m) h(abe)t | gręcor(um) character(um): adeo ut integra verba lega(n)|tur: ὁ ἱερεὺς, κύριε ἐλέησον, et alia plura. | cu(m) glossulis arabicis circu(m)positis: ut sup(er)iores q(u)o(sdam) | habent. Et est ei tale prępositu(m) le(m)ma. Liber | litterę ęgyptię seu Cophte: cu(m) glossa arabica. | Ego vero ut sup(er)ius scripsi, puto lingua(m) esse mo|nachor(um) ęgyptior(um) ex aliq(u)a parte gręcissantium: | et hoc eor(um) esse officiu(m) ecc(lesi)asticu(m) q(uo)d dicunt [2].

Descriptio haec codicum 305-307 iteratur in codice eiusdem librarii nempe Vat. lat. 7135, f. 46 (olim 47; addita in fine, pro singulis, nota 541 quae est folii cod. Vat. lat. 7136); respiciens autem ad codices 326, 332, 336, ipse librarius, imo f. 46, hanc adiecit notulam:

Fragmenta simul plurima lingua(e) ei(us)de(m). 542 [3] ve(l) | qua plura i(n) duob(us) seque(n)tib(us) libris ex alia parte: | et q(uo)d videt(ur) esse monachor(um) aegyptior(um) lingua: ex | aliq(u)a parte gręcissantiu(m) et r(eliqua) 542: d(e) q(u)o plura h(ic).

Breviter porro, ff. 61ᵛ, 62, recensentur sex illi codices solis titulis quos habet cod. Vat. lat. 7136.

Quattuor lustris ab obitu Iulii II elapsis, novum scriptum est repertorium, codex scil. Vat. lat. 3951 [4], in quo, f. 63, haec inter caetera leguntur:

In Secunda Capsa eiusde(m) Banchi [5] | ...

Missale cophito cu(m) titulis grecis, ceteris l(itte)ris cu(m) glosa arabica N° 5 [6] | ...

---

[1] Vat. copt. 54; nota antiqua 332 in f. 138ᵛ (vide addenda).

[2] Vat. copt. 21; nota antiqua 336 in ff. 1 et 67ᵛ; inscriptio laudata in f. 1.

[3] Folium scilicet codicis Vat. lat. 7136.

[4] Titulus codicis sic audit: *Index omnium librorum qui sunt in Bibliotheca | Palatina: a Fausto Sabeo et Nicolao de maioranis | custodibus: R. D. Braccio Martello episcopo | Fesulano Traditus Pridie Calen*(d)*as Septembris: | M.D.XXXIIJ:.*

[5] Scilicet quinti bibliothecae parvae et secretae.

[6] Pro 307, ut videtur.

Missale in l(itte)ra egiptiaca N° 306 | ...

Liber l(*itte*)*re* egiptiace *cu*(*m*) glosa arabica N° *336* | ...

Missale in Arabico et glose in caldeo N° 332 | ...

Missale *in* lingua egiptiaca cu(m̃) glosa arabica N° 305 [1] | ...

Et multi alij quinterniones et libri perfecti et imperfecti | sine no(mi)ne diversaru(m) linguaru(m) et ydiomatum [2].

Saeculo XVI mediante vel circiter, alius fuerit elenchus confectus, nos tamen latens, cuius testes apparent tituli sequentes adhuc superstites:

Cod. 54, f. 1: I Libellus ceremoniar(um) monachor(um) egipt (?).

Cod. 20, f. 2: II Missae Gregorii et Cyrilli cophtice et Arabic[e].

Cod. 42, f. 3: III Libellus diversar(um) or(ati)onum sacrar(um) | cophtice et Arabice.

Cod. 21, f. 1: IIII or(ati)onum et off(ici)or(um) sacror(um) cophtice et | Arabice.

Cod. 43, f. 1: VI Libellus parvus or(ati)onum | Sacrar(um) cophtice.

Postea translati sunt codices in quartam capsam ad parietem bibliothecae parvae et secretae uti monet nos album, a Marino Rainaldi [3] conscriptum et asservatum in Archivii Bibliothecae Vaticanae t. 15; codicum descriptio, ff. 83ᵛ, 84, sic audit:

58. Liber triu(m) Missaru(m) Cyrilli Idiomate et caractere cophtino conscripti | cum expositione Arabica [4].

66. Liber orationu(m) lingua cophtina et Arabica [5].

67. Liber triu(m) Missaru(m) sancti Basilij Gregorij et Cyrilli | lingua et caractere cophtino cum eius expositione Arabica [6].

68. Liber consecrationis vel benedictionis Monachoru(m), et Monacharu(m) | li(n)gua et caractere cophtino [7].

---

[1] Laudatur etiam codex in eadem pagina his verbis: « Liber in l(itte)ra egiptiaca N° 304 », at lemma mendax est uti iam animadvertit ille auctor qui codicem 304 descripsit in codd. Vat. lat. 7136, f. 93ᵛ (olim 540ᵛ) et Vat. lat. 7135, f. 48.

[2] Ad quam notationem referendus est codex 326 de quo silet librarius.

[3] De Marino Rainaldi (ob. 28 maii 1606) et Frederico Rainaldi (ob. 2 sept. 1590) mox laudando, cf. G. Mercati, *Per la storia della Biblioteca Apostolica bibliotecario Cesare Baronio*, Perugiae, 1910, pp. 65-87.

[4] Aut Vat. copt. 42, aut Vat. copt. 17.

[5] Vat. copt. 21; verba « Liber orationu(m) » cancellavit Fredericus Rainaldi superscripsitque titulum « Missale ».

[6] Aut Vat. copt. 17, aut Vat. copt. 42.

[7] Vat. copt. 54.

70. Liber duaru(m) Missarum Cyrilli Basilij lingua et caractere | cophtino cum expositione Arabica [1].

79. Capita aliquot Evangelior(um) lingua et caractere cophtino | conscripta [2].

Aetatis tardioris est elenchus in eodem opere, ff. 80ʳ, 81ʳ, exaratus, ex quo elucet Bibliothecam Vaticanam auctam fuisse serie codicum conspicua; enarrantur enim codices coptici viginti tres hoc modo:

Libri Egitii [3] in lingua Egiptiaca [4] cum interpretatione Arabica |

1. Epistolae D(ivi) Pauli ex Pap. c. s. ant. [5] in lingua Ægyptiaca cum interpr(etation)e Arabica [6] |

2. Evangelia charactere Ægytio cu(m) interpr(etation)e Arabica ex Pap. c. s. ant. [7] |

3. Deuteronomium char(acter)e Æg(yptia)co cum interpr(etation)e Arabica ex Pap. c. s. ant. [8] |

4. Genesis char(a)c(ter)e Ægytiaco cum interpr(etation)e Arab(i)ca ex Pap. c. s. ant. [9] |

5. Leviticus char(a)c(ter)e Ægytiaco cum interpr(etation)e Arabica ex Pap. c. s. ant. [10] |

6. Epistolae B(eati) Pauli, et Canonichae, et Acta Apostoloru(m) char(a)c(ter)e Ægyt(ia)co cu(m) Interpr(etation)e Arabica ex Pap. c. s. ant. [11] |

7. Evangelia char(a)c(ter)e Ægytiaco cum interpr(etation)e Arab(i)ca ex Pap. c. s. ant. [12] |

8. Epistolae D(ivi) Pauli Canonichae, et Acta Apostoloru(m) char(a)c(ter)e Ægy(tia)co ex Pap. c. s. ant. [13] |

9. Psalterium David char(a)c(ter)e Ægytiaco cu(m) interpr(etation)e Arabica ex Pap. c. s. ant. [14] |

---

[1] Vat. copt. 20.
[2] Vat. copt. 43 (et Vat. copt. 23?).
[3] Add. supra lin.: « seu Cophiti ».
[4] Add. supra lin.: « et Cophita ».
[5] Solvas compendia: « ex Papiro, chartae scriptae, antiquus ».
[6] Vat. copt. 13.
[7] Vat. copt. 9.
[8] Vat. copt. 4.
[9] Vat. copt. 2.
[10] Vat. copt. 3.
[11] Vat. copt. 12.
[12] Vat. copt. 10.
[13] Vat. copt. 14.
[14] Vat. copt. 7.

10. Apocalypsis Io(hannis) Apostoli char(a)c(ter)e Ægytiaco cum interpr(etation)e Arabica ex Pap. c. s. ant.[1] |

11. Mis(s)ale Ægiptiacum cum interpr(etation)e Arabica ex Pap. c. s. ant.[2] |

12. Missae Gregorii, et Cyrilli char(a)c(ter)ae Ægip(tia)co seu cophito cu(m) interpr(etation)e Arab(i)ca ex pap. c. s. ant.[3] |

13. Sacrae Orationes[4] char(a)c(ter)ae Ægip(tia)co seu Cophito cum interpr(etation)e Arabico, ex Pap. c. s. ant.[5] |

14. Missae S. Cyrilli char(acter)e Ægiptiaco cum interpr(etation)e Arabico, ex Pap. c. s. ant.[6] |

15. Ceremoniale Monachoru(m) Ægypti char(a)c(ter)e Ægiptiaco cu(m) interpr(etation)e Arabica ex Pap. c. s. ant.[7] |

16. Grammatica, et Dictionarium Ægyptiu(m) ser(mon)e Ægi(ptia)co cu(m) interpr(etation)e Arab(ica) c. s. ant.[8] |

17. Grammatica, et Vocabulariu(m) Ægiptyacu(m) cum interpr(etation)e Arabica c. s. ant.[9] |

18. Missale Ægyptiacu(m) cum interpr(etation)e Arabica ex Pap.[10] c. s. ant.: S. Cyrilli[11] |

19. Misse S. Basilii S. Gregorii S. Cyrilli Ægyp(tiac)ae cu(m) interpr(etation)e Arabica ex Pap. c. s. ant.[12] |

20. Grammatica, et Vocabularium Ægytiacum cum interpr(etation)e Arab(ica) ex Pap. c. s. ant.[13] |

21. Orationes Sacrae Ægytiaca lingua cum interpr(etation)e[14] ex Pap. c. s. ant.[15] |

22. Quatuor Evangelia Ægytiaca cum interpr(etation)e Arabica ex Pap. c. s. ant.[16] |

---

[1] Vat. copt. 16.
[2] Vat. copt. 21.
[3] Vat. copt. 20.
[4] Verba « Sacrae Orationes » cancellavit librarius titulumque superscripsit « Missale ».
[5] Vat. copt. 42.
[6] Vat. copt. 22.
[7] Vat. copt. 54.
[8] Vat. copt. 74.
[9] Vat. copt. 75.
[10] « ex Pap. » supra lin.
[11] Vat. copt. 17.
[12] Vat. copt. 24.
[13] Vat. copt. 76.
[14] « cum interpr(etation)e » cancell.
[15] Vat. copt. 43 (et Vat. copt. 23?).
[16] Vat. copt. 8.

23. Orationes diver(sae) varie lingua Ægiptiaca cum interpr(etation)e Arabica c. s. ant.[1] |

24.[2] Orationes Ægiptiae ex Pap. c. s. ant.[3].

Codices praefatos sua vice bis descripsit Abrahamus Ecchellensis in codice Vat. lat. 13200[4]: *a*) f. 77$^{r \cdot v}$, sub titulo « Index Librorum Arabico-cophtorum. Armario 23 », occurrunt viginti quattuor codices[5]; ordo digestionis discrepat ab ordine quem exhibet repertorium praecedens, at numeros 1-22 quibus ibidem signabantur etiam praemittit Ecchellensis; *b*) ff. 198-205, sub titulo « Index Librorum Cophto-arabicorum », recensentur viginti tres codices, aliter distributi, ita ut ex ordine respondeant hodiernis Vaticanis 8, 12, 13, 9, 14, 10, 2, 3, 4, 7, 16, 17, 44, 20, 21, 75, 74, 54, 42, 22, 24, 76, 43.

Duo alii codices prima vice notantur in cod. Vat. lat. 13201[6] qui, ff. 257-269, codicum enarrationem praebet iam sat evolutam, eodem ordine ac in cod. Vat. lat. 13200, ff. 198-205, additis codd. 24 et 25, seu hodiernis 23 et 49.

Cum anno 1727 codicum copticorum summa ad numerum septuagesimum sextum perducta esset, confectus est eorum catalogus in cod. Vat. lat. 13207[7], adiecta, f. 59, manu recentiore analysi codicis 77 ac notula « Sequuntur Assemaniani duo (I et II) id est LXXVIII. et LXXIX. in Assemaniano catalogo descripti »[8].

---

[1] Nota et descriptione cancellatis.

[2] Numerus 24 emendatus est in 23, addito infra « ali(a)s 24 ».

[3] Vat. ar. 53, uti certiores nos fecit v. cl. Georgius Levi Della Vida.

[4] Inscriptus est in summo dorso tegumenti: *Inventariu*(m) | *librorum* | *chaldaic*(orum) | *et* | *syriac*(orum) | *Bibl*(iothecae) *Vat*(icanae) | ac, litteris minoribus, *Coph.-Arab.* — Aliud quidem confecit Ecchellense codicum orientalium inventarium, imperfectum tamen et absque notis, in Arch. Bibl., t. 15, ff. 25-30^{v}, ubi sex occurrunt codices coptici, nempe: 8, 12 et quattuor alii incertae identitatis.

[5] Ex illis tres notati sunt ut graeci arabici; praetermissus est in elencho codex Vat. copt. 7 (signatus 9 in repertorii Arch. Bibl., t. 15, f. 80).

[6] Titulus codicis in f. 1: *Catalogus* | *codicum mmss* | *linguarum orientalium* | *Vaticanae Bibliothecae* | ... | *inceptus ab Abrahamo Ecchellense* | *et absolutus a Io.Matthaeo Nairono Banesio Maronitis* | *in eadem Bibliotheca Scriptoribus* | *A. D. M.DC.LXXXVI.*

[7] Titulus f. 1: *Codices Mss. Coptici* est alterius manus.

[8] Id est Vat. lat. 13204, seu *Catalogus* | *Codicum Mss. ad Hereditatem b. m.* | *Iosephi Simonii* | *Assemani* | *Archiepiscopi Tyri etc.* | *spectantium* | *qui ex fortuito Incendio, quod* | *in Cubiculis* | *Bibliothecae Vaticanae adnexis* | *die 30. Augusti An*(ni) *1768 contigit* | *superfuerunt;* | *eorumq*(ue) *qui penes* | *Stephanum Evodium* | *Assemanum* | *Archiepiscopum*

Codicis 80 non exstat descriptio manuscripta.

Ad finem vergente saec. XIX, recensuit Augustinus Ciasca codices Vaticanos copticos 81-92 in Bibliothecae catalogo 61, ff. 127-135, in aula « Studio » dicta asservato, cui titulus est « Supplementum ad Catalogum Codicum Orientalium Bibliothecae Vaticanae ».

* * *

Primus catalogum evulgavit Athanasius Kircher in opere *Prodromus Coptus sive Aegyptiacus*, Romae, 1636, pp. 187-195, sub titulo *Catalogus librorum copticorum seu Aegyptiorum qui hoc tempore in Bibliotheca Vaticana conservantur*; viginti quattuor exhibet codices, at parum accurata est saepe eorum descriptio nonnullosque ita parce signat ut in ambiguo sit quemnam proprie prae oculos habuerit.

In appendice ad varios tomos suae celeberrimae *Bibliotheca Orientalis*, Romae, 1719-1728, adiecit I. S. Assemani enarrationem brevem codicum copticorum Bibliothecae Vaticanae tempore suo illatorum, et quidem: t. I, p. 587, codicum quattuor Petri a Valle; pp. 617-619 et 624, codicum viginti unius quos ipse auctor ex Oriente advexit; t. II, p. 517, codicum duorum archiepiscopi Petri Aloysii Carafa; t. III, parte 1, pp. 640-644, codicum viginti trium e Sacra Congregatione de Propaganda Fide.

Descriptione codicum quam praebent codd. Vat. lat. 13207 et Vat. lat. 13204 in suam rem conversa, et codice 80 seriei adiecto, evulgavit Angelus Mai codicum copticorum catalogum in *Scriptorum veterum nova collectio*, t. V, parte 2, Romae, 1831, pp. 114-170, opus quidem perutile, mendis tamen non carens; caute praesertim accipienda sunt quae habet de codicum aetate.

Demum codicum 1-100 brevis habetur elenchus apud Ad. Hebbelynck, *Inventaire sommaire des manuscrits coptes de la Bibliothèque Vaticane*, in *Miscellanea Fr. Ehrle*, t. V (*Studi e Testi*, t. 41), Romae, 1924, pp. 35-51.

* * *

Ad historiam quod spectat accessus codicum ad Bibliothecam Vaticanam, codices 17 [1], 20 et 42 ibidem iam aderant anno 1481; idem forsan dicendum est de codicibus 21, 23, 43 et 54 qui tempore Iulii II (1503-1513)

Apameae | *adservabantur*. Descriptio codicum 78 et 79 habetur ff. 151-152, enarratione codicis 78 in f. 152 cancellata et, alia manu, accuratius rescripta in f. 151$^{r\cdot v}$ postea codici adiecto.

[1] Intellige numerationem codicum hodiernam.

prima vice descripti sunt; suspicatur enim v. cl. Georgius Levi Della Vida — cuius cura mox evulgabitur opus in quo uberiora de historia codicum Vaticanorum orientalium reperiet lector — haec volumina Romam advecta esse inter annos 1439-1441, occasione concilii Florentini.

Codices sedecim 2-4, 7-10, 12-14, 16, 22, 24, 74-76, consecuta est Bibliotheca anno 1614 ex haereditate I. B. Raimundi [1]; plerique ex hisce adhuc exhibent notulam Hieronymi Vecchietti [2], narrantis eosdem se attulisse ex Aegypto nempe: codd. 14, 76, anno 1591; codd. 2-4, 7, 9, 16, 74, 75, anno 1594; codd. 13, 22, 24, anno 1597. Codices 2-4, 14, 16, 22 et 74, uti patet ex inscriptionibus in iisdem servatis, quondam in dominio fuerunt cardinalis Cinzio Passeri Aldobrandini (vide p. 9).

Dono dedit codicem 44 cardinalis Aloysius Capponi (ob. an. 1659), S. R. E. bibliothecarius [3].

Codicem 49, ad fidem inscriptionis huic praefixae, emit cardinalis Hieronymus Casanate ex bibliotheca s. Andreae a Valle, idque antequam ad dignitatem cardinalis bibliothecarii fuerit evectus (1693), cum iam codex ille anno 1686 ut Vaticanus exhibeatur in indice Vat. lat. 13201.

Anno 1718, Clemens XI Bibliothecae addixit codices 6, 11, 71 et 72, a Petro della Valle in Aegypto comparatos circa finem an. 1615 [4].

Mandante eodem Clemente, annis 1715-1718, apud monachos Nitrienses acquisivit Ioseph Simon Assemani sedecim volumina membranacea, antiquitate et rerum momento praestantia, quae sunt codices 1, 5, 35, 57-69; opera eiusdem Assemani ex Aegypto allati sunt insuper quinque codices chartacei, nempe 18, 19, 28, 55 et 56 (codicibus 19, 55 et 56, primitus inter arabicos

---

[1] Idem, at perperam, asseritur de codd. 17, 20, 21 et 23, in catalogis Vat. lat. 13207 et A. Mai.

[2] De Hieronymo Vecchietti, cf. V. Buri, *L'unione della Chiesa copta con Roma sotto Clemente VIII*, in *Orientalia christiana*, t. XXIII. 2, Romae, 1931, pp. 133, 134.

[3] Ita cod. Vat. lat. 13207, f. 32^{v}, et Catalogus A. Mai, p. 144, at codd. Vat. lat. 13200 et Vat. lat. 13201, qui primi codicem descripserunt, de hac donatione silent.

[4] En quae ipse Petrus della Valle de his refert in sua *Lettera* 11. *dal Cairo de'* 25. *di Gennaio* 1616: «... di questa scrittura Egittia de' Cofti, io ne tengo già appresso di me alcuni pochi libri, cioè il Salterio intero di David, l'Evangelio intero di San Giovanni e alcuni altri... Ma tra gli altri uno, che ne hò, e che stimai gran fortuna il trovarlo, il quale contiene da quattro Autori, che scrivono in Arabico (brevemente in vero, ma forse a sufficienza, tra tutti insieme) la Grammatica di questa lingua Egittia; e di più due Vocabolarij con circa a sei mila voci Egittie, le più importanti, interpretati pur fedelmente da tempo antico in Arabico» (*Viaggi di Pietro della Valle il pellegrino*, Romae, 1657, pp. 397, 398).

ordinatis; cf. *Bibliotheca Orientalis*, t. I, p. 624, nn. xx, xxi, xxii); ipse autem, e codd. 19 et 55, Romae describendos curavit codices 78 et 79, post obitum eius seriei Vaticanae annumeratos.

Anno circiter 1720, oblati sunt Clementi XI codices 47 et 51 a cardinali Petro Aloysio Carafa dum, archiepiscopus Larissaeus, a secretis erat s. Congregationis de Propaganda Fide.

Tribus annis ferme elapsis, die scilicet 20 novembris anni 1723, ipsa s. Congregatio de Propaganda Fide decrevit ut codices orientales, quos ipsa id temporis possidebat, in Bibliotheca Vaticana ponerentur; die autem 22 eiusdem mensis ad eam mandati sunt codices quattuordecim, comitante hac epistola [1]:

Dalla Propaganda | 22 9bre 1723. |

Avendo q(ues)ta S. Cong(regazion)e de Propag(and)a Fide stimata | bene di procurare da diverse parti di | Levante varij libri, così stampati che | manoscritti, de' riti di varie Nazioni, | non meno p(er) beneficio delle medesime, | che p(er) servigio della S. Sede Ap(ostoli)ca, e della | stessa S. Cong(regazion)e, ha altresì credito oppor|tuno di farli conservare nella Bi|bliotheca Ap(osto)lica Vaticana, con la | riserva però di poterli estrarre ogni | volta che occorresse, o p(er) correggerli, | o per farne altr'uso consimile. | Mons(igno)r Segretario pertanto trasmette | a V(ostra) S(ignoria) Ill(ustrissi)ma quei, che appartengono al | rito degl'Armeni, in numero di sei | ed altri otto, che concernono il rito de' | Copti, secondo l'annessa nota, in cui so|no distintam(ent)e descritti, accioche si com|piaccia farli porre nel loro ord(in)e, mentre | si farà lo stesso ancora di quei degl' | altri riti, di tempo in tempo, che capite|ranno alla d(ett)a S. Cong(regazio)ne, e riv(erentemen)te à | V(ostra) S(ignoria) Ill(ustrissi)ma si rassegna |

M(onsigno)r Maiello Custode della Bibliotheca | Ap(osto)lica Vaticana fogli.

Octo isti codices ad ritus copticos spectantes accurate describuntur in nota adnexa [2]; sunt ex ordine codices Vaticani coptici 29-31, 36, 52, 53, 46, et arabicus 58.

Die 28 februarii anni 1727, ad Bibliothecam insuper perferendos curavit eadem s. Congregatio codices viginti sex cum hac epistola [3]:

Dalla Propaganda | 28 Febraio 1727 |

Avendo questa Sacra Congregaz(ion)e | fatto venire dall'Egitto i Li|bri Coptici ed Arabici Manus|critti, notati nell'annesso Cata|logo, Mons(igno)r Segretario li

[1] Arch. Bibl., t. 15, f. 353.

[2] Ibid., ff. 362-363v.

[3] Ibid., f. 354.

ri|mette a V(ostra) S(ignoria) Ill(ustrissi)ma, perchè si com|piaccia farli collocare nella | Bibliotheca Vaticana per con|servarvisi uniti ai molti | altri delle medesime ed àltre | Lingue Orientali per lo pas|sato trasmessivi, pregandola | farvi porre il solito avverti|mento, che possano dalla me|desima Sacra Congregazione | estrarsi ogni volta chè le occor|rerà di prevalersene[1], e di tutt'|ossequio si conferma. |

All'Arciv(escovo) d'Emessa fogli.

In nota adnexa[2] enarrantur breviter codices viginti sex, nempe decem arabici et sedecim coptici, qui sunt ex ordine codices Vaticani coptici 32-34, arabici 64, 65, coptici 45, 15, 48, 70, 27, arabicus 75, coptici 50, 37, arabici 39, 170, 59, 61, 60, 34, 40, coptici 38, 39, 41, 40, 26, 73.

E notis arabicis quae initio vel in fine leguntur codicum 81-87 et 89, liquet hosce, ante eorum ad Bibliothecam accessum, pertinuisse ad Monasterium dictum « Santo Stefano de' Mori », prope Vaticanum situm.

Die 30 ianuarii anni 1923, advecta est e s. Congregatione pro Ecclesia orientali copia non levis foliorum chartaceorum[3] quae, annis 1923, 1924, in ordinem redacta, refecta et conglutinata, materiam suppeditaverunt codicibus 93-97.

Codices 98-100 emit Cahirae, die 9 iunii 1923, Eminentissimus cardinalis Eugenius Tisserant, tunc Bibliothecae Vaticanae scriptor pro linguis orientalibus.

Codices 101 et 102 dono dedit patriarcha Ephrem Rahmani, primum mense februarii anni 1920, alterum mense iulii anni 1926. Horum folia olim permixta anno 1936 debitum in ordinem restituta sunt atque compacta.

Tandem, e fragmentis copticis in tegumento antiquo codicis Vat. arab. 91 nuperrime detectis, confectus est codex 103.

De via qua Bibliothecam ingressi sunt codices 25, 77, 80, 88, 91 et 92, nihil compertum habemus.

Latent hodie codices 31, 51 et 80.

* * *

Anno 1797, Roma translati sunt Lutetiam Parisiorum codices 1, 5, 9, 12, 16, 57-69 et 71 simul cum aliis Sedis Vaticanae thesauris. Memorantur nempe in opusculo *Recensio Manuscriptorum Codicum qui ex uni-*

---

[1] Hac monitione carent codices coptici anno 1727 e s. Congregatione translati.

[2] Arch. Bibl., t. 15, ff. 355-358.

[3] In folio adiecto chartae recentis legere erat notulam: *Codex copticus mutilus a diversa* | *manu exaratus et sine ordine compactus.* | *Fol.* 292 *continent:* | *Katamāros mensium Bescens,* | *Paoni et Mechir nec non parvi men|sis* | *: Nullius est pretii.*

versa Bibliotheca Vaticana selecti iussu Dni. Nri. Pii VI. Pont. M. Prid. Id. Iul. an. CIϽIϽCCLXXXXVII Procuratoribus Gallorum iure belli, seu pactarum iudiciarum ergo, et initae pacis traditi fuere, Lipsiae, 1803, pp. 35-39, nn. 150-168. Exhibent hodiedum codices illi sigillum Bibliothecae Nationalis Parisinae iuxta Bibliothecae Vaticanae sigillum. Anno autem 1815, decrevit Congressus Vindobonensis ut codices Vaticani Sanctae Sedi restituerentur [1]. Dum vero Lutetiae Parisiorum versarentur, codices 57-69 accurate perlustravit et perite descripsit E. Quatremère, *Recherches sur la langue et la littérature de l'Égypte*, Lutetiae Parisiorum, 1808, pp. 118-133.

* * *

Tabulam synopticam hic adnectimus quae codices exhibet hodiernos 1-79 cum eorum notis antiquis [2], iis scilicet quibus signabantur sive primitus in aedibus Vaticanis, sive in variis bibliothecis quo tempore in Vaticanam illati sunt. Refert columna prima A notas recensionis hodiernae, columna B notas codicis Vat. lat. 7136, columna C notas repertorii Arch. Bibl., t. 15, ff. 80r, 81r, columna D notas codicis Vat. lat. 13201, columna E notas codicum a I. S. Assemani emptorum, columna F notas codicum quos sibi comparavit Petrus della Valle, columna G notas codicum quos dono dedit cardinalis Carafa, columna H notas codicum e s. Congregatione de Propaganda Fide prouti signati sunt in *Bibl. Orient.*, t. III, pp. 640-644, columna I notas eorumdem codicum iuxta Arch. Bibl., t. 15, ff. 355-358, 362-363v. Notas quae in codicibus hodie desiderantur, comitatur stellula.

---

[1] De fatis codicum inde ab eorum translatione in Galliam usque ad eorum reditum in aedes Vaticanas, vide *Memorie storiche... racolte da Marino Marini*, in *Regestum Clementis papae V... nunc primum editum cura et studio monachorum ordinis s. Benedicti*, t. I, Romae, 1885, pp. CCXXVIII-CCCXXV; L. Delisle, *Les archives du Vatican*, in *Journal des Savants*, Parisiis, 1892, pp. 429-441 et 489-501.

[2] Notae illae antiquae desunt in codd. 80-103.

A	B	C	D	E	F	G	H	I
1	—	—	—	1	—	—	—	—
2	—	4	7	—	—	—	—	—
3	—	5	8*	—	—	—	—	—
4	—	3	9	—	—	—	—	—
5	—	—	—	2	—	—	—	—
6	—	—	—	—	5	—	—	—
7	—	9	10	—	—	—	—	—
8	—	22	1	—	—	—	—	—
9	—	2	4	—	—	—	—	—
10	—	7*	6	—	—	—	—	—
11	—	—	—	—	6	—	—	—
12	—	6	2	—	—	—	—	—
13	—	1	3	—	—	—	—	—
14	—	8	5	—	—	—	—	—
15	—	—	—	—	—	—	34*	7
16	—	10	11	—	—	—	—	—
17	307	18*	12	—	—	—	—	—
18	—	—	—	4*	—	—	—	—
19	—	—	—	20*	—	—	—	—
20	306	12	14*	—	—	—	—	—
21	336	11	15*	—	—	—	—	—
22	—	14	20	—	—	—	—	—
23	326*	21*	24*	—	—	—	—	—
24	—	19	21	—	—	—	—	—
25	—	—	—	—	—	—	—	—
26	—	—	—	—	—	—	52	25*
27	—	—	—	—	—	—	37*	10*
28	—	—	—	5*	—	—	—	—
29	—	—	—	—	—	—	20	1
30	—	—	—	—	—	—	21	2*
31	—	—	—	—	—	—	22*	3*
32	—	—	—	—	—	—	28	1
33	—	—	—	—	—	—	29	2
34	—	—	—	—	—	—	30	3
35	—	—	—	3	—	—	—	—
36	—	—	—	—	—	—	23*	4*
37	—	—	—	—	—	—	40	13
38	—	—	—	—	—	—	48*	21*
39	—	—	—	—	—	—	49	22*
40	—	—	—	—	—	—	51*	24*

A	B	C	D	E	F	G	H	I
41	—	—	—	—	—	—	50*	23
42	305	13	19	—	—	—	—	—
43	326	21	23	—	—	—	—	—
44	—	—	13*	—	—	—	—	—
45	—	—	—	—	—	—	33*	6
46	—	—	—	—	—	—	26*	7*
47	—	—	—	—	—	72	—	—
48	—	—	—	—	—	—	35	8
49	—	—	25	—	—	—	—	—
50	—	—	—	—	—	—	39	12*
51	—	—	—	—	—	71*	—	—
52	—	—	—	—	—	—	24*	5
53	—	—	—	—	—	—	25	6
54	332	15*	18	—	—	—	—	—
55	—	—	—	21	—	—	—	—
56	—	—	—	22	—	—	—	—
57	—	—	—	6	—	—	—	—
58	—	—	—	7	—	—	—	—
59	—	—	—	8	—	—	—	—
60	—	—	—	9	—	—	—	—
61	—	—	—	10	—	—	—	—
62	—	—	—	11	—	—	—	—
63	—	—	—	12	—	—	—	—
64	—	—	—	13	—	—	—	—
65	—	—	—	14	—	—	—	—
66	—	—	—	15	—	—	—	—
67	—	—	—	16	—	—	—	—
68	—	—	—	17*	—	—	—	—
69	—	—	—	18	—	—	—	—
70	—	—	—	—	—	—	36	9*
71	—	—	—	—	7	—	—	—
72	—	—	—	—	8	—	—	—
73	—	—	—	—	—	—	53*	26*
74	—	16	17	—	—	—	—	—
75	—	17	16	—	—	—	—	—
76	—	20	22	—	—	—	—	—
77	—	—	—	—	—	—	—	—
78	—	—	—	I	—	—	—	—
79	—	—	—	II	—	—	—	—

LEGES QUAS IN RECENSENDIS CODICIBUS COPTICIS SERVARE STUDUIMUS

Singulorum codicum descriptionem in tres partes dividimus, quarum prima de externo libri habitu praecipua docet, altera auctores, si occurrant, et opera recenset, tertia codicis faciem et cultum distinctius exponit, additis librariorum et lectorum subscriptionibus ac notulis.

I. In prima parte, quam, numero excepto, litteris minoris moduli imprimimus, haec tantum de codice proferuntur: nota, aetas, materia, amplitudo, foliorum linearumque numeri.

1. Lineae initio, typis crassioribus exscriptum, numerum arabicum collocamus, quo codex in praesens signatus cernitur; e superioribus notis eas solas quae supra exhibentur in tabulae columnis D, E, F, G, uncis lunatis inclusas adscribimus; alias notas antiquiores, quoties in codice exstant, postremae descriptionis parti, utpote loco opportuniori, reservamus.

2. Sequitur nota temporis numero romano, cui praefigimus litteras « saec. », id est « saeculi ». Ubi codicis aetatem finibus angustioribus est circumscribere, vocum illarum « ineuntis », « medii », « exeuntis » compendia subiicimus « in. », « med. », « ex. ». Cum volumen occurrit labente saeculo vel proximo ineunte exaratum, aetatem definimus lineola (-) inter duos saeculorum numeros inserta; e. g. « saec. XII-XIII ». Codicum vero, qui notationem annorum prae se ferunt, annos post Christum natum, saeculi loco, afferimus, numero expressos arabico, secundum litteras « an. » scil. « anni ». Annos tamen copticae computationis, seu annos Martyrum, inter uncos adscribimus et folii numerum subnectimus, in quo notam librarius posuit; e. g. an. 1386 (= an. Mart. 1102, cf. f. 222).

3. Ad materiam indicandam adiectivis utimur « membranaceus » (contracto « membr. »), « chartaceus » (« chart. »).

4. Libri amplitudinem per longum et latum millimetris, quae vocantur, damus, altitudinis mensuram constanter praemittentes; e. g. « mm. 280 × 198 ».

5. Foliorum (ff.) praeviorum numerum prodimus nota romana, cui adscribimus notis arabicis foliorum numerum in codice signatorum e. g. « ff. I, 148 ».

6. Notas arabicas, ubi textus desinit intermissas, foliis vacuis sequentibus *communiter* ad finem usque apponendas curavimus; *interdum tamen* huiusmodi folia, sicut folia praevia, nota signamus romana arabicis adiecta, e. g. « ff. 144, II ».

7. Si quae folia medio codice ocurrunt sine numero, ea signamus folii praecedentis nota, adiicientes dextrorsum superius litterulas *a*, *b*, etc.; in recensione autem adscribimus signo + uncisque includimus; numeros vero ab eo qui plagulas signavit omissos, uncis comprehensos addimus pone signum – ; e. g. « ff. 337 (+ 297ᵃ–22, 146) ». In laudandis foliorum numeris solas plagulas aversas distinguimus adiecta litterula ᵛ; numeri littera destituti spectant ad plagulas rectas.

8. Folia vacua, ab iis adiecta qui aetate fere nostra codices glutinarunt, sine nota relinquimus.

9. Linearum quas singulae codicis paginae comprehendunt numerum, numeris foliorum adiicimus pone compendium « linn. »; e. g. « linn. 37 ».

II. Auctorum et operum recensio.

1. Operum sectiones maiores distinguimus notis romanis, minores vero notis arabicis earumque subdivisiones numeris et litterulis supra lineas adscriptas, e. g. ¹, ᵃ, vel brevi interiecto spatio.

2. Auctorum nomina sicut operum et sectionum titulos summarios latinos litteris imprimimus deductis.

3. Quoties aliqua ex codice sumimus verba, librariorum scripturam accurate exprimimus, orthographiam et vitia servantes, sed compendia solventes praeter communiora.

4. In separandis vel consociandis variis linguae copticae elementis, cum hucusque regula universalis nondum praevaluerit, pro hac prima parte catalogi, non paucos ante annos incepta, servare conati sumus normam grammaticae auctore Ludovico Stern.

5. Translationem latinam excerptorum copticorum et arabicorum subiungimus inter duplices virgulas « ».

6. Operum, quae typis impressa non exstant, initium et finem proferimus, titulosque capitum et sectionum, quoties operae pretium visum est. Eiusdem operis codices, in aliis bibliothecis exstantes, in eadem vel in alia dialecto coptica, immo quandoque in alia lingua scriptos, pro opportunitate enunciamus.

7. Quae in spatiis vacuis ab alia manu adiecta sunt et quae in custodiae foliis leguntur praeter amanuensium et lectorum notulas, ea contentorum recensioni subiungimus.

8. Editiones ad fidem codicum nostrorum exactas, prout cognovimus memoramus. In operibus notis divulgatisque recensendis codicis initium et finem numquam damus.

9. Fragmentorum operum quae typis impressa exstant prima et extrema verba afferimus, editionis paginas lineasque apponentes uncis inclusas.

10. De excerptis codicum Vaticanorum copticorum 57-69, a Georgio Zoega, *Catalogus codicum copticorum*, Romae, 1810, pp. 5-138, evulgatis et latine conversis, iuxta exemplaria a Raphaele Tuki in codicibus Borgianis copticis 111, 113-119, 122 exarata, dicetur in Catalogi parte secunda.

11. Fragmenta operum, quae tantum manu scripta exstant, designamus initium ac finem exscribendo ac, si aequum est, capitum et sectionum titulos.

12. Cum adaequata litteraturae copticae enarratio synthetica hucusque desideretur, subsidia bibliographica suppeditare sategimus, non quidem integra, verum ea mensura qua ad pleniorem de codicum argumento disquisitionem obvius pararetur accessus.

13. In recensendis codicibus qui eiusdem argumenti sunt ac codices antea descripti eum potissimum laudamus qui in Catalogo primo se exhibet loco cuiusque descriptio ditari solet tum dictis subsidiis bibliographicis, tum excerptorum copticorum et arabicorum translatione latina, interdum tamen et alios in medium adducimus codici describendo magis affines vel ex communi fonte depromptos vel ab eodem exaratos librario.

14. Nisi aliter notetur, in Sacrae Scripturae capitibus et versiculis signandis editionem sequimur Vulgatam latinam.

III. Tertia descriptionis pars, litteris minutioribus impressa, de codicis facie et cultu, ut supra diximus, distinctius agit, ea omnia continens quae in prima parte consulto neglexímus.

1. Ibi *a*) modum notamus quo ductibus plagularum margines et lineae definiuntur; *b*) accurate distinguimus fasciculos quibus liber constat, additis eorumdem foliorumque quibus efficiuntur notis numericis tum primigeniis tum recentioribus; *c*) imagines, ornamenta, picturas quae summas fasciculorum plagulas extremas cum earum inscriptionibus, initia codicum

eorumque sectiones, litteras initiales ac marginales vel etiam interpunctionis signa et medias fasciculorum plagulas distinguunt, brevibus verbis perstringimus, paucis quandoque additis de universa scripturae indole; *d*) quoties occurrit ut codicum Vaticanorum vel aliorum eiusdem manus folia selecta phototypice fuerint edita, opera in quibus exhibentur laudamus [1]; *e*) notulas exscribimus librariorum, lectorum necnon possessorum, interpretatione latina adiecta, vitia omnia servantes, compendia praeter communiora inter uncos lunatos solventes, scripturae lineas ductu dividentes; *f*) notas exprimimus antiquas quibus codex olim signatus est; *g*) plagulas indicamus initio, medio codice et in fine vacuas relictas; *h*) integumenti materiam et ornamenta notamus in primis Summorum Pontificum et cardinalium bibliothecariorum scuta, e quibus aetas qua codex compactus est eruitur.

2. *a*) Si quis codex e plurium codicum reliquiis constat, descriptionem ad singulas partes seu reliquias pertinentem subiungimus, uti litterae minoris moduli lectorem docebunt; *b*) occurrit ut in operibus homileticis et hagiographicis quibus constant codices Vaticani coptici 58-69, nonnulla se excipiant quae non tantum eumdem amanuensem sed, continuata foliorum vel saltem fasciculorum serie, eumdem prodant codicem pristinum, quod pro opportunitate pro singulis notavimus; inde autem a describendo codice Vat. 64 magis expeditum duximus huiusmodi opera ita sociare ut, tradito singulorum proprio argumento, communis eisdem servaretur descriptio palaeographica [2].

3. Ad calcem Catalogi partis secundae remandamus tractationem de varia scripturae copticae indole palaeographica simul ac scripturae eiusdem specimina photographice exprimenda.

IV. Litteras copticas hoc modo transcribimus: ⲁ = a, ⲃ = b, ⲅ = g, ⲇ = d, ⲉ = e, ⲍ = z, ⲏ = ē, ⲑ = th, ⲓ = i, ⲕ = k, ⲗ = l, ⲙ = m, ⲛ = n, ⲝ = x, ⲟ = o, ⲡ = p, ⲣ = r, ⲥ = s, ⲧ = t, ⲩ = u, ⲫ = ph, ⲭ = kh, ⲯ = ps, ⲱ = ō, ϣ = š, ϥ = f, ϧ = ḫ, ϩ = ḥ, ϫ = ğ, ϭ = č, ϯ = ti;

[1] Inter haec usus frequentioris fuit opus cui titulus: H. Hyvernat, *Album de paléographie copte*, Parisiis, 1888, compendio signatum Hyvernat, *Album*.

[2] Ignoscat benevolus lector si quaedam interdum se prodant in normis servandis oscitationes a quibus non fuerint aliena tum ipsa materiae tractandae disparitas tum annorum spatium Catalogi fasciculis praelo mandandis impensum.

litteras autem arabicas: ا = ’ (initio vocis omisso), ب = b, ت = t, ث = ṯ ج = ǧ, ح = ḥ, خ = ḫ, د = d, ذ = ḏ, ر = r, ز = z, س = s, ش = š, ص = ṣ, ض = ḍ, ط = ṭ, ظ = ẓ, ع = ‘, غ = ġ, ف = f, ق = q, ك = k, ل = l, م = m, ن = n, ه = h, و = w, ى = y vel i.

V. Uncis includimus ( ) lunatis, quae ad solutionem compendiorum addimus,

[ ] quadratis, quae, in codice effluxa, restituimus,

⟨ ⟩ angulatis, quae supplevimus ad rectam textus intelligentiam, nisi aliter notetur,

} { undulatis, quae a librario perperam scripta ideoque expungenda.

ADDENDA ET EMENDANDA

P. 2, lin. 5, *lege*: prophetae.

» 3, lin. 13, *lege*: et festorum; lin. 24, *lege:* يكرر.

» 9, lin. 7, *lege*: بعض; lin. 8, *pro* ثم من *lege probabilius*: ثم بين; lin. 23, *lege*: Deus salus; lin. 5 a. fin., *lege*: et *Num. 7*; f. 1, in summo mg.: *Genesis*; f. 86, item: *Exodus*.

» 10, lin. 6 a. fin., *lege*: بيعة; lin. ult., *pro* nota nova *etc.*, *lege*: f. 1, notae *5* et *3 Copt.*, *Leviticus*; f. 1ᵛ, in summo mg.: *Leviticus*; f. 55ᵛ, item: *Numeri*.

» 11, lin. 19, *lege*: cum notis *3*, *num. 9* et *nov. 4* et inscriptione *Deuteronomium*; f. 1, in summo mg.: *Deuteronomium*; in imo mg.: *N° 4*; lin. 29, *lege*: وصايا.

» 12, lin. 1, *lege*: والعيوب; lin. 2, *lege*: النجار; lin. 6, *lege*: filium fabri lignarii.

» 14, lin. 4 a. fin., *lege*: مزامير; lin. 3 a. fin., *lege*: Psalmi.

» 16, lin. 15 a. fin., *lege*: اعطاه.

» 18, lin. 12 a. fin., *lege*: اتعاب.

» 22, lin. 21, *lege*: تكميلها; lin. 22, *post* وثلثة *adde*: وثلاثين, quam vocem librarius cancellavit; lin. 26, *lege*: عيب; lin. 30, *lege*: نجل; lin. 31, *lege*: نجله.

» 23, lin. 9, *pro* gloria, *lege*: progenies; lin. 12, *pro* retribuat illi beatitudinem, *lege*: iuvet progeniem eius; lin. 19, *adde*: 162ᵛ.

» 31, lin. 15, *lege*: تشملهم.

» 32, lin. 2 a. fin., *lege*: هذه.

» 33, lin. 1, *pro* طي بن, *lege*: صي ابن; lin. 8 a. fin., *post* sic, *adde*: etiam.

» 37, lin, 13 a. fin., *lege*: accurate.

» 42, lin. 22, *adde*: Sigillum bibliothecae Nationalis Parisiensis in ff. 2 et 416ᵛ.

» 47, lin. 22, *lege*: على بيعة; lin. 23, *lege*: بحارة; lin. 10 a. fin., *lege*: مرار; lin. 4 a. fin., *lege*: Notae codicis *1*, *N° 13*, *N° 3* (cancell.) et *Nov. 14* (cancell.).

» 52, lin. 2 a. fin., *lege*: ff. 208-206ᵛ.

» 53, lin. 16 a. fin., *dele*: (olim 7); lin. 2 a. fin., *lege*: توخر.

» 54, lin. 19, *lege*: p. 642; lin. 20, *post* continet, *adde*: De codicis illatione in Bibliothecam Vaticanam, an. 1727, vide prolegomena.

» 55, lin. 14 a. fin., *lege*: برتل; lin. 5 a. fin., *post* libri », *adde*: (cf. W. E. Crum, *Catalogue of the Coptic manuscripts in the John Rylands Library*, Mancunii, 1909, pp. 195, 196).

» 57, lin. 23, *lege*: قبض; lin. 24; *lege*: مسطره; lin. 27, *lege*: servus exarator eius pretium; lin. 32, *lege*: F. 106ᵛ.

» 60, lin. 18, *post* ϯόμολογιά, *adde*: (cf. H. Engberding, *Ein Problem in der Homologie vor der hl. Kommunion in der ägyptischen Liturgie*, in *Orientalia christiana periodica*, t. II, Romae, 1936, pp. 145-154).

» 63, lin. 11, *lege*: بخط; lin. 13, *lege*: الحال; lin. 12 a. fin., *dele*: forsan.

P. 67, lin. 16, *lege*: بالعجز; lin. 29, *dele*: ابن; lin. 5 a. fin., *pro* filii, *pone*: ...
» 70, lin. 10 a. fin., *adde*: Vide dicenda, pp. 556 et 569, de codd. 78 et 81.
» 71, lin. 16, *pro* bašnas, *lege*: ba'ūnah.
» 73, lin. 17 a. fin., *lege*: XV; lin. 13 a. fin., *lege*: , Domine, .
» 74, lin. 10 a. fin., *lege*: يومئذا.
» 75, lin. 16, *lege*: f. 94 [olim 541]... 7135, f. 46 [olim 47]... invent. an. 1533, f. 63); lin. 17, *dele*: forsan.
» 78, lin. 2, *ante* Missale, *adde*: manu Abrahami Ecchellensis; lin. 3, *pro* II, *lege*: *11*.
» 80, lin. 4, *lege*: XIV-XV.
» 84, lin. 7, *lege*: [1] (ff. 241-242).
» 95, lin. 6, *post* ff. 24^{v} sqq., *adde*: et Vat. 20, ff. 154^{v}-158^{v}.
» 98, lin. 10 a. fin., *lege*: 28 (a I. S. Assemani emptus 5).
» 105, lin. 6, *lege*: ff. 266.
» 107, lin. 4, *ad* mane, *nota*: in codd. 29-34 recensentur sub rubrica mane ea quae legenda sunt tum mane tum ad missam.
» 109, lin. 3, *lege*: ⲙ̀ⲙⲁⲩ, 23.
» 113, lin. 17, *lege*: Matth. 6, 19-33; lin. 23, *dele*: 17.
» 116, lin. 4, *dele*: — 8.
» 122, lin. 19 a. fin., *ante* mm., *adde*: chart., .
» 127, lin. 2, *post* numericarum, *adde*: Lectionibus N. T. praemittuntur notae quibus signantur sectiones et capita; lin. 4, *lege*: Farağ; lin. 18, *lege*: [3] (ff. 12^{v}-15); lin. 25, *lege*: exsequiarum; lin. 7 a. fin., *lege*: Soph. 1, 2-12; lin. 5 a. fin., *lege*: 14, 2, 3.
» 130, lin. 17 a. fin., *lege*: ⲑⲱⲕ ⲧⲉ ϯϫⲟⲙ.
» 132, lin. 3, *lege*: [1] (ff. 275^{v}-279); lin. 15, *lege*: ⲛⲉⲙ ⲡⲉⲕϩⲟ.
» 133, lin. 19, *lege*: « Illucesce, splendesce, o mons; lin. 20, *lege*: لاهوته; lin. 21, *lege*: gloriae divinitatis suae.
» 135, lin. 14 a. fin., *lege*: emptus 3.
» 143, lin. 13 a. fin., *lege*: mensis.
» 144, lin. 8, *lege*: ϧⲉⲛ-3; lin. 16, *lege*: Ps. 44, 4, 5; lin. 23, *lege*: ⲛⲧⲉ ⲛⲓⲑⲉⲟⲧⲟⲕⲓⲁ.
» 145, lin. 13, *lege*: pp. ⲣ̅ⲛ̅ⲅ̅ – ⲣ̅ⲛ̅ⲑ̅.
» 147, lin. 20, *lege*: ⲃⲁⲧⲟⲥ,, additis versiculis ⲙⲁⲣⲉⲛⲟⲩⲱϣⲧ et ⲭⲉⲣⲉ ⲛⲉ).
» 148, lin. 11 a. fin., *adde*: et O. H. E. Burmester, *The Greek kirugmata... in the Coptic Liturgy*, in *Orientalia christiana periodica*, t. II, Romae, 1936, pp. 391, 392.
» 149, lin. 11 a. fin., *lege*: feriae VI; lin. ult., *lege*: memento nostri.
» 151, lin. 10, *lege*: [1] (ff. 145-146).
» 153, lin. 6 a. fin., *lege*: نصيح.
» 156, lin. 3, *dele*: pro ⲧ̅ⲓ̅ⲑ̅.
» 161, lin. 13, *dele*: pro ⲥ̅ⲟ̅ⲉ̅; lin. 20, *dele*: pro ⲥ̅ⲟ̅ⲏ̅.
» 164, lin. 10, *pro* dux militiae (?) *lege*: herois (cf. p. 455, lin. 10); lin. 18, *post* ⲧ̅ⲡ̅ⲅ̅, *adde*: cod. om. vers. 4.
» 167, lin. 11, *pro* ducem militiae (?), *lege*: heroem.; lin. 12, *lege*: quis mihi notum.
» 168, lin. 20, *lege*: [3] (ff. 388^{v}-390).
» 189, lin. 10 a. fin., *lege*: et scientia eos.

P. 191, lin. 18, *post* ⲙ̀ⲙⲏⲥⲉⲩⲧⲏ..., *adde*: (Cl. Labib, ⲡⲓϫⲱⲙ ⲛ̀ϯⲙⲉⲧⲣⲉϥϣⲉⲙϣⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲇⲓⲁⲕⲱⲛ, Cahirae, 1920, pp. ⲥ̅ⲛ̅ⲏ̅ – ⲥ̅ⲍ̅ⲅ̅); lin. 9 a. fin., *adde*: (Labib, op. laud., pp. ⲧ̅ⲓ̅ – ⲧ̅ⲓ̅ⲃ̅).

» 195, lin. 16 a. fin., *pro* cantamus, *lege*: saltamus.

» 201, lin. 19, *lege*: 47, 2, 3 inc. ⲛⲓⲧⲱⲟⲩ; lin. 20, *lege*: 102, 20 des. ⲙⲡⲉϥⲥⲁϫⲓ, 21.

» 206, lin. 4, *adde*: (Labib, op. laud., p. ⲥ̅ⲃ̅, absque paral.; vide etiam O. H. E. Burmester, *The Greek kirugmata*, in *Orientalia christiana periodica*, t. II, Romae, 1936, pp. 392, 393); lin. 22, *adde*: (Labib, op. laud., pp. ⲣ̅ⲡ̅ⲍ̅ – ⲣ̅ⲡ̅ⲑ̅), lin. 27, *adde*: (Labib, op. laud., pp. ⲣ̅ϥ̅ⲁ̅ - ⲣ̅ϥ̅ⲅ̅).

» 207, lin. 16, *adde*: (Labib, op. laud., pp. ϥ̅ⲉ̅, ϥ̅ⲍ̅); lin. 19, *adde*: (Labib, ibid., p. ⲣ̅ⲛ̅); lin. 26, *adde*: (Labib, ibid., pp. ϥ̅ⲍ̅, ϥ̅ⲏ̅).

» 211, lin. 16, *adde*: Cf. etiam O. H. E. Burmester, *The Canonical Hours of the Coptic Church*, in *Orientalia christiana periodica*, t. II, Romae, 1936, pp. 78-100; lin. 19, *pro* 150, *lege*: 50; lin. 20, *post* 69, *adde*: , 112.

» 216, lin. 8, *lege*: 81ᵛ.

» 219, lin. 4, *adde*: O. H. E. Burmester, *The Office of Genuflexion on Whitsunday*, in *Le Muséon*, t. XLVII, Lovanii, 1934, pp. 205-257.

» 221, lin. 7 a. fin., *lege*: 7135, f. 46 [olim 47]; lin. 6 a. fin., *lege*: 7136, f. 94 [olim 541].

» 226, lin. 10 a. fin., *lege*: Saec. XIV med., chart.,. Quae enim, hic et pp. 245, 247, dicta sunt de codicis aetate infirmantur auctoritate codicis Musaei coptici Cahirensis 684 (Lit. 253), anno 1364 confecti (cf. G. Graf, *Catalogue de manuscrits arabes chrétiens conservés au Caire*, in *Studi e Testi*, t. 63, Civitate Vaticana, 1934, pp. 251-253). Ambo codices eiusdem sunt librarii et, ut ex accuratiore rerum disquisitione liquet, circa idem tempus exarati.

» 238, lin. 16 a. fin., *lege*: (ff. 67ᵛ-68ᵛ).

» 239, lin. 5, *adde*: G. Graf, op. laud., pp. 38, 63, 207 et 251-253; P. Sbath, *Bibliothèque de Manuscrits Paul Sbath*, t. III, Cahirae, 1934, pp. 3-6.

» 244, lin. 3, *post* edidit, *adde*: evulgavit autem O. H. E. Burmester, *The Coptic and Arabic versions of the Mystagogia*, in *Le Muséon*, t. XLVI, 1933, pp. 203-235.

item psalmorum numeri canticorumque tituli scripti sunt, non vero eadem manu; nuper, imis ff. rectis mecanice apposita est notatio 1-230 quam sequimur. Tituli psalmorum et canticorum, notae marginales, interpunctionis signa minio exarata sunt; insuper puncto rubro signantur lineolae, quae formas coarctatas verborum superant, litterae ϕ in flexu sinistro, qui apertus manet, et ϧ. Litterae maiores macula rubra distinguuntur, quam plurimum e sinistra parte. Litterae maximae pigmentis croceo, caeruleo et rubro, rarius viridi, commendantur, sicut et ornamenta paginarum extremarum fasciculorum fasciaeque ff. 5 et 192^v, quae psalterii initium et canticorum indicant. Cruces in eisdem fasciis, titulus psalterii cum duabus primis lineis ps. 1, titulus primi cantici cum una linea, psalterii librorum secundi et quarti, nec non quinti cum prima linea ps. 106, auro illita sunt. Titulus tamen libri tertii et quaedam lineae initiales caerulei sunt coloris. F. 4^v crux pigmentis supradictis decorata et auro, cum verbis ⲓⲏⲥ ⲡⲭⲥ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ « Iesu Christe, miserere mei ». F. 4^v et 5^r phototypice edidit Hyvernat, *Alb. pal.*, tab. LIII. Puncta ad cruces delineandas praeparata conspiciuntur in ff. 2^v et 3^v, cum verbis ⲓⲏⲥ ⲡⲭⲥ ⲛⲓⲕⲁ ⲁϥϭⲣⲟ « Iesus Christus vincit ». Subscriptio librarii in f. 222: كمل المزمور المبارك يوم السبت الرابع عشر من شهر برمهات احد شهور سنة الف ومايه | واثنين الشهدا الاطهار وكان كماله بدير القديس العظيم واب جميع الرهبان انبا انطونيوس الرب يرحمنا بصلاته امين « Perfectum est psalterium benedictum die sabbati decimo quarto mensis barmahāt, unius e mensibus anni 1102 martyrum purorum (= 10 martii 1386). Et fuit finis in monasterio magni sancti patrisque omnium monachorum Abba Antonii, cuius precatione Dominus misereatur nostri. Amen ». In f. 4^r, tecto licet charta recentiori, adhuc legere est notam: يا الله الخلاص | هذا الكتاب المبارك الذى هو سفر مزامير داوود النبى المخلف عن الولد المبارك | الشيخ الرشيد عبد السيد المتنيح فى الاحضان الابراهيمية ابن القس يوحنا ابن يعقوب | الشهير بابن البوشمى نيح الله تعالى نفسه ونور رمسه وابقى خلفه وقد صار هذا | الكتاب المذكور وقفا موبدا وحبسا مخلدا على دير القديس العظيم انطونيوس | بجبل القلزم المعروف بدير العربة وكلمن تعدى واخرج عن وقفية الدير المذكور | يكون تحت الكلام الصعب ولا يكون فى حل من قبل ذلك والرب الاله يعوض | من اوقفه ومن اعطاه للدير المذكور ومن خلف عنه ومن سعى فيه والشكر لله دائما ابدا | كيخ سابع عشر من امشير (?) المبارك | سنة قبطية | ⲁⲣⲛⲏ, « O Deus salus! Hic liber benedictus qui liber psalmorum est David prophetae, legatus a filio benedicto, duce iusto, 'Abd as-Sayyid, requiescente in sinibus abrahamiticis, filio sacerdotis Iohannis, filii Iacobi nominati Ibn al-Bušami — requiescere fac, Deus, exaltetur!, animam eius, illumina sepulcrum eius et custodi eius posteritatem — factus est, scil. hic liber memoratus, legatum perpetuum votumque aeternum monasterio s. magni Antonii in monte Qulzum, vocato monasterio Arabum (Amélineau, *Géographie de l'Egypte*, p. 131). Et quicumque ei (libro) vim infert effertque eum e custodia monasterii memorati, erit sub sententia molesta neque erit in absolutione eius rei causa. Et Dominus Deus retribuat ei qui librum dicavit et qui dedit illum monasterio memorato et qui legavit illum et qui operatus est in eo. Et laus Deo aeterna, perennis. Scriptum est die 17^a mensis amšir (?) benedicti, anni coptici 1158 (an. D. 1442). In f. I, quod in Occidente videtur additum, siquidem signum officinae chartariae praebet canem sub stemmate in circulo inclusum et stellam sex radiorum, (cf. Briquet, *Les*

Filigranes, t. I, Genevae, 1907, n. 1131, ann. 1529-1575), variis manibus sunt scripta *P. vall. 5; N. V; nov. 6; Psalteriu*(m) *Copticu*(m) *et Arabicu*(m) et notula *Psalterium Copto-|Arabicum | scriptum in Ægypto, in monasterio s. An|tonii Abbatis, anno Martyrum millesimo | centesimo secundo, mensis Aegyptiorum | Barmahat seu Phamenoth die decima quart|â in sabbatum incidente: hoc est | anno aerae Christianae millesimo tre|centesimo octogesimo sexto, cyclo solis | XXIII. Literâ Dominicali G, die decima | mensis Martii.* F. 2 nota codicis *n° 6* et quaedam arabice de utilitatibus psalmorum, praesertim ad effectus magice obtinendos, ex. gr. مزمور لداوود هو للفرح والسرور ıн السماوات «psalmus David, hic est pro gaudio et laetitia, XVIII: caeli (enarrant)» et مزمور ıⲇ لتسهيل الامور يا رب من يسكن «psalmus XIV ad negotia expedienda: Domine, quis habitabit». Ff. 1ᵛ, 2ᵛ, 3ʳ, 4ʳ, 5ʳ, 227-230ᵛ vac.

Integumentum, quod ex corio rubro constat, auro impressa praebet ornamenta, notam codicis *6* scutaque Pii VI et Francisci Xaverii de Zelada card. bibliothecarii. Tegumenti antiqui vestigium, i. e. macula pulla partis deflexae operculi anterioris conspicitur in f. 230ᵛ.

7 (olim 10). Saec. XIII, chart., mm. 267 × 182, ff. II, 337 (+ 297ᵃ oscitatione librarii neglectum), linn. 21.

Psalterium et cantica bohairice arabiceque. Codicem exscripsit Raphael Tuki, in cod. Borgia copt. 61.

1 (f. 1) Psalterium in quinque libros divisum cum indicatione stichorum, doxologiarum et *καθισμάτων*. Textus pss. 1–3, 2 [ⲁⲩⲧⲱⲟⲩ]ⲛⲟⲩ, qui perierat, saec. XVI ex. suppletus est manu haud eleganti, quae titulos pss. 2 et 3 omisit. Inc.: ⲯⲁⲗⲙⲟⲥ ⲧⲱ ⲇⲁⲩⲓⲇ ⲡⲓⲯⲁⲗⲙⲟⲥ ⲁ̅ ⲥⲧⲩ(ⲭⲟⲥ) ⲓ̅ⲉ̅ بسم الله مزامير داوود المزمور الاول خمسة عشر استيحن «Psalmi Davidis (arab. praemittit in nomine Dei). Psalmus primus. Stichi XV». Des. post psalmum apocryphum (f. 294ᵛ): ⲯⲁⲗⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ⲍⲱⲏⲥ ⲥⲧⲩⲭⲟⲥ ,ⲉ̅ⲫ̅ⲟ̅ⲉ̅ ⲕⲉ(ⲫⲁ)ⲗ(ⲁⲓⲁ) ⲣ̅ⲛ̅ⲁ̅ ⲉⲛ ⲓⲣⲏⲛⲏ ⲧⲱ ⲕⲩⲣⲓⲱ ⲁⲙⲏⲛ مزمور الحياة استخوناه ,ⲉ̅ⲫ̅ⲟ̅ⲉ̅ مزامير ⲣ̅ⲛ̅ⲁ̅ بسلام الرب امين «Psalterium vitae. Stichi MMMMMDLXXV. Psalmi (arab. notatur in mg. ق روس 'coptice: capita') CLI; in pace Domini. Amen». Notantur in marginibus variae lectiones alterius recensionis vel exemplaris psalterii coptici nec non discrepantiae arabicam versionem inter ac copticam, ut in cod. 6 sed rarius. Monita arabica de usu liturgico psalmorum atramento addita sunt in margine manu paulo recentiori.

2 (f. 295) Cantica Veteris Testamenti, sine generali titulo: [1] Moysi primum, Ex. 15, 1-21; [2] (f. 297ᵃ) alterum, Deut. 32, 1-43; [3] (f. 304ᵛ) Annae, I Reg. 2, 1-10; [4] (f. 306ᵛ) Habacuc, Hab. 3, 2-19; [5] (f. 310) Ionae, Ion. 2, 3-10; [6] (f. 311ᵛ) Ezechiae, Is. 38, 10-20; [7] (f. 313ᵛ) oratio Manasse,

[8] (f. 317 *sic* pro 316) oratio Isaiae prima, Is. 25, 1-21; [9] (f. 318) secunda, Is. 26, 1-8; [10] (f. 319v) tertia, Is. 26, 9-20; [11] (f. 321v) Dan. 3, 1-97 cum titulo et additione marginali ut in cod. 6; textus v. 97, qui est ut in ed. Raphaelis Tuki, pp. ⲩ̄ⲡ̄ⲍ̄ sq., suppletus est in f. 337, cuius subscriptio infra refertur.

Codex nitide exaratus fasciculis constat triginta quinque, qui praeter primum et ultimum mutilos, quiniones sunt. Fasciculi primi quattuor tantum folia pristina sunt, sex enim perierunt, ut probat numeratio foliorum coptica; ultimi vero fasciculi tria manent folia primae manus; nec potest quis deperdita supputare, cum codex probabiliter et Novi Testamenti cantica continuerit, nunc vero finem cantici Azariae tantum suppletum exhibeat. Fasciculi notantur in ang. sup. int. paginarum extremarum, quae ornamentis distinguuntur inscriptioneque ⲓ̄ⲩ̄ ⲭ̄ⲩ̄ « Iesus Christus ». Notae foliorum scriptae sunt in paginis aversis inde a f. 3v (= ⲍ̄). Ductus ad locum scripturae definiendum ut in cod. 6 forma impressi sunt. Scriptura accedit ad typum cod. Vat. copt. 17 an. 1288. Vox ⲫϯ communiter accentu caret, interdum tamen reperitur cum lineola, e. g. in ff. 102, 143v (bis), 152, 154v, 157, 160v (bis), 161v, 169 (bis), 203. 275. Minio exarata sunt tituli psalmorum et canticorum, titulus libri secundi psalmorum (f. 79v), notae marginales, indicatio doxologiarum et *καθισμάτων*, litterae maiores, interpunctionis signa, quae puncto vel binis apicibus constant, puncta et maculae, quibus litterae quaedam, praesertim ⲫ et ϧ, distinguuntur. Litterae maximae et ornamenta paginarum fasciculorum externarum pigmentis croceo et rubro, perraro viridi, commendantur sicut et fascia in summo f. 295, quo cantica incipiunt. Crux in f. IIv et fascia in f. 1 atramento et minio rudi arte confecta sunt. Nota, in f. suppleto 337, sic legitur: لما كان بتاريخ يوم الثلثا المبارك ثامن عشرين شهر بابة المبارك | سنة ⲁⲥⲡⲉ, قبطية تنيح السيد الاب البطريرك انبا غبريال | الخامس والتسعين فى عدد الاباء البطاركة بعد ان اقام | على الكرسى المرقسى [ث]لاث واربعون سنة بعد ان جاهد الجهاد | الحسن وكانت نياحته فى دير القديس العظيم [ا]نطونيوس | المعروف بدير الميمون عند طلبته من المسيح بذلك وهو يقول | نتوجه الى الدير فان علامة خلاص الراهب موته فى ديره واعطاه | الرب طلبته واستجاب له دعاه ونيحه من اثعاب هذه (*sic*) العالم الباطل | الرب يجعل لكاتب هذه الاحرف نصيبا معه ويرزقنا ببركة صلاته امين | والشكر له دايما ابدا . كتبه بعد نياحته باسبوع « Cum fuit feria tertia benedicta, die vigesimo octavo mensis bābah benedicti anni coptici 1285 (= 25 oct. 1568 vel melius 26 oct. quae feria tertia erat), requievit dominus pater patriarcha Abba Gabriel, nonagesimus quintus in serie patrum patriarcharum, cum sedisset in cathedra Marciana annos tres et quadraginta, bonumque certamen certavisset. Accidit autem eius requies in monasterio sancti Antonii magni, quod monasterium al-Maymūn vocatur, iuxta petitionem eius a Christo; dicebat enim: ' eamus ad monasterium, quoniam signum salutis monachi est mors eius in monasterio '. Et annuit Dominus petitioni eius atque exaudivit preces eius, et fecit ipsum requiescere a laboribus huius saeculi vani. Dominus ponat scriptori harum litterarum portionem cum eo, et largiatur nobis benedictionem precum eius. Laus (Deo) semper in aeternum. Hebdomada (una) ab

eius obitu (scriptum est)». F. I^{v}: *Portato da Egitto da me Girolamo Vecchietti | l'anno 1594 | Li salmi;* manu Alexandri Rainaldi, praefecti bibliothecae: *Io*(hannes) *Bap*(tis)*ta Raimundus bibliothecae Vaticanae | dono dedit ex testamento anno 1614* et forsitan eadem manu nota codicis *9*. Alt. manu saec. XVII ante med.: *Psalmi Dauidis;* deinde *num. 10.* Sigillum Hieronymi Vecchietti sine atramento impressum conspicitur in marg. ext. f. 1.

Integumentum e corio rubro lineis auro impressis commendatum inscriptionem praebet in dorso *Psalterium | copt. arab.* et notam *7.*

8 (ol. 1). Saec. XIII in. et an. 1587 (= Mart. 1303, cf. f. 351^{v}), chart., mm. 328 × 241, ff. I, 351 (+ 101^{a}. 165$^{a.\,b}$), linn. 26, 27 et 23, 24.

Evangelia quattuor bohairice et arabice. Codex, in quo praefationes capitulorumque copticorum, quae vocant, argumenta unicuique evangelio praemissa erant, dum in marginibus adscribebantur tum numeri capitulorum graecorum et copticorum, tum sectiones Ammonianae Eusebianique canones, iacturam 66 foliorum passus est atque anno 1587 refectus. Textum copticum, cum aliis codicibus se contulisse testatur David Wilkins, *Novum Testamentum Ægyptium vulgo Copticum ex mss. Bodleianis descripsit, cum Vaticanis et Parisiensibus contulit*... Oxonii, 1713, p. VIII, addita brevi codicis descriptione. Parte codicis primaeva usus est Georgius Horner, qui eam demonstravit eumdem textum exprimere ac codicem Parisiensem copticum 16 Bibliothecae Nationalis eamque littera C_2 designavit, *The Coptic version of the New Textament in the northern dialect otherwise called memphitic and bohairic*... t. I, Oxonii, 1898, pp. LV sq. Interpretatio vero arabica in pristinis foliis ea est, quam pure aegyptiacam nominavit Ignatius Guidi, *Le traduzioni degli Evangelii in arabo e in etiopico*, in ephemeride cui titulus *Atti della R. Accademia dei Lincei*..., ser. IV, vol. IV, *Memorie*, Romae, 1888, p. 31; quae autem suppleta sunt folia recensionem exhibent Alexandrinam vulgatam.

1 (f. 1) Evangelium secundum Matthaeum sine praefatione et argumentis propter amissionem undecim priorum foliorum. Pristini textus remanent (ff. 7-54^{v}) 3, 11 [ⲉ̀ⲧⲉ ⲛ̀]ϯⲙⲉⲧⲛⲓϣϯ – 18, 10 ⲛⲓⲫⲏ[ⲟⲩⲓ]. Inc. in brevi arabica praefatione ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ. بسم الله نبتدى بمعونة الله وحسن توفيقه بكتب الاربعة الاناجيل المقدسة ينبوع الحياة وطريق الخلاص. وهذ انجيل متّى كتب بالعبرانية فى فلسطين من بعد الصعود بسبعة سنين وكرز فى يروشليم وفى الهند بسلام من الله امين « In nomine Dei. Incipimus, ope Dei ac bonitate illius auxilii, scribere quattuor evangelia sancta, quae sunt fons vitae et via salutis. Et hoc

evangelium quod scripsit Matthaeus hebraice in Palaestina, anno ab Ascensione septimo, atque praedicavit Hierosolymis et in India. In pace Dei. Amen ». Des. (f. 99) cum sola subscriptione arabica: كملت بشارة القديس متى الانجيلي بسلام من الرب والسبح لله دايما ابدا « Explicit praeconium sancti Matthaei evangelistae; in pace Domini. Laus Deo semper in aeternum ».

2 (f. 100) Evangelium secundum Marcum, praemisso prologo, qui mut. inc. ut apud Georgium Horner, op. laud., p. L, l. 1 [ⲛ̄ϫⲉ ⲛⲉϥ]ϩⲩⲡⲟⲑⲉⲥⲓⲥ. Capitulorum argumentis, quae edidit galliceque vertit Adolphus Hebbelynck, *Les κεφάλαια et les τίτλοι des Evangiles dans les Mss. coptes bohaïriques Paris, Bibl. Nation., copte 16, Vat. copte 8 et le fragm. bohaïrique Brit. Mus. Add. 14740[4], fol. 9. La lettre d'Eusèbe à Carpianus d'après le Ms. bohaïrique Vat. copte 9. Textes inédits et traduction*, in ephemeride *Le Muséon*, t. XLI (1928), pp. 92-95, 104-106, titulus praemittitur ⲧⲉϥⲉⲣⲫⲙⲉⲩⲓ ⲛ̄ⲕ(ⲉⲫⲁ)ⲗ(ⲉⲟⲛ) ⲛ̄ⲇ̄ ⲉⲧⲉ ⲛⲁⲓ ⲛⲉ ⲛ̄ⲇ ذكر الاصحاح وهي « enumeratio capitulorum, quae sunt LIV ». Evangelii inscriptio est (f. 102): ⲧⲉⲛⲉⲣϩⲏⲧⲥ ϧⲉⲛⲑⲃⲟ<ⲏ>ⲑⲓⲁ̀ ⲙ̀ⲫ϶ ⲥϧⲁⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ⲕⲁⲧⲁ ⲙⲁⲣⲕⲟⲛ ⲧⲉϥⲡⲣⲉⲥⲃⲓⲁ̀ ⲉ̀ϩⲣⲏⲓ ⲉ̀ϫⲱⲛ ⲁⲙⲏⲛ نبتدى بعون الله بكتب انجيل مرقس شفاعته مع جميعنا امين « Incipimus, iuvante Deo, scribere evangelium secundum Marcum, cuius intercessio (sit) super nos (arab. add. omnes). Amen ». Des. (f. 162): ⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ · ⲍⲱⲏⲥ ⲕⲁⲧⲁ ⲙⲁⲣⲕⲟⲛ · ⲉⲛ ⲉⲓⲣⲏⲛⲏ ⲧ̄ⲱ̄ ⲕ̄ⲱ̄ ⲁ̀ⲙⲏⲛ ⲥⲧⲩⲭⲟ(ⲥ) ,ⲁ̄ⲱ̄ⲛ̄ ⲕⲉ(ⲫⲁ)ⲗ(ⲉⲟⲛ) ⲛ̄ⲇ̄ « Evangelium vitae secundum Marcum; in pace Domini. Amen. Stichi MDCCCL, capitula LIV ». Desiderantur 1, 44 ⲉ̇[ϧⲟⲩⲛ ⲉϫⲉⲛ] – 2, 9 [ⲛⲉⲕⲛⲟⲃⲓ] ⲥⲉⲭⲏ, uno folio dempto post f. 105. Suppleta sunt (ff. 117-128) 5, 30 ⲉ̇ⲧⲁϥϭⲓ – 8, 6 ⲛ̇ⲛⲉϥⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ.

3 (f. 163) Evangelium secundum Lucam, praemissis prologo et capitulorum argumentis. Varias prologi lectiones collegit Georgius Horner et uncis lunatis inclusas tradidit op. laud., pp. LI sq.; argumenta vero reperies apud Adolphum Hebbelynck, op. laud., pp. 95-99, 106-109. Evangelii inscriptio est (f. 166): ⲧⲉⲛⲉⲣϩⲏⲧⲥ ϧⲉⲛ ⲑⲃⲟⲏⲑⲓⲁ ⲙ̀ⲫ϶ ⲉⲥϧⲁⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲉⲩⲁⲅ<ⲅ>ⲉⲗⲓⲟⲛ ⲧⲁⲧⲁ (*sic*) ⲗⲟⲩⲕⲁⲛ (super ⲕⲁ scriptum est ⲁⲙ, abrev. pro ⲁⲙⲏⲛ, dein addita abrev. ⲗ̄ⲕ̄ⲁ̄) نبتدى بمعونة الله بكتب انجيل لوقا « Incipimus, Deo iuvante, scribere evangelium secundum Lucam ». Des. (f. 271): ⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟ(ⲛ) ⲍⲱⲏⲥ ⲕⲁⲧⲁ ⲗⲟⲩⲕⲁⲛ ⲉⲛ ⲓⲣⲏⲛⲏ ⲧⲱ ⲕ̄ⲱ̄ ⲁⲙⲏⲛ ⲥⲧⲩⲭⲟ(ⲥ) ,ⲃ̄ⲱ̄ ⲕⲉ(ⲫⲁ)ⲗ(ⲉⲟⲛ) ⲡ̄ⲇ̄ (روى infrascript.) ⲡ̄ⲉ̄ (قطى infrascr.) ⲧ̄ⲙ̄ⲃ̄ (صغير infrascript.) « Evangelium vitae secundum Lucam; in

pace Domini. Amen. Stichi MMDCCC. Capitula graeca LXXXIV, coptica LXXXVI, parva (i. e. sectiones Ammonianae) CCCXLII ». Textus primigenii desiderantur et suppleta sunt 19, 15 ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲉϥⲉ̀ⲙⲓ – 28 post f. 245 et 22, 8 ⲛⲱⲧⲉⲛ (manus alt. scripsit inde a [ⲓⲱ]ⲁⲛⲛⲏⲥ) – 20 post f. 257.

4 (f. 272) Evangelium secundum Iohannem, praemissis prologo et capitulorum argumentis. Prologum contulit, ut supra, Georgius Horner, cf. op. laud., p. LIV; argumenta apud Adolphum Hebbelynck, pp. 100-102, 109-110. Evangelii inscriptio est (f. 273) ⲧⲉⲛⲉⲣϩⲏⲧⲥ ϧⲉⲛ ⲑⲃⲟⲏⲑⲓⲁ ⲙ̀ⲫϯ ⲉⲥϧⲁⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ⲕⲁ⟨ⲧⲁ⟩ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲛ نبتدي بعون الله بكتب بشارة الجيل يوحنا « Incipimus, Deo iuvante, scribere evangelium secundum Iohannem ». Textus primigenius abrupte des. in 18, 37 ⲟⲩⲟⲩⲣⲟ (f. 339).

Codex primum efficiebatur quinionibus triginta quinque, quorum nunc integri exstant fasciculi 3-5, 12, 14-24, 27, 29-34. Novem folia habent fasciculus secundus, primo folio defraudatus, sextus, vigesimus quintus et vigesimus sextus, qui ultimo folio carent, vigesimus octavus qui imaginem evangelistae perdidit post f. 272. Fasciculi undecimi sunt folia octo, ultimi remanet primum tantum. Fasciculus decimus septimus undecim folia comprehendit, f. 165[a], qui imaginem ferebat s. Lucae (v. infra), in duo dirempto. Fasciculi notati sunt in margine summo paginarum extremarum ita ut habeatur in medio ornamentum cum verbis ⲓⲩ ⲭⲩ, in angulo interno numerus fasciculi, tandem in externo nomen evangelistae atque numerus paginae. Paginae enim litteris copticis signatae sunt, sed, primo folio uniuscuiusque fasciculi excepto, in foliis aversis tantum. Postea, sed ante foliorum amissionem, paginae omnes notatae sunt notis numeralibus copticis cursivis evangelistarumque nomina arabice scripta in summis foliis rectis. Folia suppletoria, non paginae, numerata sunt a parte aversa; in iisdem prima fasciculorum folia, in pag. ext. cruce et verbis ⲓⲥ ⲭⲥ ⲩⲥ ⲑⲥ distincta carent fasciculorum numeris. Ab occidentalibus viris ter folia numerata sunt, primum saec. XVI-XVII atramento flavescenti prope ang. sup. dextrum scripturae copticae usque ad f. 165[a] (= 165), postea, chartis scriptis tantum, ut vid., computatis, in ang. chartae, numeratione quae nunc viget, tandem in foliis aversis, modo librorum arabicorum (ff. 351[v]-249[v]) usque ad num. 103.

Codex eiusdem est manus ac codex copticus 16 bibliothecae nationalis Parisiensis. Hunc autem circa initia saec. XIII exaratum esse prodit calendarium quod codicem complens inc.: an. Chr. 1196, an. Mart. 920 (sic, continuato errore usque ad finem calendarii: an. Chr. 1416, an. Mart. 1140, ff. 368-369[v]; — f. 369[v] nomen librarii Gabrielis). Scriptura uncialis est, oblongam quam vocamus, sat crassa; in subscriptionibus tantum inque primis lineis prologorum et evangeliorum formae repeRiuntur rotundae. Ductus ad locum litterarum, quae suspenduntur, definiendum forma impressi sunt in charta. Minio exarata sunt interpunctionis signa, i. e. angulus cum puncto, puncta quae signum compendii, maculae quae litteras maiores, ϧ et ⲫ ornant, una vel saepius duae lineae in principio sectionum, inscriptiones evangeliorum et pro-

logorum. In margine sinistro, litteris copticis scripti sunt numeri sectionum minio, canonum vero Eusebianorum atramento; ibidem autem sectionum copticarum numeri vel signo speciali carent vel duobus punctis suprascriptis (ex litt. ق = قبطى « coptica ») distinguuntur, graecarum verbo زومى « graeca » vel litt. ر suprascriptis, Ammonianarum numero canonis infrascripto. In margine dextro atramento scripti sunt numeri sectionum Ammonianarum et canonum notis numeralibus cursivis, quibus et minio in marginibus externis notantur sectiones copticae et graecae litteris ق et ر discriminatae. Variis pigmentis decorantur litterae maximae, ornamenta quae sectiones indicant in mg. ext., necnon ea quae in marg. sup. primas et ultimas uniuscuiusque fasciculi paginas distinguunt, fasciae duos vel tres margines implentes paginarum quibus incipiunt prologi et evangelia. Librarius qui an. 1587 folia supplevit, fere eodem modo ac prior usus est minio, sed litteris copticis tantum notati sunt numeri sectionum et canonum in marg. ext. Imagines ex primigeniis remanent (f. 101^{v}) s. Marci et (f. 165^{b}) s. Lucae; haec vero, quae in f. 165^{a} averso depicta erat, recens transportata in f. 165^{b}, cui erat agglutinata, inde a f. 165^{b} averso transspicienda est ut recte legatur inscriptio ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲗⲟⲩⲕⲁⲥ. F. I^{v} crux cum litteris ⲁ et ⲱ ac verbis ⲓ︦ⲏ︦ⲥ︦ ⲡ︦ⲭ︦ⲥ︦ ⲩ︦ⲥ︦ ⲑ︦ⲥ︦ « Iesus Christus filius Dei », nec non fascia f. 1 sunt atramento delineatae pigmentisque tactae rubro et croceo.

Postquam suppleta sunt folia marginesque refecti exarata est in f. 351^{v} subscriptio haec: كملت بشارة القديس يوحنا وهى تمام الاربعة بشاير بركات | قايلهم تكون مع المهتم والناقل والسامع وساير بنى المعمودية امين ⊙ | وكان الفراغ من تكيملهما (sic) يوم الثلثا المبارك ثامن عشرين شهر بشنس | سنة الف وثلثماية (in cod. تليماية) وثلثة للشهدا الاطهار بركة صلواتهم تكون معنا امين ⊙ وانا اقسم عليك ايها القارى فى هذا | الكتاب بالالم (sic) المسيح ان تقول من جوارح قلبك يا ربّنا يسوع المسيح | اغفر خطايا عبدك ارغاديوس ابن يوحنا ناقل هذه الاحرف وحلله | من رباط خطاياه ومن ساير الرباطات والتبعات الشرعيّة هو | وجميع بنى المعمودية واقفهم امام منبرك المخوف بغير غيب عن يمينك | واورثهم الملكوت التى لا يزول ومن قال شى له بمثله والسبح لله دايما ابدا | وذلك مما اهتم به السيد المخدوم المحبّ المحبوب الدين الارتدكسى (suprascr. يد الاتكسى) | الشماس المكرم والارخن (in cod.? والارحت) المبجل الموقر المحترم محب الغربا ومربى الايتام | ومعطى الفقرا والمساكين العامل بوصايا سيده الماشى على قدم | الحق واليقين الشيخ العلم صليب الابناسى بجل المولا الرئيس العالم | العامل الفاضل النفس الشماس المكرم والارخن المفضل الشيخ | المكين جرجس المتنيّح فى الاحضان الابراهيمية نيّح الله نفسه وينفع | بجله بما اهتم به من هذا التذكار الحسن ويفرحه بالملكوت بعد | العمر الفسح بطلبات وشفاعة دات الشفاعات معدن الطهر | والبركات سيدتنا وفخر جنسنا مرتمريم البتول الزكية وساير الشهدا | والقديسين امين والشكر لله دايما ابدا « Explicit evangelium sancti Iohannis et est complementum quattuor evangeliorum; benedictiones eius, qui illa praefatus est, sint cum curatore, scriptore et auditore, cumque ceteris filiis baptismi. Amen. Fuit autem finis consummationis eorum feria tertia benedicta, vigesima octava mensis bašnas anni 1303 martyrum purorum (= 2 iunii 1587), benedictio precum eorum sit nobiscum. Amen. Et ego adiuro te, quicumque legis in hoc libro, per passionem Christi, ut dicas ex intimo

corde tuo: o Domine noster Iesu Christe, dimitte peccata servi tui Arcadii (*Arġadiyūs*) filii Iohannis, harum litterarum scriptoris, solve eum omnesque filios baptismi a vinculo peccatorum suorum et a reliquis censuris et poenis legalibus, siste eos ante tremendum thronum tuum a dextris tuis absque vitio, et hereditare fac eos regnum, quod non praeteribit. Et qui dixerit aliquid, sic ei fiet. Laus vero Deo semper in aeternum. Id curavit dominus obsequio dignus, amicus dilectus, fide orthodoxus, diaconus reverendus, praelatus (*ἄρχων*) honoratus, venerandus et observandus, amator peregrinorum, educator orphanorum, erga pauperes et egenos liberalis, qui custodit mandata Domini sui, et institit vestigio veritatis ac iustitiae, magister doctus **Ṣalīb al-Ibnasī**, gloria magistri, prioris docti et operosi, anima excellentis, diaconi venerandi et praelati conspicui, magistri constantis, Georgii, qui requiescit in sinibus Abrahamiticis. Deus det requiem animae illius et retribuat illi beatitudinem secundum curam ab ipso in hoc pulchro monumento adhibitam, atque exhilaret illum in regno (caelorum) post longam vitam; per preces et intercessionem essentiae intercessionum, fodinae puritatis et benedictionum, dominae nostrae et decoris generis nostri, sanctae Mariae, virginis purae, et omnium martyrum et sanctorum. Amen. Laus Deo semper et in aeternum». F. I manu Alexandri Rainaldi, bibliothecae praefecti: *Quattuor euangelia in lingua Aegyptiaca cum Interpretatione eorum in | lingua Arabica.* Notae codicis ibidem leguntur: *22* cancell., *N° I* et *Nuovo IX* plumbo cancell., *VIII* et *N° 8*. Ff. 99^{v}, 101^{av}, 165^{av}, 165^{bv}, 248^{v}, 259^{v} vac.

Integumentum, quod ex corio rubro constat, scuta exhibet auro impressa Pii VI et Francisci Xaverii de Zelada card. bibliothecarii.

9 (olim 4). An. 1204-1205 (= Mart. 921), chart., mm. 345 × 253, ff. I, 504 (— 22, 146, 236 oscitatione illius qui saec. XVII folia numeravit omissis), linn. 22-24.

Evangelia quattuor bohairice et arabice cum praefationibus et capitulis. Codicem, quem primus laudaverat Athanasius Kircher, *Prodromus Coptus sive Aegyptiacus*, Romae, 1636, pp. 191 sq., contulit David Wilkins, ut ipse fatetur, *Novum Testamentum Aegyptium vulgo Copticum*, Oxonii, 1716, pp. VIII sq., exscripsit autem Raphael Tuki in cod. Borg. copt. 57, ff. 2-385. Postremo textus bohairicus ex integro collatus est a Georgio Horner, qui sat amplam codicis (D_1) descriptionem editioni praemisit deque textus indole disseruit, *The Coptic version of the New Testament in the northern dialect*, vol. I, Oxonii, 1898, pp. LVIII-LXV. Interpretatio arabica, cui adduntur in mg. nonnullae notae de discrepantia cum aliis versionibus, illa est pure aegyptiaca, de qua Ignatius Guidi scripsit in ephemeride *Atti della R. Accademia dei Lincei...*, ser. IV, vol. IV, *Memorie*, Romae, 1888, p. 17.

1 (f. 2) Epistola Eusebii ad Carpianum, quam, haud leviter discrepantem a textu cod. Mus. Brit. Or. 1315 apud Georgium Horner, op. laud., vol. I,

pp. LXXII sq., edidit galliceque vertit Adolphus Hebbelynck, op. laud., *Les κεφάλαια et les τίτλοι des Évangiles* etc., in ephemeride *Le Muséon*, t. XLI (1928), pp. 116-118. Inc.: ⲥⲩⲛ ⲑ(ⲉ)ⲱ ⲉⲩⲥⲉⲃⲓⲟⲥ ⲛ̀ⲕⲁⲣⲡⲓⲁ̀ⲛⲟⲥ: ⲡⲁⲙⲉⲛⲣⲓⲧ ⲛ̀ⲥⲟⲛ ϧⲉⲛ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲭⲉⲣⲉ بسم الله اوسيبوس لقربيانو (sic) الحبيب الاخ يفرح بالرب « Cum Deo. Eusebius Carpiano dilecto fratri in Domino salutem »; des.: ⲡⲓⲙⲁϩ̅ⲓ̅ ⲛ̀ⲕⲁⲛⲱⲛ ⲫⲁⲓ ⲉⲧⲉ ⲥⲭⲏ ⲛ̀ϧⲏⲧϥ... ⲉⲩⲱ̀ⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ϣⲁ ⲉ̀ⲛⲉϩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲉ̀ⲛⲉϩ ϩⲁⲙⲏⲛ القانون العاشر موضوع فيه ... المجد لسيدنا يسوع المسيح الى ابد الابدين امين « Decimus canon, in quo scriptum est... in gloria Domini nostri Iesu Christi in saecula saeculorum. Amen ». Sequuntur (f. 3v) Eusebii canones qui des. f. 14r: ⲁⲩϫⲱⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲓ̅ ⲛ̀ⲕⲁⲛⲱⲛ: ⲉ̀ⲧⲁϥⲥϧⲏⲧⲟⲩ ⲛ̀ϫⲉ ⲉⲩⲥⲉⲃⲓⲟⲥ: ⲛ̀ⲕⲁⲣⲡⲓⲁ̀ⲛⲟⲥ ⲉϥⲧⲁⲙⲟ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲉ̀ⲛⲓⲗⲉⲝⲓⲥ ⲉⲧϯⲙⲁϯ ⲛⲉⲙ ⲛⲟⲩⲉ̀ⲣⲏⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲇ̅ ⲛⲉⲩⲁⲅⲅ<ⲉ>ⲗⲓⲟⲛ كملت القوانين العشرة التى كتبها اوسابيوس لقربيانو (sic) يعلمه الفصول التى اتّفق عليها الاناجيليون الاربعة بعضهم مع بعض « Completi sunt canones X quos scripsit Eusebius Carpiano, ostendens illi lectiones (ar.: sectiones), quae inter se conveniunt in quattuor evangeliis ».

2 (f. 23) Evangelium secundum Matthaeum, cuius 1, 19-2, 12, arabice edidit Ignatius Guidi, loc. laud. Titulus est: ⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ⲕⲁⲧⲁ ⲙⲁⲧⲑⲉⲟⲛ انجيل متى « Evangelium Matthaei »; sed (f. 19v) praecedit breve prooemium, ut sequitur: ⲧⲉⲛⲉⲣϩⲏⲧⲥ ϧⲉⲛ ⲑⲃⲟⲏⲑⲓⲁ̀ ⲙ̀ⲫ︦ϯ︦· ⲛⲉⲙ ⲡⲥⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲉϥⲛⲁϣϯ· ⲥϧⲉ ⲡⲓⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ· ⲛ̀ⲧⲉ ⲙⲁⲧⲑⲉⲟⲥ· ⲡⲓⲁ̀ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ ⲟⲩⲁⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲓ̅ⲃ̅ ⲙ̀ⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ· ⲉ̀ⲣⲉ ⲫ︦ϯ︦ ϯ ⲛⲁⲛ ⲛⲟⲩⲡⲣⲟⲥⲧⲁⲧⲏⲥ (ⲟⲩ suprascr.) ⲛⲧⲁϥ (ⲥ corr. in ϥ) ⲛⲉⲙ ⲫⲏ (ⲛⲉ suprascr.) ⲉ̀ⲧⲁϥⲥϧⲁⲓ ⲛⲉⲙ ⲫⲏ ⲉ̀ⲧⲱϣ ⲛ̀ϧⲏⲧϥ ⲛⲉⲙ ⲫⲏ ⲉⲧⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉ̀ⲣⲟϥ ⲁ̀ⲙⲏⲛ نبتدى بمعونة الله وحسن توفيقه بكتب بشارة متى الرسول احد التلاميذ الاثنى عشر رزّق الله شفاعته لكاتبه وقارئه وسامعه امين « Incipimus cum auxilio Dei et pulchritudine sui praesidii scribere evangelium Matthaei apostoli, unius e discipulis XII, cuius intercessionem Deus tribuat (copt. nobis) librario, lectori et auditori. Amen ». Des. (f. 140v): ⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ⲍⲱⲏⲥ ⲕⲁⲧⲁ ⲙⲁⲧⲑⲉⲟⲛ ⲥⲧⲩⲭⲟⲥ ⲃ︦ⲯ︦ ⲕⲉⲫⲁⲗⲉⲟⲛ ϥ︦ⲇ︦ ⲉ̀ⲛ ⲏⲣⲏⲛⲏ ⲧ︦ⲱ︦ ⲕ︦ⲱ︦ ⲁ̀ⲙⲏⲛ: بشرى الحياة لمتى استخن (ms. استخت) الفين وسبع مائة فصول اربعة وتسعين بسلام الرب امين (in mg. add. يعنى فصول صغار) « Evangelium vitae secundum Matthaeum. Stichi MMDCC, capita XCIV (ar. add. in mg.: i. e. capita parva). In pace Domini. Amen ». Praemittuntur: [1] (f. 15) prologus prior, cuius

textus copticus ex parte editus a Guillelmo Bonjour, *In monumenta coptica seu aegyptiaca Bibliothecae Vaticanae brevis exercitatio*, Romae, 1699, p. 16; totus legitur apud Georgium Horner, op. laud., p. LXI, inc.: ϧⲉⲛ ⲫⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲫⲓⲱⲧ... ⲫⲏ ⲉⲧϣⲱⲡ ⲛ̀ⲛⲏ ⲉ̀ⲧⲉⲣⲙⲉⲧⲁⲛⲟⲓⲛ... بسم الاب ... قابل التوبة ... « In nomine Patris... Qui accipit paenitentes... »; des. (f. 15ᵛ): ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩϫⲓⲙⲓ ϧⲉⲛ ⲕⲉϫⲱⲙ ϫⲉϥⲟⲓ ⲛ̀ⲱ̅ϫ̅ (ϥⲟⲓ ⲛ̀ suprascr.) ⲛ̀ⲥⲁϫⲓ ووجد في نسخة انه الفان وستمائة كلمه « et inventus est in alio exemplari (numerus) MMDC vocabulorum »; ² (f. 16) prologus alter, quem coptice edidit Georgius Horner cum anglica versione, op. laud., pp. LXI sq., inc.: ⲡⲓⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫⲏ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ ⲙⲁⲧⲑⲉⲟⲥ... انجيل القديس متى الانجيلي « Evangelium sancti Matthaei evangelistae... »; des.: ⲟⲩⲟϩ ⲛⲁⲓ ⲛⲉ ⲛⲓⲛⲟⲏⲙⲁ ⲧⲏⲣⲟⲩ وهذه جملة معانيها « et hi sunt tituli omnes »; ³ (f. 16ᵛ) capitula iuxta seriem graecam, inc.: ⲁ̅ ⲡⲓϫⲓⲛⲉ̀ⲙⲓ ⲉⲑⲃⲉ ⲛⲓⲙⲁⲅⲟⲥ الاول الاخبار عن المجوس « I. Notiones de magis »; des. (f. 19): ⲝ̅ⲏ̅ ⲓⲱⲥⲏⲫ ⲡⲓⲣⲉⲙⲁ̀ⲣⲓⲙⲁⲑⲉⲁⲥ ⲛⲉⲙ ⲡⲓϫⲓⲛⲱ̀ⲗⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲥⲱⲙⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅· ⲡⲁⲗⲓⲛ ϯⲁ̀ⲛⲁⲥⲧⲁⲥⲓⲥ الثامن وستين يوسف الرامى واخذ جسد الرب ثم القيامة « LXVIII. Ioseph ab Arimathea, et ablatio corporis Domini; deinde resurrectio ». De capitulis notandum est in principio argumenta referri capitulorum graecorum, in fine autem Evangelii numerum dari copticorum; praeterea hic numerus, XCIV scilicet, qui congruit cum notis in margine positis et cum subscriptione cod. Georgii Horner E_1 an. 1208, differt a numero, XCIII scil., qui legitur in prologo primo (f. 15ᵛ) quique reperitur in codd. C_1. $H_{1\cdot 2}$ (cf. Horner, p. 280).

3 (f. 147) Evangelium secundum Marcum, cuius titulus est ⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ⲕⲁⲧⲁ ⲙⲁⲣⲕⲟⲛ انجيل مرقس « Evangelium Marci »; des. (f. 229ᵛ): ⲉⲩⲁⲅⲅⲉ̀ⲗⲓⲟⲛ ⲍⲱ̀ⲏⲥ ⲕⲁⲧ⟨ⲁ⟩ ⲙⲁⲣⲕⲟⲩ ⲥⲧⲩⲭⲟⲥ ,ⲁ̅ⲱ̅ⲛ̅ ⲕⲉⲫⲁⲗⲉⲟⲛ ⲛ̅ⲉ̅ بشرى الحياة لمرقس فصول صغار ,ⲁ̅ⲱ̅ⲛ̅ فصول كتاب ستة وخمسون « Evangelium vitae secundum Marcum. Stichi MDCCCL, capitula LVI »; nota in mg. est addita خ استيخن الف وثمان مائة وخمسين . Praemittuntur: ¹ (f. 142) prologus prior partim a Guillelmo Bonjour, op. laud., pp. 16 sq. editus, deinde vero a Georgio Horner collatus, addita interpretatione anglica; cf. op. laud., pp. XLIX-LI et LXII; inc.: ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲟ ⲡⲁⲧⲏⲣ ⲕⲉ ⲓⲟⲥ ⲕⲉ ⲧⲟ ⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ ⲁ̀ⲅⲓⲟ(ⲛ) ⲉϥⲉⲣⲁⲛⲁϥ ⲙ̀ⲫ̅ϯ̅ بسم الاب والابن وروح القدس توفيق الله... « Cum Deo. Pater et Filius et Spiritus Sanctus.

Placeat Deo ... »; des. f. 143: ⲟⲩⲟϩ ⲧⲉϥⲁ̀ⲣⲓⲑⲙⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲉϥⲥⲁ̀ϫⲓ· ,ⲁ̅ⲱ̅ وان عدد كلامه الف وثمن مائة « et numerus verborum eius MDCCC »; [2] (f. 143ᵛ) prologus alter, quem edidit Georgius Horner cum interpretatione anglica, op. laud., pp. LXII sq.; inc.: ⲡⲓⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ ⲛ̀ⲁ̀ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ ... انجيل ابينا القديس الرسول « Evangelium patris nostri sancti, apostoli... »; des.: ⲟⲩⲟϩ ⲧⲏⲡⲓ ⲛ̀ⲛⲓⲕⲉⲫⲁⲗⲉⲟⲛ ⲕⲁⲧⲁ ⲛⲟⲩⲛⲟⲏ̀ⲙⲁ ⲙ̅ⲏ̅ ⲛⲉ وعدد اصحاحاته فيما اشتملت عليه ثمانية واربعون « et numerus capitulorum secundum titulos eorum XLVIII est »; [3] capitula iuxta seriem graecam, inc.: ⲁ̅ ⲉⲑⲃⲉ ⲫⲏ ⲉ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ ⲛ̀ⲁⲕⲁⲑⲁⲣⲧⲟⲛ ⲛⲉⲙⲁϥ الاول من اجل الذى به الروح النجس « I. De illo in quo erat spiritus immundus »; des. f. 145: ⲙ̅ⲏ̅ ⲫⲏ ⲉ̀ⲧⲁϥⲉⲣⲉ̀ⲧⲓⲛ ⲙ̀ⲡⲓⲥⲱⲙⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ الثامن واربعون استدعا جسد الرب يسوع « XLVIII. Ille qui rogavit corpus Domini Iesu ». De capitulis iterum notare oportet coptica numerari LVI in margine et in subscriptione, LIV vero tantum in primo prologo.

4 (f. 237) Evangelium secundum Lucam, cuius titulus est ⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ⲕⲁⲧⲁ ⲗⲟⲩⲕⲁⲛ انجيل لوقا « Evangelium Lucae », des. (f. 384ᵛ): ⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ⲍⲱⲏⲥ ⲕⲁⲧⲁ ⲗⲟⲩⲕⲁⲛ ⲥⲧⲓⲭⲟⲥ ,ⲃ̅ⲱ̅: ⲕⲉⲫⲁⲗⲉⲟⲛ ϥ̅ⲃ̅: ⲉ̀ⲛ ⲓⲣⲏⲛⲏ ⲧⲱ ⲕ̅ⲱ̅ ⲁ̀ⲙⲏⲛ بشرى الحياة للوقا استخن (فصول صغار (suprascr. الفان وثمان مائة فصول (قبط (suprascr. ثلثة تسعون بسلام الرب امين « Evangelium vitae secundum Lucam. Stichi (in arab. suprascr.: sectiones parvae) MMDCCC. Capitula (ar. suprascr.: coptica) XCII (arabice: XCIII). In pace Domini. Amen ». Praemittuntur: [1] (f. 231) prologus prior qui, ultimis verbis editis a Guillelmo Bonjour, op. laud., p. 17, collatus est, addita interpretatione anglica, a Georgio Horner, op. laud., pp. LI-LIII et LXIII, inc.: ϧⲉⲛ ⲫⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲫⲓⲱⲧ... ⲫⲏ ⲉ̀ⲧⲁϥϭⲓⲙⲱⲓⲧ ⲛⲁⲛ... بسم الاب ... الذى هدانا ... « In nomine Patris... Qui duxit nos... »; des. (f. 231ᵛ): ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩϫⲓⲙⲓ ϧⲉⲛ ⲕⲉϫⲱⲙ: ϫⲉ ⲁϥⲥϧⲏⲧϥ ϧⲉⲛ ⲣⲁⲕⲟϯ: ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲑⲟϥ ⲅ̅ ⲛ̀ϣⲟ ⲛ̀ⲥⲁϫⲓ ووجد فى نسخة انه كتب فى الاسكندرية وهو ثلثة الف كلمة « et inventum est in alio codice quod scripsit Alexandriae et verba erant MMM »; [2] (f. 232) prologus alter, quem edidit anglice interpretatus est Georgius Horner, op. laud., p. LXIII, inc.: ⲡⲓⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲗⲟⲩⲕⲁⲥ انجيل القديس لوقا « Evangelium sancti Lucae »; des.: ⲟⲩⲟϩ ⲧⲏⲡⲓ ⲛ̀ⲛⲓⲕⲉⲫⲁⲗⲉⲟⲛ ⲛ̀ⲛⲓϣϯ ⲉⲩⲟⲓ ⲛ̀ⲡ̅ⲅ̅

ⲛⲉ: وعدد فصوله الكبار ثلثة وثمنون فصلا « et numerus capitulorum maiorum LXXXIII est »; [3] (ibid.) capitulorum series graeca, inc.: ⲁ̅ ⲉⲑⲃⲉ ϯⲁ̀ⲡⲟⲅⲣⲁⲫⲏ الاول لاجل الاحصا « I. De censu »; des. (f. 234v): ⲡ̅ⲅ̅ ⲕⲗⲉⲟⲡⲁ ⲛⲉⲙ ⲡⲉϥϣⲫⲏⲣ الثالث وثمنين اكلاوبا ورفيقه « LXXXIII. Cleophas et socius eius ». Capitula coptica, quae sunt XCII in margine et in subscriptione (arabice: XCIII), in prologo primo LXXXVI tantum numerantur.

5 (f. 389v) Evangelium secundum Iohannem, cui titulus imponitur ⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ⲕⲁⲧⲁ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲛ انجيل يوحنا « Evangelium Iohannis », des. (f. 504r) ⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ⲍⲱⲏⲥ ⲕⲁⲧⲁ ⲓ̀ⲱⲁⲛⲛⲏⲛ ⲥⲧⲓⲭⲟⲥ ,ⲃ̅ⲩ̅ ⲕⲉⲫⲁⲗ⟨ⲉ⟩ⲟⲛ ⲛ̅ ⲉ̀ⲛ ⲓⲣⲏⲛⲏ ⲧⲱ ⲕ̅ⲓ̅ⲣ̅ⲓ̅ⲱ̀ ⲁ̀ⲙⲏⲛ بشرى الحياة ليوحنا استيخوناته الفين واربع مائة فصوله خمسون بسلام الرب امين « Evangelium vitae secundum Iohannem. Stichi MMCCCC. Capitula L. In pace Domini. Amen ». F. 410v arabice additus est in marg., prima manu per transversum scriptus, locus de motu aquae per angelum, 5, 3 sq. praemissa nota رومى وليس فى القبطى « graecum, non est in coptico ». Pericope de muliere adultera, 7, 53-8, 11 (f. 431) equidem primae manus non est, sed codici iam scripto adiuncta est; hoc enim demonstrant tum compositio fasciculi, qui folia undecim habet, tum omissio folii in serie paginarum, quae numeratae sunt, tum demum verba 7, 52 ϫⲉ ⲙ̀ⲙⲟⲛ – ϯⲅⲁⲗⲓⲗⲉⲁ̀ iterata initio f. 431 quum iam scripta essent initio f. 432, ubi deinde minio sunt cancellata. Stellulae deauratae in mg. ext. hanc pericopen distinguunt et notae arabicae leguntur in principio: هذا الفصل ليس تضمنه القبطى ولا بعض نسخ الرومى ولا السريانى « hanc sectionem minime continent coptica (versio) nec aliquot exemplaria (versionis) graecae et syriacae »; in fine vero: الى هنا نقل من الغربى « usque huc translatum est ex occidentali (textu) ». Praemittuntur: [1] (f. 385v) prologus prior, qui ultimis verbis editis a Guillelmo Bonjour, op. laud., pp. 17 sq., collatus est, addita interpretatione anglica, a Georgio Horner, op. laud., pp. LIV et LXIII, inc.: ϧⲉⲛ ⲫⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲫⲓⲱⲧ... ϧⲉⲛ ⲑⲃⲟⲏⲑⲓⲁ ⲙ̀ⲫϯ... ... بسم الاب ... بمعونة الله ... « In nomine Patris... Deo iuvante... »; des. (ibid.): ⲟⲩⲟϩ ϧⲉⲛ ⲕⲉ ⲟⲩⲓ̀ ϫⲉ ϧⲉⲛ ⲧⲏⲡⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲉϥⲥⲁϫⲓ ,ⲃ̅ⲩ̅ وفى اخر ان عدد كلامه الفان واربع مائة « et in alio (libro) numerus verborum eius MMCCCC »; [2] (f. 386v) prologus alter, quem Georgius Horner cum versione anglica edidit, op. laud., pp. LXIII sq., inc.: ⲡⲓⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ... انجيل القديس يوحنا « Evangelium sancti Iohannis... »; des.: ⲟⲩⲟϩ

ⲧⲏⲡⲓ ⲛ̀ⲛⲓⲛⲓϣϯ ⲛ̀ⲕⲉⲫⲁⲗⲉⲟⲛ ⲥⲉⲓ̀ⲣⲓ ⲛ̀ⲕ̅ ⲛⲉ وعدد اصحاحاته عشرون « et numerus magnorum (om. ar.) capitulorum XX »; [3] (ibid.) capitulorum series graeca, inc.: ⲁ̅ ⲡⲓϩⲟⲡ ⲉ̀ⲧⲁϥϣⲱⲡⲓ ϧⲉⲛ ⲧⲕⲁⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲅⲁⲗⲓⲗⲉⲁ̀ الاول عرس قانا الجليل « I. Nuptiae quae fuerunt (om. ar.) in Cana Galilaeae »; des. (f. 387v): ⲕ̅ ⲡⲓϫⲓⲛϣⲉ ⲉ̀ϧⲟⲩⲛ ⲙ̀ⲡⲟ̅ⲥ̅ ϩⲓϫⲉⲛ ⲛⲓⲁ̀ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ ⲉ̀ⲣⲉ ⲛⲓⲣⲱⲟⲩ ϣⲟⲧⲉⲙ العشرون دخول الرب على الرسل والابواب مغلقة « XX. Ingressus Domini ad apostolos dum portae clausae erant ». Capitula coptica, quae sunt L in margine et in subscriptione, in prologo primo XLVI tantum numerantur.

Codicem efficiunt fasciculi L, qui fere omnes sunt quiniones; novem tantum ff. continet trigesimus tertius, sine textus detrimento, octo autem servaverunt primus et ultimus qui foliis vacuis, ut vid., defraudati sunt. Ff. undecim habent fasciculi secundus, decimus quintus, vigesimus tertius et trigesimus nonus, propter praemissos priores prologos evangeliorum, ut videtur, ita tamen ut folium additum in principio fasciculi vigesimi tertii purum sit. Foliorum undecim pariter est fasciculus quadragesimus tertius, cui est adiuncta pericope de muliere adultera. Propriam fasciculorum enumerationem copticam uncialem habent singulae partes. Seorsum numeratae sunt hinc paginae epistolae ad Carpianum et canonum Eusebianorum simul ac prologorum capitulorumque primi evangelii, illinc paginae singulorum evangeliorum, sed in ff. aversis tantum notatae secundum numeros pares, praeterquam initio fasc. ubi etiam numeri impares in ang. super. externo apparent. Extra paginarum numerationem exstant: ff. 15, 142, 231, 385, quae priores prologos continent, unde recte putares hos in exemplari, quo usus est librarius, non adfuisse; ff. 232-234, quae alterum prologum et capitula Lucae complectuntur, quorum numeratio oscitatione librarii fuerit omissa; ff. 1, 20, 21, 235, 388, quae vel ornamentum vel evangelistarum imagines implent; sed f. 146 effigiem Marci exhibens in communi serie comprehensum est. Praeterea nota caret f. 431 cum pericope de muliere adultera. Fasciculi, per quinque partes divisi, notati sunt in margine sup. extremarum paginarum ita ut habeas in unoquoque ultimo folio averso numerum paginae, verba ⲓ̅ⲥ̅ ⲭ̅ⲥ̅ et numerum fasciculi, in uno autem quoque primo folio recto numerum fasciculi, verba ⲓ̅ⲥ̅ ⲑ̅ⲩ̅, ⲕ̅ⲩ̅ ⲑ̅ⲩ̅ vel ⲓ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲑ̅ⲉ̅ⲟ̅ (f. 266), et numerum paginae. Notis caret prima pagina uniuscuiusque partis, videlicet fasc. primi, tertii, decimi quinti, vigesimi quarti et trigesimi noni, et ultima, quando non scripta, h. e. fasciculorum secundi, decimi quarti, vigesimi tertii et quinquagesimi. Eodem tempore, quo codex scriptus est, fasciculi numerati sunt in summa pagina prima vocibus arabicis et notis cursivis copticis, quae tamen haud raro cultro resectae sunt partim vel totaliter. Postea, nescimus tamen utrum in Oriente an Romae saec. XVIII inc., fasciculi pro cuiusdam glutinatoris commoditate litteris syriacis negligenter scriptis notati sunt in ang. sup. int. foliorum extremorum pagina tamen inversa omissisque in foliis ultimo fasciculi quadragesimi sexti primoque sequentis (nota ܡܘ in serie praetermissa). Notae, quas arabicas vocant, quibus et apud nos folia dignoscuntur circa an. 1600 appositae sunt.

Scriptura huius codicis, unius e venustioribus codicibus copticis chartaceis, medium quemdam locum tenet inter uncialem rotundam et oblongam, litterae tamen ⲉ, ⲑ, ⲟ, ⲥ ovatam formam habent earumque ductus tenues a crassioribus vix distinguuntur; cf. Hebbelynck, op. laud. *Les κεφάλαια,* pp. 118-120. Littera ⲩ rectam hastam habet a dextera parte, inclinatamque lineolam a sinistra. Uno eodemque charactere usus est librarius tum in textu, tum in titulis, subscriptionibus ac notis, aliquantulum vero crassiores ac rotundiores sunt litterae unius lineae in principio prologorum priorum et singulorum capitum, duarumque linearum post primam lineam uniuscuiusque evangelii. Accentus indicantur vel puncto vel curva lineola, vel lineola curva cum puncto. Compendia signantur linea cum duplici flexu. Specimen f. 147 invenitur apud Hyvernat, *Alb. pal.*, tab. L. Ductus ad locum scripturae, quae suspenditur, definiendum forma impressi sunt in charta. Minio picta sunt puncta vel maculae in litteris ϥ, ϧ, ϩ, aliquando in ⲫ vel in aliis, cancellationes et verbum ⲥⲙ̀ «iustum est» in tabulis canonum Eusebianorum, signa interpunctionis, signaque marginalia quibus V. T. effata in evangelio secundum Matthaeum distinguuntur. In marginibus atramento signata sunt litteris copticis capita coptica, sectiones Ammonianae, Eusebii canones, minio autem capita graeca. F. 20ᵛ, cui a verso agglutinata est charta recentior, decorant crux et effigies clypeatae quinque atramento et coloribus rubro, viridi et croceo pictae; exhibentur autem D. N. I. C. imberbis, in medio crucis, atque evangelistae barbati inter bracchia quattuor, cum inscriptionibus: ⲓ̅ⲥ̅ ⲭ̅ⲥ̅, ⲟ ⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲙⲁⲧⲑⲉⲟⲥ, ⲟ ⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲙⲁⲣⲕⲟⲥ, ⲟ ⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲗⲟⲩⲕⲁⲥ, ⲟ ⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ; inter bracchia crucis: ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲁ̅ϥ̅ ϭ̅ⲣ̅ⲟ̅, «Iesus Christus vicit»; ⲝⲩⲗⲱⲛ ⲍⲱⲏⲥ, ⲡϣⲏⲛ ⲛⲧⲉ ⲡⲱⲛϧ, «arbor vitae»; in ima pagina, ex utraque crucis parte divisam habes librarii subscriptionem: ⲫϯ ⲛⲁⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲉⲃⲓⲏⲛ ⲅⲓⲱⲣⲅⲓⲥ ⲭⲣⲟⲛⲟⲩ ⲧⲟⲛ ⲁⲅⲓⲟⲛ ⲙ̀ⲣ ⳁⲣ̅ⲕ̅ⲁ̅ «Deus miserere pauperis Georgii, epochae Martyrum 921» (An. D. 1204-1205). Hanc subscriptionem esse ipsius codicis calligraphi testatur similitudo tum scripturae (e. g. ⲓ ligatum cum ⲩ sequenti, ut ff. 142, lin. 3; 143ᵛ, in mg.; 144, lin. 8; 232ᵛ, lin. 4 a fin.), tum ornamentorum prout eadem perspicere licet adhuc in codice nostro sub ornamentis deauratis de quibus infra, atque ut apparent in codd. Vat. copt. 13 et Brit. Mus. Or. 1315 qui eiusdem sunt librarii. F. 20ᵛ deest quidem, vel deesse videtur, super vocem ⲫϯ accentus quo uti solet codicis calligraphus, nempe lineola curva; hic tamen non continuo sibi constat; plus semel vox ⲫϯ omni caret accentu (cf. Vat. copt. 9, ff. 204ᵛ, l. 6 a fine; 253ᵛ, l. 1; 314ᵛ, l. 12; 419ᵛ, l. 1; 451ᵛ, l. 1; Vat. copt. 13, ff. 24, l. 10; 28, l. 5; 37ᵛ, ult. l.; 52ᵛ, l. 6; 62, l. 2 a fine; 73, ult. l.; 74, l. 6 a fine; 84ᵛ, l. 10 a fine et aliis in locis); pro lineola curva non raro ponitur solum punctum idque aliquando, ut in cod. Vat. copt. 13, ff. 220, lin. 3 a fine, 221ᵛ, lin. ult., lineae transversali sinistrae litterae ϯ ita vicinum ut suspicatus fueris huiusmodi indolis esse punctum quod in subscriptione f. 20ᵛ exhibet ⲫϯ (Hyvernat, *Alb.*, tab. L). Similem crucis imaginem cum subscriptione Georgii, hic vocati filii Mouhedeb, exhibet cod. copt. Brit. Mus. Or. 1315, f. 2ᵛ qui eiusdem, ut dictum, manus est ac cod. Vat. 9; ibidem etiam in subscriptione crucis, vox ⲫϯ leve praebet punctum adhaerens lineolae transversali sinistrae litterae ϯ; in subscriptione autem finali cod. B. M. Or. 1315, calligraphus omnino omittit signum diacriticum super ⲫϯ; in eodem codice tum subscriptionem crucis, tum ipsum textum, tum subscriptionem libri An. Mart. 924 unius esse librarii extra dubium versatur. Codicis ornamentis pristinis ab ignoto pictore

alia superpicta sunt auro obducta: stellulas vel melius rosulas deauratas ubique posuit, tum singulas ut signa interpunctionis maiora, tum binas prope numeros capitum, sectionum et canonum, tum quaternas in paginis fasciculorum extremis sub numeris paginarum et fasciculorum compendiisque nominum sacrorum, tum catervatim in marginibus sinistris ad distinguenda V. T. effata in tribus ultimis evangeliis, aliaque loca nonnulla ut prologum Lucae, verba angelorum et Elisabeth, cantica B. M. V., Zachariae et Simeonis, pericopen de muliere adultera. Auro pariter obductae sunt litterae maiores et lineae quibus tabulae canonum Eusebianorum sepiuntur. Non tantum auro sed et pigmentis rubro et caeruleo distinguuntur litterae maximae illaque ornamenta quae inter verba ⲓ̅ⲥ̅ et ⲭ̅ⲥ̅, ⲩ̅ⲥ̅ et ⲑ̅ⲩ̅ in principio et fine fasciculorum conspiciuntur. Ornamenta tandem enumeranda sunt quae artem veram comprobant pigmentis caeruleo et albo super aurum depicta: fasciae, in quarum fenestris tituli exarati sunt ff. 2, 23, 147 (apud H. Hyvernat, op. laud., tab. L) 237, 389ᵛ; portae, quae triplici arcu initia prologorum priorum superant ff. 15, 142, 231, 385ᵛ vel portae quadratae, quae initium textus coptici tantum tegunt in prologis aliis ff. 16, 143ᵛ, 233, 386ᵛ. Haec pigmenta aurea pristino codici superaddita esse certa produnt indicia. Sub hisce pigmentis, si a tergo conspiciuntur, perspicue adhuc videre est lineamenta inter se innexa eiusdem indolis ac ornamenta crucis f. 20ᵛ de qua supra, nec non ornamenta cod. Vat. 13 ab eodem calligrapho confecta. Item, sub deauratis litteris marginalibus, sive maioribus sive minoribus, ductus perspiciuntur pristini; immo huiusmodi ductus deaurandos pictor noster interdum vel partim vel omnino neglexit; cf. ff. 25, 35, 66, 68, 132, 291ᵛ, 325ᵛ, 338, 353, 354, 373, 397, 410, 415, 416 (coll. f. 409), 460ᵛ, 466ᵛ, 473, 491ᵛ (coll. f. 420); demum, ut minora mittamus, rosae aureae haud integre celant primigeniam interpunctionem rubram; notatu dignum est f. 105, ult. lin., ubi pictor, post delineatum circulum circa pristinum signum ·>, eumdem deaurandum praetermisit. Caeterum, ut dictum, cod. Vat. 9 eiusdem manifeste est calligraphi ac cod. B. M. Or. 1315 cuius ornamenta, tum crucis f. 2ᵛ, tum ipsius codicis passim, unius continuo sunt indolis, rubri, viridis et flavi coloris, omni auro destituta. Praeter ornamenta genuinis suffecta, pictor alia confecit proprio marte. Ad haec pertinet ornamentum f. 504 cum inscriptione arabica: كملت الاربعة الاناجيل المقدسة « Desinunt quatuor sancta Evangelia ». Inter omnia eminet venustissimum ornamentum quod f. 1ᵛ implet, multiplicem crucis graecae effigiem referens atque inscriptiones tum in quattuor angulis ⲓⲏⲥ ⲡⲭ︦ⲥ ⲁϥ|ϭⲣⲟ « Iesus Christus vicit », tum iuxta crucem mediam: ⲝⲩⲗⲱⲛ | ⲍⲱⲏⲥ | ⲡⲓϣϣⲏⲛ | ⲛⲧⲉ ⲡⲱⲛϧ « lignum vitae » graece et coptice. Imagines, totam paginam implentes, quae evangelia praecedunt, fascia deaurata et linea caerulea septae variisque coloribus depictae, stylum byzantinum redolent; cf. H. Omont, *Miniatures des plus anciens mss. de la Bibliothèque Nationale*, Parisiis, 1929, tabb. LXXX, LXXXII, LXXXIII, LXXXVIII et LXXXIX. F. 22ᵛ D. N. I. C. in throno sedens apostolum Matthaeum stantem benedicit, dum librum apertum ostendit in quo scriptum est ⲃⲓⲃⲗⲟⲥ ⲅⲉⲛⲉⲥⲉⲟⲥ ⲓ̅ⲥ̅ ⲭ̅ⲩ̅; nomina scripta sunt ⲓ̅ⲥ̅ ⲭ̅ⲥ̅ et ⲟ ⲁⲅⲓⲟⲥ ⲙⲁⲑⲉⲟⲥ (sic). F. 146ᵛ s. Marcus sedens primum evangelii verbum ⲁⲣⲭⲓ scribit, cui adstat archangelus Michael, apud H. Hyvernat, op. laud., tab. LI; nomina sunt ⲟ ⲁⲅ(ⲓⲟⲥ) ⲙⲁⲣⲕⲟⲥ et ⲟ ⲁⲣⲭⲁⲅⲅ(ⲉⲗⲟⲥ) ⲙⲏⲭⲁⲏⲗ. F. 236ᵛ s. Lucas sedens scribit: ⲉⲡⲓ, dum angelus stat; desunt nomina. F. 388ᵛ s. Iohannes sedens legit librum in quo scriptum est ⲉⲛ ⲁⲣⲭⲏ ⲏⲛ ⲟ ⲗⲟⲅⲟⲥ ⲕⲉ (sic) ⲟ ⲗⲟⲅⲟⲥ ⲏⲛ dum B. M. V. stat orans manibus

extensis, apud H. Hyvernat, op. laud., tab. LI; nomine apostoli omisso legitur tantum ⲙ(ⲏⲧ)ⲏⲣ ⲑ̅ⲩ̅ « Mater Dei ». Nomina Evangelistarum atramento pallidiore exarata sunt altera manu in summo margine paginarum rectarum. Saec. tandem XVII inc. numeri capitum latinorum in marginibus externis adpicti sunt, nunc vero magna ex parte resecti.

Nonnullae notae arabicae in codice inveniuntur. F. 1 manu patriarchae Gabrielis (1268-1271): المجد لله دايما ابدا | ⲡⲓⲱⲟⲩ ⲫⲁⲫϯ ⲡⲉ | هذا الانجيل المقدس حبسا دايما ووقفا
.وبدا على دير القديس اعظيم | انطونيوس ببرية العربة اوقفه وحبّسه الارخن المسبحى الشيخ الرشيد |
الشماس مخاييل الحكيم ابو حليقة فكل من وقف على هذا المكتوب من الاباء | والاخوة القديسين
الساكنين فى هنا الدير يذكر هذا الحكيم القديس ويطلب | له الر ة من سيدنا المسيح حيا كان
او ميتا وكاتب هذه الاسطر | المسكين غبريال المدعو برحمة الله واحكامه التى لا تدرك بطريرك
مدينة | الاسكندرية وما معها يمنع ويحرم كل من يخرج هذا الكتاب المقدس | من كنيسة هذا الدير
المذكور ولا يطلع به الى لجوسق مثل بقية الكتب ولا | يخبّوه بل يكون فى الكنيسة مع الكتب
ويقرا فيه فى الحدود والاعياد | فى صلاة عشية وباكر ووقت القداس ومن اراد من الرهبان ان
ياخذه | الى قلايته يكشف منه او يقابل به فلا يمنع من ذلك بل اذا فرغ بشغله | يعيده الى الكنيسة
وسلام الرب يحل عليهم ونعمته شملهم ورحمته | تخلص نفوسهم امين والسبح لله دايما ابدا | كتب
ذلك بكنيسة القديس مرقوريس بمصر المحروسة بحضور الحكيم المذكور | فى ثالث برمهات سنة
ستوثمانين وتسع ماية للشهدا الابرار الموافق لخامس رجب الاصم سنة ثمان وستين وستماية « Gloria Deo semper in aeternum (coptice: Dei est gloria). Hoc sanctum evangelium perpetuo dicatum est aeternumque legatum monasterio sancti Antonii magni in Arabico deserto. Legavit (illud) dicavitque gloriosus praeses sapiensque senior, diaconus Michael Abū Halīqah medicus. Quisquis autem scripturam hanc legerit ex sanctis patribus et fratribus in eo monasterio commorantibus, huius sancti medici meminerit eique viventi vel defuncto misericordiam a Christo Domino Nostro apprecetur. Et scriptor horum versuum humilis Gabriel miseratione Dei eiusque decretis incomprehensibilibus patriarcha Alexandriae civitatis eiusque finium nuncupatus, suspendit et anathematizat eos omnes, qui hunc sanctum librum ex ecclesia praedicti monasterii abstraxerint. Non portetur in turrim, sicut alii libri, nec abscondatur, sed in ecclesia sit cum libris, ut in eo legatur diebus dominicis et festis, in precibus serotinis et matutinis atque in tempore missae. Si vero monachorum aliquis illum velit in cellam suam deferre, ut (quidpiam) ex eo deprehendat, vel ad eum conferat, id ei minime vetitum esto, dummodo illum ecclesiae restituat, statim ac suum perfecerit negotium. Pax autem Domini descendat super eos, et gratia eius comprehendat illos, et misericordia eius servet animas illorum. Amen. Et laus Deo semper in aeternum. Hoc scriptum est apud ecclesiam sancti Mercurii in civitate **Miṣr** (a Deo) custodita, praesente praedicto medico, die tertia mensis **barmahāt** anno sanctorum martyrum 986, qui respondet diei quintae (mensis) **raǵab** surdi anni 668 (= 28 feb. 1270 A. D.) ». F. 1ᵛ in margine inf. nota Iohannis patriarchae (1484-1524) scripta per transversum: المجد لله دايما ابدا | الخلاص للرب يا الله الخلاص | يقول هكذا
الحقير يوحنا | الخادم بنعمة الله الشعب | المسيحى بالكرسى المرقسى | من غير استحقاق ويشير | باسم
ربنا يسوع المسيح | ان لا يتوقف احدا فى | الوقفية المذكورة ظاهر | هذه الورقة بما كتب بالامر |

السيّـدى الابوى الغبريبلى | المعروف بالشامى وهو | فى عدة البطاركة المنضجعين | السابع والسبعين من بطاركة | الاسكندرية لما كان دير | القديس انبا انطونبوس | المعروف بدير العربة ببرية | القلزم عامرا بالرهبان | وخلى من عدم السكان | ونهبته العربان | واخذ هذا الكتاب | من يد العرب الذى | نهبوه من جملة النهب | وحللنا بنعمة الله | ما تقدم من القول بمواقع | القلم السيدى الابوى | البطريركى الغبريبلى بما | كُـتب فى مكانه ويكون محلولا | من قبل سلطان الكهنوت | الصادر من الفم الصادق والمقدوس | القايل ما حللتموه يكون محلولا | بطلبات العذرى كل حين | والشهدا والقديسين امين | والسبح لله دايما ابدا | كـيخ رابـع شهر | بشنس المبارك | سَنَة ,ⲁ̅ⲥ̅ⲕ̅ⲃ̅ « Gloria Deo semper in aeternum. Salus in Domino, o Deus, salus! Sic locutus est humilis Iohannes, Dei gratia servus populi christiani in sede Marci indignus, et admonet in nomine Domini nostri Iesu Christi ne quispiam instet in legato a tergo huius folii relato, id est in sententia quam scripsit dominus et pater Gabriel, cogno minatus aš-Šamī (Syrus), qui inter patriarchas dormientes recensetur septuagesimus septimus patriarcharum Alexandrinorum, dum monasterium sancti Abba Antonii, monasterium Arabum nuncupatum in deserto ad mare Rubrum, a monachis habitabatur. (Nunc) enim vacuum est, deficientibus incolis, idque depraedati sunt Arabes; hic vero liber redemptus est a manibus Arabum qui eum subtraxerunt, e tota praeda. Qua re abrogavimus per gratiam Dei, quod relatum est, mandatum a calamo domini ac patris Gabrielis patriarchae, sicut scriptum est in loco suo. Sit ergo solutum auctoritate sacerdotali proveniente ab ore illo veridico et sancto, quod ait: ‘ quodcumque solveritis, solutum erit ’. Per preces semper Virginis (Mariae), martyrum et sanctorum. Amen. Laus Deo semper in aeternum. Scriptum est (die) quarta mensis bašnas benedicti anni 1222 (= 30 april. 1506)). Alia eiusdem nota in mg. sup.: يا الله الخلاص | مــن تاريخ الوقفية المكتوبة ظاهره | وهى ثالث شهر برمهات | سنة ستة وثمانون | وتسعماية قبطية والى | رابع شهر بشنس سنة | الف ومايتى اثنى وعشرين | قبطية الى ان كتب هذا التحليل | جملة ذلك مايتى ستة | وثلثون سنة وشهرين | ويومين ⊙ الموافق لتاريخ العربى من تاريخ | خامس رجب الفرد | سنه ثمان وستين | وستماية .:. والى سادس | شهر ذى الحجة سنة | احدى عشر وتسعماية | جملة ذلك مايتى سنة | وثلثة اربعين سنة | وخمسة شهور ويومين | والشكر لله دايما ابدا | سرمدا | كتب فى تاريخه قرينه « O Deus salus! A die legati a tergo scripti, i. e. tertia mensis barmahāt anni 986 Coptitarum usque ad (diem) quartam mensis bašnas anni 1222 Coptitarum, qua haec solutio scripta est, summa est 236 anni, menses duo, dies duae. Quod respondet in epocha Arabum diei quintae (mensis) raǵab, unici (nuncupati), anni 668, et usque ad (diem) sextam mensis dū'l-hiǵǵah anni 911 summa est 243 anni (lunares), menses quinque, dies duae. Deo gratiarum actio semper in aeternum et in perpetuum. Scriptum est in duplici epocha ». F. 504v nota scripta nomine patriarchae Gabrielis (1525-1568) qui ipse, ut vid., titulum in media pagina scripsit ad documentum confirmandum: المجد لله دايما ابدا bis « gloria Deo semper in aeternum » et الخلاص| للرب يـا الله الخلاص « Salus in Deo, o Deus salus ». Nota legitur: بسم الله الرؤوف الرحيم | اشترى هذا الكتاب المقدس الاربعة بشاير | متى ومرقس ولوقا ويوحنا | الاب السيد البطريرك انبا غبريال الخامس والتسعين | من الابا البطاركة ادام الله تعالى رياسته سنين | كثيرة وازمنة سالمة

مديدة ويخضع اعداه تحت | اقدامه ابتاعه من المعلم برصوم ابن ميخاييل طى بن | بشاده مبلغ فضة جديدة سليمانية خمسين نصف فضة معاملة | تاريخه وصار ملك السيد الاب المكرم البطريرك انبا | غبريال كيخ يوم الاربعا المبارك الثالث من شهر كيهك | سنة مايتى اثنين واربعين بعد الالف للشهدا | الاطهار السعدا الابرار رزقنا الرب بركاتهم تكون معنا امين | والشكر لله دايما | كثيرا ابدا سرمدا « In nomine Dei benevolentis et misericordis. Comparavit hunc sanctum librum quattuor evangelistarum Matthaei, Marci, Lucae et Iohannis, pater et dominus, patriarcha Anba Gabriel, pa̓trum patriarcharum nonagesimus quintus, cuius principatum Deus excelsus perennet ad multos annos et ad longa tempora pacifica, inimicos eius humilians sub pedibus eius. Emit autem illum a magistro **Barṣaum** filio Michaelis **Ṭayyi** filii **Bšādah** solutis quinquaginta dimidiis nummis argenteis novis Sulaymānianis (Sulaymān I, turcicus soldanus, 1520-1566) iuxta nundinationem diei. Transiit ergo (liber) in dominium domini et patris reverendi patriarchae Anba Gabrielis. Scriptum est feria quarta benedicta, die tertia mensis **kīhak** anni 1242 martyrum purorum beatorumque innocentium (29 nov. 1525). Deus vero nobis provideat et illorum benedictiones sint nobiscum. Amen. Gratias Deo semper per multa saecula. Amen ». In mg. interno et inferiore eiusdem f. 504v: انتقل هذا الكتاب المبارك الذى هو الاربعة بشائر المقدسة من ملك القلاية المعمورة بنعمة الله تعالى | وليس لاحدا سلطانا من قيل ربنا يسوع المسيح ان يخرج هذا الكتاب المذكور عن ملك البيعة | والاعتماد فى ذلك غل العلامة المقدسة فى حجة فيه لمضمونه ولربنا المجد دائما | والى ملك بيعة الشهداء الكرام سرجيوس وواخس بالمدينة العظمى الاسكندرية المذكورة بوجه من الوجوه التلاف وعلى بنى الطاعة تحل البركة والشكر لله دائما ا[بد]ا | كيخ اول شهر هتور المبارك سنة ⲁⲥⲛⲅ قبطية « Transiit hic liber benedictus, seu quattuor sancta evangelia, e dominio domus patriarchalis per gratiam Dei, exaltetur! Et nemo gaudet potestate coram Domino Nostro Iesu Christo ut librum memoratum e dominio Ecclesiae et Baptismatis efferat. Propterea apposuerunt in eo sancti doctores testimonium illius tenorem spectans, et Domino nostro laus aeterna. (Transiit) liber in dominium Ecclesiae martyrum illustrium Sergii et Bacchi in potente civitate Alexandrina memorata. (Servetur) a qualicumque re nociva et super filios oboedientiae descendat benedictio. Et Deo gloria aeterna, perennis. Scriptum est die primo mensis **hatūr** benedicti anni coptici 1253 » (an. D. 1536). Inscriptiones f. I sunt: *Portàto da Egitto da me Girolamo uecchietti l'Anno 1594*, et: *Gli Euangelij, questo libro e u*(n) *tesoro, p*(er)*che e segnato di mano* | *di molti patriarchi, et e molto antico, et deputato fedelissimo per* | *confirmare, et corregere gli altri testi* eiusdem manus; *Jo: Bap*(tis)*ta Raimundus bibliothecae* | *Vaticanae dono dedit ex testamento* | *anno 1614; Euangelia caracthere Aegyptio* | *cum interpretatione Arabica.* Antiquae notae sunt: *2, Num. 4* (sic apud Athanasium Kircher), *Nov. 8.* Bibliothecae nationalis Parisiensis rubro impressum est signum in ff. 1 et 504v, sigillum vero Hieronymi Vecchietti conspicitur in marginibus summo et imo f. 2 signatum sine pigmento. Ff. Iv, 14v, 19v, 20r, 21r, 141, 230, 235r, 385r, 386r, 388r, 389r vac.

Integumentum, quod e corio rubro constat, exhibet in dorso trimontium et stellam sex radiorum quae ad gentem Albani i. e. Clementis XI pertinent, atque scutum Benedicti Pamfili card. bibliothecarii. Foliorum, quae crudeliter a glutinatore deminuta sunt, acies deaurata. Signaculorum e corio rubro inciso, quae initia ultimorum trium evan-

geliorum praebebant, vestigia conspiciuntur in ff. 144 et 147, 234 et 237, 387 et 389, particulae vero ff. 145, 235 et 388, quibus adhaerebant, excisae sunt et ante glutinationem libri alia charta refectae.

10 (olim 6). Saec. XIII-XIV, chart., mm. 252 × 170, ff. I, 504, linn. 20, 21.

Evangelia quattuor bohairice et arabice sine praefationibus et capitulis. Varias lectiones textus bohairici se collegisse declarat David Wilkins, *Novum Testamentum Aegyptium vulgo Copticum*, Oxonii, 1711, p. IX, titulum tamen referens **ⲡⲓⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅**, qui hodie in codice minime apparet. Georgius Horner contulit evangelium Matthaei capitaque tantum Marc. 1, Luc. 24, Ioh. 8, ut refert in descriptione codicis (D_3), cum textum invenisset valde propinquum cod. D_2 seu bibliothecae Nationalis Parisiensis 14, *The Coptic version of the New Testament in the northern dialect*, vol. I, Oxonii, 1898, p. LXVII. De interpretatione arabica, cuius auctor est al-As'ad Abū 'l-Farağ ibn al-'Assāl, vide Ignatium Guidi in ephemeride cui titulus *Atti della R. Accademia dei Lincei...*, ser. IV, vol. IV, *Memorie*, Romae, 1888, pp. 19-21. [1] (ff. 1-143v) Evangelium secundum Matthaeum; [2] (ff. 144-234) evangelium secundum Marcum; [3] (ff. 235-388) evangelium secundum Lucam; [4] (ff. 389-503) evangelium secundum Iohannem. Titulus praemittitur primo tantum evangelio **ⲕⲁⲧⲁ ⲙⲁⲧⲑⲉⲟⲛ** متى, spatio tamen ante tria alia ad titulum recipiendum vacuo relicto. Paucae conspiciuntur annotationes in marginibus, quarum una (f. 4) prima manu variam lectionem signat, altera, eadem manu, omissionem supplet (f. 173), aliae man. alt. scriptae sunt (ff. 36, 40v, 80, 82v, 91, 92, 117v). Capita graeca in mg. ext. notis rubris notantur, nigris[1] vero capita coptica (Matth. ⲯ̅ⲑ̅, Marc. ⲛ̅ⲇ̅, Luc. ⲡ̅ⲉ̅, Io. ⲙ̅ⲉ̅), sectiones Ammonianae, canones Eusebiani.

Codex, de cuius scriptura et aetate disseruit Horner op. laud., p. LXVII, videtur a duobus librariis exaratus, nam ff. 1-7 scripturam aliquantulum elegantiorem exhibent ac formas diversas litterarum ⲫ, ⳉ, ϥ signorumque interpunctionis. Fasciculis effectus est liber uno et quinquaginta, quorum ultimus ternio, alii quiniones. Primus tamen fasciculus duo prima folia perdidit, sed antequam, ut vid., f. I scriptum acceperit. Fasciculi signati sunt ⲁ̅ – ⲛ̅ⲁ̅ in ang. int. marg. sup. uniuscuiusque primae et ultimae paginae, exceptis tantum libri paginis extremis. Notae foliorum supersunt ⲉ̅ (f. 2v) – ⲫ̅ⲉ̅ (f. 502v) in ang. ext. marg. sup. paginarum aversarum, sed iterantur notae in paginis rectis primi

[1] Perperam Georgius Horner, op. laud.: « ch. Copt. marked by red, ch. Gr. black uncials ».

folii singulorum fasciculorum, symmetriae causa. Locus scripturae, quae suspenditur, ductibus directis et transversis definitur forma impressis in charta. Litterae maximae, cum rotundae, sunt circino delineatae. Minio tactae sunt tum litterae maiores et maximae, tum litterae ⲫ et ϭ, exarata vero interpunctionis signa, lineae quattuor in principio evangelii secundum Marcum tresque in principio evangelii secundum Lucam, nomina evangelistarum compendiata in marg. summo paginarum rectarum aversaeque ultimae uniuscuiusque fasciculi; prima linea evangelii secundum Iohannem litteris exarata est maioribus minio pictis. Crux in f. I^v et ornamentum quo initium evangelii secundum Matthaeum distinguitur, atramento sunt delineata coloribusque picta rubro, croceo et viridi.

Notulae arabicae conspiciuntur in f. I, quarum prima tineis cultroque glutinatoris partim destructa est: [...] خطايا واغفر له جميع خطاياه بطلبات | من ارضى الله باعملاهم (sic) الصلاحة (sic) امين امين امين « ... peccata eius. Dimitte ei omnia peccata eius per postulationes eorum, quorum operibus bonis delectatus est Deus. Amen. Amen. Amen ». Alia manus addidit ارحم يا الله الرحيم « Miserere, Deus misericors » et بعون الله تعالى « Cum auxilio Dei excelsi ». Eiusdem manus ac prima notula inscriptio est: اكليل | كان اكليل مشطها فى يوم الاحد اول يوم بابة المبارك | سنة ⲁⲥⲉ الف وماتين وخمسة للشهدا الاطهار رزقنا الله . . . | بركة صلواتهم امين امين جعلها الله ساعة مباركة | امين | كتبه غبريال بن توما بن درمس (?) بن سلوم « Matrimonium. Matrimonii pompa fuit die dominica, prima die mensis bābah benedicti anno 1205 martyrum purorum (28 sept. 1488), Deus elargiatur nobis... benedictionem precationum eorum. Amen. Amen. Constituat illi Deus horam benedictam. Amen. Hoc scripsit Gabriel, filius Thomae, filii... (?), filii Sallūm ». Alia manus scripsit: اذكر يا رب عبدك غبريال الخاطى الحقير المسكين الغارق | فى الذنوب والخاطايا واغفر له خطاياه بطلبات | من قبلت طلباتهم وبشفاع مرتمريم البتول الزكية | وبشفاع جميع من ارضوه باعمالهم الصالحة امين امين امين امين « Memento, Domine, servi tui Gabrielis, peccatoris, imbecilli, pauperis, in culpis et peccatis submersi, ac ei dimitte peccata sua per postulationes illorum, quorum postulationes accepisti, per intercessionem Dominae Mariae, virginis purae, perque intercessionem omnium quorum operibus bonis laetatus es. Amen. Amen. Amen. Amen. Amen ». Aliae notae exstant in f. 503^v, partim tineis consumptae: كان ميلاد | ولد الولد المبارك للشيخ ا. . . غبريال بن. . . | فى يوم السبت تاسع وعشرين بؤونة سنة ⲁⲥⲑ | للشهدا الاطهار بركة صلواتهم. . . | جعلها الله ساعة مباركة ويجعل. . . | ولد الحياة امين « Nativitas fuit nepotis benedicti seniori... Gabrieli, filio... die sabbati, vigesimo nono (mensis) ba'ūnah anni 1209 martyrum purorum (23 iun. 1493); benedictio precationum eorum... Constituat ei Deus horam benedictam ponatque... et puero vitam. Amen ». | كان ميلاد الولد المبارك قسطنطين فى يوم الخميس | خامس عشرين توت المبارك سنة ⲁⲥⲓⲃ للشهدا الاطهاز رزقنا بركة صلواتهم امين « Nativitas fuit pueri benedicti Constantini feria quinta, die vigesima quinta (mensis) tūt benedicti, anni 1212 martyrum purorum (23 sept. 1495), benedictionem precationum eorum nobis elargiatur (Deus) ». ولدت البنت المباركة مريم فى يوم الاحد المبارك | ثالث عشر ابيب سنة ⲁⲥⲓⲉ للشهدا | الاطهار بركة صلواتهم تحفظنا

« Nata est filia benedicta Maria die dominica benedicta, decima tertia (mensis) abib anni 1215 martyrum purorum (7 iul. 1499), benedictio precationum eorum nos custodiat ». In eodem folio legitur antiqua nota *Vat. 6*. F. 504 est tractus chartae mm. 68 × 153 continens brevem epistolam saec. XV-XVI, ut vid., exaratam arabice. Sigillum, quod in utroque margine f. 1 conspicitur sine atramento impressum, quinque vertagos praebet nomenque *Gir*(olamo) *Vec*(chietti). Ff. 234ᵛ, 388ᵛ, 504ᵛ vac.

In dorso tegumenti, quod corio rubro constat, lineis deauratis ornati, legitur auro impressum *11* | *IV. Evangelia* | *copt. arab.*, sed atramento numerus *11* foedatus est, novusque exaratus *10 Copt.* In pagina interna operculi anterioris nota saec. XVIII *Vat. 4*, quae videtur perperam exarata, siquidem tunc sextus numerabatur codex.

11 (olim Petri a Valle 6). An. 1346 (= 1062 Mart., cf. f. 109), chart., mm. 269 × 186, *ff. 110*, linn. 23.

Evangelium secundum Iohannem bohairice et arabice. Varias copticas lectiones collegit Georgius Horner, qui etiam codicem (V) descripsit, *The Coptic version of the New Testament in the northern dialect*, t. I, Oxonii, 1898, pp. CXX sq. Arabica interpretatio illa est aegyptiaca vulgata de qua disseruit Ignatius Guidi in ephemeride *Atti della R. Accademia dei Lincei...*, ser. IV, vol. IV, *Memorie*, Romae, 1888, pp. 22-24. Inscriptio praemittitur (f. 3): **ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ ⲓ̀ⲥ ⲧⲟ ⲟ̀ⲛⲟⲙⲁ ⲧⲟⲥ** (sic) **ⲁ̀ⲅⲓⲁⲥ ⲧⲣⲓⲁ̀ⲇⲟⲥ ⲟⲩⲙⲉⲑⲛⲟⲩϯ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲧ** « Cum Deo. In nomine sanctae Trinitatis unius Deitatis », arabice vero tantum بسم الله « In nomine Dei »; des. (f. 109): **ⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ⲍⲱⲏⲥ ⲕⲁⲧⲁ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲛ ⲉⲛ ⲩ̀ⲣⲏⲛⲏ ⲧⲟⲩ ⲕ̅ⲩ̅ ⲁ̀ⲙⲏⲛ ⲥⲧⲩⲭⲟⲥ ͵ⲁ̅ⲯ̅ ⲕⲉⲫⲁⲗⲉⲟⲛ ⲙ̅ⲏ̅ ⲕⲟⲩϫⲓ ⲥ̅ⲗ̅ⲃ̅** « Evangelium vitae secundum Iohannem, in pace Domini; amen. Stichi MDCC, capita (scil. coptica) XLVIII, parva CCXXXII ». In marg. ext. exstant numeri capitum copticorum, sectionum Ammonianarum, canonum Eusebianorum. In margine quoque addita sunt: manu prima verba coptica quae omissa erant in ff. 17ᵛ, 25, 72ᵛ; alt., ut vid., man. lectiones variae in ff. 87ᵛ, 102ᵛ, 108ᵛ; minio prima manu depictae notulae arabicae, quarum praestantiores (f. 22ᵛ) هذا المكتوب لم يكن وارد القبطى وكانوا يتوقعون... كان به « Quod hic scribitur minime citat copticus... (Ioh. 5, 4) » et (f. 41ᵛ) هذا الفصل من هاهنا غير موجود فى القبطى ولا فى الرومى بل نقل من السريانى وهو موجود فى اكثر النسخ العربية « Hoc caput (pericope de adultera) ab hoc loco non reperitur in coptico nec in graeco, sed translatum est e syriaco atque invenitur in plurimis exemplis arabicis ».

Codex accurate scriptus efficitur undecim quinionibus, primo folio primi fasciculi tamen deperdito unoque addito in fine ultimi fasciculi. Notae fasciculorum leguntur in ang. int. marginis summi paginarum extremarum, foliorum vero ⲍ̅ – ⲣ̅ⲑ̅ (ff. 3ᵛ-108ᵛ)

in ang. ext. paginarum aversarum, primo folio uniuscuiusque fasciculi insuper notato in ang. ext. paginae rectae. Gracilioribus litteris usus et librarius in formula principiali deprecatoria, quam retulimus, in notis numericis, in marginalibus annotationibus et in subscriptione, rotundis vero in quinque primis lineis textus evangelici et quidem grandioribus in duabus primis. Minio exarata sunt duae primae lineae cuiusque capitis (in primo vero sexta et septima), notae capitum, titulus evangelii, interpunctionis signa. Minio tantum tacta sunt primae litterae versiculorum, quae aliquantulum grandiores sunt, litterae ⲫ, ϧ, ductus ad notas numericas foliorum et fasciculorum, nec non lineolae et ornamenta quae addita sunt compendiis ⲓ̅ⲩ̅ ⲕ̅ⲩ̅ ⲩ̅ⲥ̅ ⲑ̅ⲥ̅ in extremis paginis fasciculorum. Crux in fronte libri (f. 2ᵛ) portaque triplex in margine summo f. 3 atramento pictae sunt atque coloribus rubro et croceo. Subscriptio librarii in f. 109: ⲁϥϫⲱⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫϯ | ϧⲉⲛ ⲡⲉϩⲟⲟⲩ ⲙ̀ⲙⲁϩⲓ̅ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁ̀ⲃⲟⲧ ⲫⲁⲣⲙⲟⲩⲑ(ⲓ) ☧ ☧ ͵ⲁ̅ⲝ̅ⲃ̅ ⲉ̀ⲣⲉ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲟⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲣⲟ ⲉ̀ϩⲣⲏⲓ ⲉ̀|ϫⲱⲛ ϧⲉⲛ ⲡⲉϥⲛⲁⲓ « Explicit in pace Dei, die decima mensis pharmuthi epochae martyrum 1062 (5 apr. 1346), Christo regnante super nos in misericordia sua ». Manus alt. scripsit in mg.: ͵ⲁⲥⲗⲃ سنة للشهدا « Martyrum annus 1232 ». Librarii videtur deprecatio in imo folio minio scripta: | اذكر يا رب عبدك الخاطى يوسف واغفر له جميع خطاياه امين امين امين « Memento, Domine, servi tui Ioseph peccatoris dimitteque ei omnia peccata sua. Amen. Amen. Amen ». F. 110ᵛ probatio calami. Notae codicis in f. 2: *P*(etri a) *V*(alle) *6* et *Nov*(us) *11* necnon *10* atramento pallido. F. 2ᵛ manu saec. XVII: *Euangelio di S. Giouanni in lingua Coptica cioè Egittiaca, et in lingua Arabica.* Ff. 1, 109ᵛ, 110ʳ vac.

In dorso tegumenti membranacei numerus *11* auro impressus.

12 (olim 2). Saec. XIV et XVI, chart., mm. 363 × 250-260, ff. 418, linn. 24.

Epistolae s. Pauli et catholicae, necnon Actus apostolorum bohairice et arabice, cum numeris capitum et sectionum in marginibus scriptis. Foliis quibusdam amissis saeculoque XVI suppletis, textum copticum partis pristinae codicis contulit Georgius Horner, qui accuratae codicem (K) enarravit, *The Coptic version of the New Testament in the northern dialect*, t. III, Oxonii, 1905, pp. XXXIX-XLI, notata similitudine textus cod. Vatic. copt. 12 et cod. Parisiensis copt. 21; ibid., p. XXIX. David Wilkins antea codicem inspexisse videtur, cum dixerit, *Novum Testamentum Aegyptium*, Oxonii, 1716, p. IX: « Eadem (i. e. Epistolae et Actus Apostolorum) quoque continentur Codice XVII in *Vaticana* ». Codex enim 12 solus est qui eadem contineat ac Vat. 14 modo ab auctore citatus; etsi praeterea num. 17 nullibi in eo appareat, hoc ipso numero (perperam 71 scripto) notatur apud Athanasium Kircher, *Prodromus Coptus sive Aegyptiacus*, Romae, 1636, p. 194.

1 (f. 2) Epistolae s. Pauli XIV. [1] Ad Romanos, cuius textus primigenius inc. (f. 17) in 7, 1 ⲡⲓⲣⲱⲙⲓ تحب على الرجل ; des. (f. 46ᵛ)

ⲁⲥϫⲱⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ϫⲉ ϯⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲉ̀ⲧⲁϥⲥϧⲏⲧⲥ ⲉ̀ⲣⲱⲙⲏ ⲁϥⲥϧⲏⲧⲥ ⲓⲥϫⲉⲛ̀ ⲕⲟⲣⲓⲛⲑⲟⲥ ⲁϥⲟⲩⲟⲣⲡⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲛ ⲫⲟⲓⲃⲏ ϯⲇⲓⲁ̀ⲕⲱⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲉ ⲕⲉⲛⲭⲣⲉⲉⲥ ⲥⲧⲩⲭ(ⲟⲥ) ,ⲁ̅ ⲕⲉⲫⲁⲗⲉⲟⲛ ⲕ̅ⲁ̅ « Explicit epistola, quam scripsit Romam, scribens Corinthi, et misit per Phoeben, diaconissam ecclesiae quae est Cenchris. Stichi M, capita XXI », arabice autem: كملت الرسالة الى اهل رومية وكان قد كتب بها من قرنتية وارسلها على يد فوبى خادمة كنيسة قنكراوس اصحاح ا اول روس احد وعشرين راسا ولله المجد « Absoluta est epistola ad Romanos. Scripsit autem eam Corinthi et misit eam per manum Phoebes diaconissae ecclesiae Cenchris. Sectio prima. Capita unum et viginti. Deo autem gloria ». Titulus, qui alt. manus est, sic se habet (f. 2): ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ̀ بسم الله et نبتدى بمعونة الله سبحانه وحسن ارشاده بكتاب الرسايل « Incipimus cum auxilio Dei, cui laus, et pulchro regimine eius librum epistolarum », tandem ⲛⲓⲁ̀ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲏ ⟨ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲁⲩⲗ⟩ⲟⲥ ⟨ⲡⲓ⟩ⲁ̀ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ et ⲡⲣⲟⲥ ⲣⲱⲙⲁⲟⲩⲥ (sic) ⲁ̅. Rom. 7, 1 ⲣⲱⲙⲓ – 4 ⲉⲧⲙⲱⲟⲩⲧ bis scripta exstant, f. 16ᵛ iterata, quamvis legerentur in f. 17; haec vero pagina triplici ductu cancellata est ter praemissa voce نقلت « exscripsi ». ² (f. 47) Ad Corinthios I, praemisso solo coptico titulo ⲡⲣⲟⲥ ⲕⲟⲣⲓⲛⲑⲟⲥ ⲁ̅, et sic deinceps initio aliarum epistolarum, nonnullis exceptis suo loco notandis; suppletis 15, 24 ϩⲟⲧⲁⲛ – 33 ⲛⲓⲥⲁ||ϫⲓ (f. 87) paucisque verbis in imo f. 85 (15, 7, 12), des. (f. 92ᵛ): ⲁⲥϫⲱⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ϫⲉ ϯⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲛ̀ϩⲟⲩⲓϯ ⲛ̀ⲧⲉ ⲕⲟⲣⲓⲛⲑⲟⲥ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫϯ ⲥⲧⲩⲭ(ⲟⲥ) ,ⲁ̅ⲝ̅ ⲕⲉ(ⲫⲁ)ⲗ(ⲉⲟⲛ) ⲕ̅ⲃ̅ ⲕⲟⲩϫⲓ ⲇⲉ ⲡ̅ⲇ̅ « Explicit epistola prima ad Corinthios (cod. Corinthi); in pace Dei. Stichi MLX, capita XXII, parva autem LXXXIV »; arabice: كملت الرسالة الاولى الى اهل قرنتية بسلام الرب استخات ,ⲁ̅ⲝ̅ روسها ⲕ̅ⲃ̅ صغير ⲡ̅ⲇ̅. ³ (f. 93) Ad Corinthios II; des. (f. 122ᵛ) sola subscriptione arabica: كملت الرسالة الثانية الى اهل قرنتية بمعونة الله « Absoluta est epistola altera ad Corinthios per auxilium Dei ». Capita numerantur XII in mg., sectiones vero seu capita parva XLIX. ⁴ (f. 123) Ad Galatas; des. (f. 137ᵛ) sola subscriptione arabica: كملت الرسالة الى اهل غلاطيا وكان كتب بها من رومية وبعث بها مع طيطس تلميذه ولله المجد كثيرا « Absoluta est epistola ad Galatas; scripsit autem eam Romae et misit eam per Titum discipulum suum. Gloria multa Deo ». Capita VI, sectiones XXX numerantur in marg. ⁵ (f. 138) Ad Ephesios, praemissa inscriptione ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ̀ ⲡⲣⲟⲥ ⲉⲫⲉⲥⲟⲥ رسالة افسوس ; des. (f. 153): كملت الرسالة الى اهل افسس وكان كتب بها من رومية وبعث بها مع طيطس ولله المجد دائما

« Absoluta est epistola ad Ephesios; scripsit autem eam Romae et misit eam per Titum. Gloria Deo semper ». Capita in mg. numerantur VI, sectiones XXX. [6] (f. 153v) Ad Philippenses, titulo praemisso ⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲡⲣⲟⲥ ⲫⲓⲗⲓⲡⲡⲟⲓⲥ; des. (f. 164) subscriptione coptica tantum: ⲁⲥϫⲱⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ϫⲉ ϯⲉ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲡⲣⲟⲥ ⲫⲓⲗⲓⲡⲡⲟⲓⲥ· ⲁⲩⲥϧⲏⲧⲥ ϧⲉⲛ ⲣⲱⲙⲉ (sic) ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲟⲩⲟⲣ⟨ⲡ⟩ⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲛ | ⲧⲓⲙⲟⲑⲉⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲉ̀ⲡⲁⲫⲣⲟⲧⲓⲧⲟⲥ· ⲥⲧⲩⲭ(ⲟⲥ) ⲥ̅ⲓ̅ⲏ̅ ⲕⲉⲫⲁⲗ(ⲉⲟⲛ) ⲇ̅ ⲕⲟⲩϫⲓ ⲇⲉ ⲕ̅ⲁ̅ « Absoluta est epistola ad Philippenses, scripta Romae et missa per Timotheum et Epaphroditum. Stichi CCXVIII, capita IV, parva autem XXI ». [7] (f. 164v) Ad Colossenses, praemissa inscriptione ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ̀ ⲡⲣⲟⲥ ⲕⲟⲗⲁⲥⲥⲁⲓⲥ (cod. فولاصاس) رسالة قولاصايس; des. (f. 175): ⲁⲥϫⲱⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ϫⲉ ϯⲉ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲙ̀ⲡⲁⲩⲗⲟⲥ ⲡⲓⲁ̀ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ ⲉ̀ⲧⲁϥⲥϧⲏⲧⲥ ⲡⲣⲟⲥ ⲕⲟⲗⲁⲥⲥⲁⲓⲥ· ⲁϥⲥϧⲏⲧⲥ ϧⲉⲛ ⲣⲱⲙⲏ ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲟⲩⲟⲣⲡⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲛ ⲧⲩⲭⲓⲕⲟⲥ· ⲛⲉⲙ ⲟ̀ⲛⲏⲥⲓⲙⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲙⲁⲣⲕⲟⲥ ⲛⲉϥⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ· ⲥⲧⲩⲭⲟⲥ ⲧ̅ⲓ̅ⲏ̅ ⲕⲉⲫⲁⲗⲉⲟⲛ ⲋ̅ ⲕⲟⲩϫⲓ ⲇⲉ ⲕ̅ⲅ̅ « Explicit epistola Pauli apostoli, quam scripsit ad Colossenses; scripsit eam Romae et misit eam per Tychicum Onesimumque et Marcum, discipulos suos. Stichi CCCXVIII, capita VI, parva autem XXIII ». [8] (f. 175v) Ad Thessalonicenses I, praemisso titulo ⲉ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲡⲁⲩⲗⲟⲩ ⲏ̅ ⲡⲣⲟⲥ ⲑⲉⲥⲁⲗⲟⲛⲓⲕⲏ ⲁ̅ رسالة تسالونيقي الاول; des. (f. 184v): ⲡⲣⲟⲥ ⲑⲉⲥⲁⲗⲟⲛⲓⲕⲏ ⲁⲥϫⲱⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲁⲩⲥϧⲏⲧⲥ ϧⲉⲛ ⲁ̀ⲑⲏⲛⲁⲥ· ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩⲟⲩⲟⲣⲡⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲛ ⲥⲓⲗⲟⲩⲁⲛⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲧⲓⲙⲟⲑⲉⲟⲥ ⲛⲉϥⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ ⲥⲧⲩⲭ(ⲟⲥ) ⲧ̅ⲓ̅ⲃ̅ ⲕⲉⲫⲁⲗ(ⲉⲟⲛ) ⲉ̅ ⲕⲟⲩϫⲓ ⲇⲉ ⲓ̅ⲏ̅ « (Epistola) ad Thessalonicam explicit, scripta Athenis et missa per Silvanum Timotheumque discipulos eius (Pauli). Stichi CCCXII, capita V, parva autem XVIII ». [9] (f. 185) Ad Thessalonicenses II, praemissa inscriptione ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ̀ ⲡⲣⲟⲥ ⲑⲉⲥⲁⲗ(ⲟ)ⲛⲓⲕⲏ ⲃ̅ ⲏ̅ (sic perperam pro ⲑ̅) تسالونيق الثانية; des. (f. 190): ⲁⲥϫⲱⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ϫⲉ ϯⲉ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲙ̀ⲙⲁϩⲃ̅ϯ ⲡⲣⲟⲥ ⲑⲉⲥⲁⲗⲟⲛⲓⲕⲏ· ⲉ̀ⲧⲁⲩⲥϧⲏⲧⲥ ϧⲉⲛ ⲗⲁⲟ̀ⲇⲓⲕⲓⲁ̀ ⲁϥⲟⲩⲟⲣⲡⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲛ ⲧⲩⲭⲓⲕⲟⲥ ϛ ⲧⲓⲙⲟⲑⲉⲟⲥ ⲛⲉϥⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ· ⲥⲧⲩⲭ(ⲟⲥ) ⲣ̅ⲡ̅ⲉ̅ ⲕⲉⲫⲁⲗⲉⲟⲛ ⲅ̅ ⲕⲟⲩϫⲓ ⲇⲉ ⲏ̅ « Explicit epistola secunda ad Thessalonicam, scripta Laodiceae; misit eam per Tychicum et Timotheum discipulos suos. Stichi CLXXXV, capita III, parva autem VIII ». [10] (f. 190v) Ad Timotheum I, des. (f. 202): ⲡⲣⲟⲥ ⲧⲓⲙⲟⲑⲉⲟⲥ ⲁ̅ ⲁⲥϫⲱⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲁⲩⲥϧⲏⲧⲥ ϧⲉⲛ ⲁ̀ⲑⲉⲛⲛⲁⲥ ⲁⲩⲟⲩⲟⲣⲡⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲛ ⲧⲓⲧⲟⲥ ⲡⲉϥⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ· ⲥⲧⲩⲭ(ⲟⲥ) ⲩ̅ ⲕⲉⲫⲁⲗⲉⲟⲛ ⲋ̅ ⲕⲟⲩϫⲓ ⲇⲉ ⲕ̅ⲍ̅ « (Epistola) ad Timotheum I explicit; scripta est Athenis, missa est per Titum, discipulum eius (Pauli). Stichi CCCC, capita VI, parva autem XXVII ». [11] (f. 202v) Ad Timotheum II,

praevia inscriptione ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ̀ ⲡⲣⲟⲥ ⲧⲓⲙⲟⲑⲉⲟⲥ ⲃ̄ رسالة طيموثاوس الثانية ; des. (f. 210v): ⲡⲣⲟⲥ ⲧⲓⲙⲟⲑⲉⲟⲥ ⲃ̄ ⲁⲥϫⲱⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲉ̀ⲧⲁϥⲥϧⲏⲧⲥ ϧⲉⲛ ⲣⲱⲙⲏ · ⲁϥⲟⲩⲟⲣ⟨ⲡ⟩ⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲛ ⲟ̀ⲛⲏⲥⲓⲙⲟⲥ ⲥⲧⲩⲭ(ⲟⲥ) ⲥ̄ⲡ̄ⲉ̄ ⲕⲉⲫⲁⲗ(ⲉⲟⲛ) ⲅ̄ ⲕⲟⲩϫⲓ ⲇⲉ ⲓ̄ⲑ̄ « (Epistola) ad Timotheum II explicit, quam scripsit Romae; missa est per Onesimum. Stichi CCLXXXV, capita III, parva autem XIX ». [12] (f. 211) Ad Titum, praemisso titulo ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ̀ ⲉ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲡⲣⲟⲥ ⲧⲓⲧⲟⲥ رسالة طيطس ; des. (f. 215v): ⲡⲣⲟⲥ ⲧⲓⲧⲟⲥ ⲁⲥϫⲱⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲁⲩⲥϧⲏⲧⲥ ϧⲉⲛ ⲛⲓⲕⲟⲡⲟⲗⲓⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲟⲩⲟⲣⲡⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲛ ⲁⲣⲧⲏⲙⲁ ⲡⲉϥⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ · ⲥⲧⲩⲭ(ⲟⲥ) ϥ̄ⲋ̄ ⲕⲉⲫⲁⲗⲉⲟⲛ ⲃ̄ ⲕⲟⲩϫⲓ ⲇⲉ ⲑ̄ « (Epistola) ad Titum explicit, scripta Nicopoli; et misit eam per Artemam discipulum suum. Stichi XCVI, capita II, parva autem IX ». [13] (f. 216) Ad Philemonem, praemisso titulo ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ̀ ⲡⲣⲟⲥ ⲫⲓⲗⲓⲙⲱⲛ رسالة فيلمون ; des. (f. 218): ⲡⲣⲟⲥ ⲫⲓⲗⲓⲙⲱⲛ ⲁⲥϫⲱⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲁⲩⲥϧⲏⲧⲥ ⲇⲉ ϧⲉⲛ ⲣⲱⲙⲏ · ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲟⲩⲟⲣⲡⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲛ ⲟ̀ⲛⲏⲥⲓⲙⲟⲥ ⲡⲉϥⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ · ⲥⲧⲩⲭ(ⲟⲥ) ⲙ̄ⲏ̄ ⲕⲉⲫⲁⲗⲉⲟⲛ ⲁ̄ « (Epistola) ad Philemonem explicit; scripta est Romae et misit eam per Onesimum discipulum suum. Stichi XLVIII, caput I ». [14] (f. 218v) Ad Hebraeos, praemisso titulo ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ̀ ⲡⲣⲟⲥ ⲉⲃⲣⲉⲟⲥ ⲓ̄ⲁ̄ رسالة العبرانيين ; des. (f. 252): ⲡⲣⲟⲥ ⲉⲃⲣⲉⲟⲥ ⲁⲥϫⲱⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ · ⲉ̀ⲧⲁϥⲥϧⲏⲧⲥ ϧⲉⲛ ϯϩⲩⲧⲁⲗⲓⲁ̀ ⲁϥⲟⲩⲟⲣⲡⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲛ ⲧⲓⲙⲟⲑⲉⲟⲥ · ⲥⲧⲩⲭ(ⲟⲥ) ⲯ̄ⲛ̄ⲉ̄ ⲕⲉ(ⲫⲁ)ⲗ(ⲉⲟⲛ) ⲓ̄ⲁ̄ ⲕⲟⲩϫⲓ ⲇⲉ ⲝ̄ⲃ̄ « (Epistola) ad Hebraeos explicit, quam scripsit in Italia; misit eam per Timotheum. Stichi DCCLV, capita XI, parva autem LXII ».

2 (f. 252v) Epistolae catholicae. [1] Iacobi epistola, praemisso titulo ⲕⲁⲑⲟⲗⲓⲕⲟⲛ ⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗ(ⲏ) ⲓⲁⲕⲱⲃⲟⲥ ⲁ̄; des. (f. 264): ⲉ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲓⲁⲕⲱⲃⲟⲥ ⲁⲥϫⲱⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲥⲧⲩⲭ(ⲟⲥ) ⲧ̄ ⲕⲉ(ⲫⲁ)ⲗ(ⲉⲟⲛ) ⲑ̄ « Epistola Iacobi explicit. Stichi CCC, capita IX ». [2] (f. 264v) Petri I, praemisso titulo ⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲡⲉⲧⲣⲟⲩ ⲁ̄ بطرس الاول ; des. (f. 277): ⲉ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲗ(ⲏ) ⲡⲉⲧⲣⲟⲥ ⲁ̄ ⲁⲥϫⲱⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ « Epistola Petri I explicit ». [3] (f. 277v) Petri II, praemissa inscriptione ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ̀ ⲉ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲡⲉⲧⲣⲟⲩ ⲃ̄ رسالة بطرس الثانية; des. (f. 285v): ⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲡⲉⲧⲣⲟⲩ ⲃ̄ ⲁⲥϫⲱⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲕⲉⲫⲁⲗⲉⲟⲛ ⲇ̄ ⲥⲧⲩⲭⲟⲛ ⲕ̄ⲏ̄ « Epistola Petri II explicit. Capita IV, stichi XXVIII ». [4] (f. 286) Iohannis I, praemisso titulo ⲉ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲁ̄; des. (f. 297v): كملت رسالة يوحنا الاولى ولله المجد دائما ابدا « Absoluta est epistola Iohannis prima. Deo autem gloria semper in aeternum ». [5] (f. 298) Iohannis II, praemissa inscriptione ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ̀ ⲉ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲓⲱⲁⲛⲛⲟⲩ ⲃ̄ يوحنا الثانية ; des. (f. 299) sine subscriptione. [6] (f. 299v) Iohannis III,

praemisso titulo ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ̀ ⲉ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲓⲱⲁⲛⲛⲟⲩ ⲅ̄ رسالة يوحنا الثالثة; des. (f. 301): كملت رسالة يوحنا الثالثة بعون الله امين « Absoluta est epistola Iohannis tertia per auxilium Dei. Amen ». 7 (f. 301v) Iudae, praemisso titulo ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ̀ ⲉ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲓⲟⲩⲇⲁⲥ رسالة يهودا; des. (f. 304v) كملت رسالة يهودا وهى كمال رسايل الابا الاطهار الحواريين صلاتهم معنا امين « Absoluta est epistola Iudae; et hic est finis epistolarum patrum purorum apostolorum, preces eorum nobiscum. Amen ».

3 (f. 305) Actus Apostolorum, praemisso titulo ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ̀ ⲡⲣⲁⲝⲓⲟⲛ ⲧⲟⲛ ⲁ̀ⲅⲓⲟⲛ ⲁ̀ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲛ بسم الله قصص الرسل الاطهار ar.: « In nomine Dei. Actus apostolorum sanctorum »; des. (f. 416v) sine subscriptione, solis verbis in columella arabica additis ولله الحمد « Deo autem gloria ». Suppleta sunt saec. XVI Act. 20, 25 ϯⲉ̀ⲙⲓ – 21, 31 ϧⲟⲑⲃⲉϥ (ff. 386-389) et 24, 4 ⲙ̀ⲙⲟⲕ 2° – 15 ⲛ̀ⲟⲩϩⲉⲗⲡⲓⲥ (f. 399). Cf. de indole textus F. Foakes Jackson et Kirsopp Lake, *The beginnings of Christianity*, part. I, *The Acts of the Apostles*, vol. III, *The Text*, ed. J. H. Ropes, Londini, 1926, pp. 357-371, appendix V auctore Herbert Thompson.

Codex fasciculis quadraginta tribus confectus est, e quibus perierunt primi duo, primum folium tertii, secundum decimi, folia quattuor ultima quadragesimi, folium primum quadragesimi primi, duoque ultima folia, ut vid., quadragesimi tertii, quae vacua erant vel subscriptionem Actuum Apostolorum et totius libri continebant. Fere omnes fasciculi quiniones erant, decimus tamen et trigesimus tertius integri novem folia tantum habent; quaterniones autem sunt decimus quartus et trigesimus nonus. Notae, quae unciales sunt, conspiciuntur in ang. sup. int. primae et ultimae paginae uniuscuiusque fasciculi prima manu scriptae, habenturque formulae, varie distributae: ⲕ̄ⲉ̄ ⲟ̄ ⲑ̄ⲥ̄, ⲓ̄ⲩ̄ ⲭ̄ⲩ̄, ⲡ̄ⲁ̄ ϭ̄ⲥ̄ « Dominus meus », ⲩ̄ⲥ̄ ⲑ̄ⲥ̄, ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ « miserere mei ». Omittitur tamen formula in f. 252v, ultimo scil. fasciculi vigesimi sexti, ubi principium habent epistolae catholicae, titulo in fascia diversi coloris incluso. Tituli qui leguntur in summis paginis, vel rectis tantum, vel omnibus inde a principio epistolae ad Hebraeos, alterius manus sunt; omnino desiderantur in Actibus Apostolorum. Sola ff. ⲃ̄ – ⲓ̄ⲅ̄, quae sunt suppletoria, coptice numerantur, in paginis aversis. Cum notae, quas arabicas vocamus, paulo post codicis translationem in Occidentem non uno in loco perperam scriptae fuissent, nuper codex denuo numeratus est notis impressis in paginis imis.

Scriptura partis pristinae codicis, quae lineis suspenditur forma impressis in charta, fere eiusdem indolis est ac scriptura cod. Vat. 11 an. 1346, aliquantulum tamen grandior. Praeterea Georgius Horner nonnullam ornamentorum similitudinem notavit cum codice Parisino Bibl. Nat. copt. 21, an. 1338, op. laud., t. III, p. XXIX. Litteris gracilioribus in copticis subscriptionibus usus, librarius exaravit litteris grandioribus et crassioribus, sive rotundis, sive in altum productis, unam, duas vel tres lineas in principio epistolarum et Actuum. Minio scripta sunt tituli epistolarum, capitum numeri

eorumque litterae initiales quam plurimae, duae primae lineae uniuscuiusque capitis in utraque lingua, interpunctionis signa aliaque ad testimonia V. T. demonstranda, in marginibus posita; tactae vero sunt litterae maiores in principio versiculorum, litterae ϥ et ϧ, lineolae quae notas numericas tegunt et verba compendiata. Auro illita est linea prima epistolarum Cor. I et II, Eph., Gal., minio Iac. Litterae maximae in principio aliarum epistolarum et Actuum, fasciae quae titulos superant vel continent, necnon ornamenta, quibus capita notantur in margine, atramento confecta sunt pigmentisque croceo, rubro et viridi. Fascia f. 2 suppleti constat atramento, minio et croceo pigmento tantum. Nomen pictoris, ut vid., in fascia f. 138 legitur litteris descendentibus ex utraque parte scriptum ⲡⲓϩⲏⲕⲓ ⲥⲓⲙⲱⲛ « pauper Simon ».

Diversa diversi diverso tempore in marginibus scripserunt: verba in textu coptico omissa atramento in ff. 40, 74v, minio in f. 360, lectiones arabicas varias in ff. 110, 117, 157, 183, 199, 209, 368, discrepantias arabicam translationem inter et copticam in ff. 161, 232, 361v, 368, 390v, annotationes pro usu liturgico in ff. 50, 91, 93, 97, 124, 156, 181v, 340, 362v. Cruculae, quae nonnullis in locis ad lectiones definiendas appositae videntur, exaratae sunt atramento pallido. In summo f. 202v legitur nota latina atramento flavo ca. an. 1600, ut vid., exarata: ⟨e⟩*pistu*⟨l⟩*am Timeteus* (sic) *secundam.* F. 1, manu Alexandri Rainaldi *Ep*(isto)*lae omnes B. Pauli Ap*(osto)*li, et Canoniche, et Acta Ap*(osto)*lor*(*um*) | *sermone Aegyptiaco cum interpretatione arabica.* Variae notae codicis: *6*, deinde *N° 2, Nov. 12* et *N° 12.* Codex asseritur ex hereditate Iohannis Baptistae Raimundi apud Angelum Mai, *Catal. Codd. Bibl. Vat. Arab. etc.*, p. 125, sed unde constet nescimus.

Integumentum e corio rubro notam codicis *12* praebet et scuta auro impressa Pii VI et Francisci Xaverii de Zelada card. bibliothecarii.

13 (olim 3). Saec. XIII in. et XVI, chart., mm. 318 × 254, ff. I, 261, linn. 23.

Epistolae s. Pauli XIV bohairice et arabice, quae, foliis haud paucis amissis, saec. XVI suppletae sunt. Textum copticum contulit Georgius Horner, codicis (D, pp. suppletae Dr) descriptionem editioni praemittens, *The Coptic version of the New Testament in the northern dialect*, t. III, Oxonii, 1905, pp. XXII-XXIV. Praemittitur inscriptio libri, quae est alt. man. ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ̀ « cum Deo », بسم الله « in nomine Dei », et هذا الكتاب المبارك يشتمل على رسايل بولس الرسول هم (sic) اربعة عشر رسالة « liber benedictus, qui continet epistolas Pauli apostoli, hae sunt XIV epistolae ». 1 (f. 1) Ad Romanos, solo arabico titulo praemisso: الرسالة الاولى الى اهل رومية « epistola prima, ad Romanos »; textus primigenius inc. (f. 22) 8, 11 ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲉⲛ ⲡⲉϥⲡ︦ⲛ︦ⲁ︦ « per spiritum suum »; des. (f. 46): ⲡⲣⲟⲥ ⲣⲱⲙⲁⲓⲟⲩⲥ: ⲁⲩⲥϧⲏⲧⲥ ϧⲉⲛ ⲕⲟⲣⲓⲛⲑⲟⲥ: ⲁϥⲟⲩⲟⲣⲡⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲛ ⲫⲟⲓⲃⲏ ϯⲇⲓⲁ̀ⲕⲱⲛ: ⲥⲧⲓⲭⲟⲥ ⲙ̅ ⲕⲉⲫ(ⲁ)ⲗ(ⲉⲟⲛ) ⲕ̅ⲁ̅ « Ad Romanos: scripta Corinthi; misit eam per Phoeben diaconissam. Stichi M, capita XXI », arabice: كملت الرسالة التى

كتبت الى اهل (suprascr.) رومية وكان كتب بها من قورنثية وبعث بها مع فوبي الاخت خادمة كنيسة قنكراوس والسبح لله « Absolvitur epistola quae scripta est ad Romanos, et scripsit eam Corinthi et misit eam per Phoeben sororem, diaconissam ecclesiae Cenchrarum. Laus autem Deo ». [2] (f. 46v) Ad Corinthios I praemisso titulo ⲡⲣⲟⲥ ⲕⲟⲣⲓⲛⲑⲓⲟⲩⲥ ⲁ̅ · ⲃ̅ et الرسالة الثانية الى اهل قورنثيوس « epistola secunda, ad Corinthios »; 13, 1 ⲛⲉⲙ ⲫⲁⲛⲓⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ – ⲛϫⲉ[ⲡⲓⲧⲉⲗⲓⲟⲛ] (f. 80) et 15, 13 ⲓⲉ ⲟⲩⲇⲉ – 24 ⲛⲁⲣⲭⲏ ⲛⲓⲃⲉⲛ (f. 87) suppletis, des. (f. 93v): ⲡⲣⲟⲥ ⲕⲟⲣⲓⲛⲑⲓⲟⲩⲥ ⲁ̅: ⲁⲩⲥϧⲏⲧⲥ ϧⲉⲛ ⲉ̀ⲫⲉⲥⲟⲥ: ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲉⲛ ⲥⲧⲉⲫⲁⲛⲁ: ⲛⲉⲙ ⲁ̀ⲭⲁⲓ̈ⲕⲟⲥ: ⲥⲧⲓⲭⲟ(ⲥ) ,ⲁ̅ⲝ̅ ⲕⲉⲫⲁⲗ(ⲉⲟⲛ) ⲕ̅ⲃ̅ « Ad Corinthios I, scripta Ephesi, per Stephanam et Achaicum. Stichi MLX, capita XXII »; تمت الرسالة الاولى الى اهل قورنثيوس وكتبت من افسوس وانفدت مع اصطافانا وخيقوس « Absoluta est epistola prima ad Corinthios; scripta est Ephesi et impensum est a Stephana et Achaico ». [3] (f. 94) Ad Corinthios II praemisso titulo ⲅ̅ ⲡⲣⲟⲥ ⲕⲟⲣⲓⲛⲑⲟⲥ ⲃ̅ et الرسالة الى اهل قورنثيوس ايضا وهي الثالثة في العدد « epistola secunda ad Corinthios quoque, quae est tertia in serie; suppletis 10, 9 ⲛⲱⲧⲉⲛ – 16 ⲟⲩⲕⲁⲛⲟⲩⲛ {ⲛϣⲉⲙ} (f. 116) et 11, 7 ⲙ̀ⲡⲓⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ – 12, 21 ⲙ̀ⲡⲟⲩⲉⲣⲙⲉⲧⲁ̀ⲛⲟⲓⲛ (ff. 118-123), des. (f. 125v): ⲡⲣⲟⲥ ⲕⲟⲣⲓⲛⲑⲓⲟⲩⲥ ⲃ̅ ⲁⲩⲥϧⲏⲧⲥ ϧⲉⲛ ⲫⲓⲗⲓⲡⲡⲟⲓⲥ: ⲛ̀ⲧⲉ ⲑⲙⲁⲕⲉⲇⲟⲛⲓⲁ̀: ⲁϥⲟⲩⲟⲣⲡⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲛ ⲧⲓⲧⲟⲥ: ⲛⲉⲙ ⲗⲟⲩⲕⲁⲥ: ⲥⲧⲓⲭⲟ(ⲥ) ⲭ̅ⲛ̅ⲉ̅ ⲕⲉⲫⲁⲗ(ⲉⲟⲛ) ⲓ̅ⲃ̅ « Ad Corinthios II, scripta Philippis Macedoniae; misit eam per Titum et Lucam. Stichi DCLV, capita XII »; arabice: كملت الرسالة الثانية الى اهل قورنثيوس وكان كتب بها بفيلفوس ماقدونية وبعث بها مع ططوس ولوقا والسبح لله « Absoluta est epistola secunda ad Corinthios; scripsit autem eam Philippis Macedoniae et misit eam per Titum et Lucam. Et laus Deo ». [4] (f. 126) Ad Galatas, titulo imposito ⲡⲣⲟⲥ ⲅⲁⲗⲁⲧⲏⲥ ⲇ̅ et الرسالة الرابعة الى اهل خلاطية « epistola quarta, ad Galatas »; suppletis 5, 9-18 (f. 138), des. (f. 141v): ⲡⲣⲟⲥ ⲅⲁⲗⲁⲧⲏⲥ: ⲁⲩⲥϧⲏⲧⲥ ϧⲉⲛ ⲣⲱⲙⲏ: ⲥⲧⲓⲭⲟ(ⲥ) ⲧ̅ⲓ̅ⲃ̅: ⲕⲉⲫⲁⲗ(ⲉⲟⲛ) ⲋ̅ « Ad Galatas, scripta Romae. Stichi CCCXII, capita VI »; arabice: كملت الرسالة الى اهل خلاطية وكان كتب بها من رومية وبعث بها مع فرموبوس ⟨و⟩ططوس تلميذه والسبح لله « Absoluta est epistola ad Galatas; scripsit eam Romae et misit eam per (Fortunatum?) et Titum discipulum suum. Gloria autem Deo ». [5] (f. 142) Ad Ephesios, praemisso titulo ⲡⲣⲟⲥ ⲉ̀ⲫⲉⲥⲓⲟⲩⲥ ⲉ̅ et الرسالة الخامسة الى اهل افسس « epistola quinta, ad Ephesios »; suppletis 6, 13 ⲉ̀ⲟϩⲓ ⲉ̀ⲣⲁⲧϥ ⲑⲏ-

ⲛⲟⲩ 1º – 21 (f. 157), des. (f. 158): **ⲡⲣⲟⲥ ⲉ̀ⲫⲉⲥⲓⲟⲩⲥ ⲁⲩⲥϧⲏⲧⲥ ϧⲉⲛ ⲣⲱⲙⲏ: ⲁϥⲟⲩⲟⲣⲡⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲛ ⲧⲩⲭⲓⲕⲟⲥ: ⲥⲧⲟⲓⲭⲟⲥ ⲧⲓⲃ: ⲕⲉⲫⲁⲗⲉⲱⲛ ⲋ** « Ad Ephesios; scripta Romae, misit eam per Tychicum. Stichi CCCXII, capita VI »; arabice: كملت الرسالة الى اهل افسوس وكان كتب بها من رومية و بعث بها مع طوخوقوس والسبح لله « Absoluta est epistola ad Ephesios; scripsit eam Romae et misit eam per Tychicum. Laus Deo ». [6] (f. 158v) Ad Philippenses, praemisso titulo **ⲡⲣⲟⲥ ⲫⲓⲗⲓⲡⲡⲟⲓⲥⲓⲟⲩⲥ ⲋ** et الرسالة السادسة الى اهل فيليفوس « Epistola sexta, ad Philippenses »; suppletis 1, 5 [**ⲉⲧⲁⲥ**]-**ϣⲱⲡⲓ** – 24 (ff. 159, 160) et 4, 18 **ⲛ̀ⲛⲉⲧⲉⲛⲛⲱⲧⲉⲛ** – 23, des. man. alt. (f. 169) in sola arabica subscriptione manu currenti scripta: كملت رسالة فيلبوسيوس وكان كتب بها من رومية وبعث بها مع طيماثاوس وابفروديطوس والسبح لله دائما ابدا « Absoluta est epistola ad Philippenses; scripsit eam Romae et misit eam per Timotheum et Epaphroditum. Laus Deo semper et in aeternum ». [7] (f. 169v) Ad Colossenses, praemissa inscriptione alt. man. **ⲡ̀ⲣⲟⲥ ⲕⲟⲗⲁⲥⲥⲁⲓⲥ** رسالة قولاسايس ; textus primigenius inc. 1, 5 (f. 170), des. autem 4, 16 **ⲗⲁⲟⲇⲓⲕⲓⲁ** 2º (f. 179v); subscriptio est alt. man. (f. 180): **ⲡⲣ(ⲟⲥ) ⲕⲟⲗⲁⲥⲥⲁⲓⲥ ⲁⲩⲥϧⲏⲧⲥ ϧⲉⲛ ⲣⲱⲙⲏ · ⲁⲩⲟⲩⲟⲣⲡⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲛ ⲧⲩⲭⲓⲕⲟⲥ · ⲛⲉⲙ ⲭⲁⲓⲕⲟ · ⲛⲉⲙ ⲟ̀ⲛⲓⲥⲓⲙⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲙⲁⲣⲕⲟⲥ · ⲥⲧⲩ(ⲭⲟⲥ) ⲧⲓⲏ · ⲕ(ⲉⲫⲁⲗⲉⲟⲛ) ⲋ** « Ad Colossenses; scripta Romae, missa per Tychicum, Achaicum, Onesimum et Marcum. Stichi CCCXVIII, capita VI »; arabice: كملت الرسالة الى اهل قولاسايس وكان كتب بها من رومية وبعث بها مع طيخيقوس وناسموس ومرقس والمجد لله « Absoluta est epistola ad Colossenses; scripsit autem eam Romae et misit eam per Tychicum, Onesimum et Marcum. Gloria autem Deo ». [8] (f. 180v) Ad Thessalonicenses I, titulo alt. man. praemisso **ⲡ̀ⲣⲟⲥ ⲑⲉⲥⲁⲗⲟⲛⲓⲕⲏ ⲁ** et رسالة تسالونيقى الاولى « epistola Thessalonicae prima »; suppletis 1, 1-3 **ⲡⲭ̅ⲥ̅ }ⲙ{** et 4, 9 **ⲛ̀ⲑⲱⲧⲉⲛ** – 17 (f. 187), des. (f. 190): **ⲡⲣⲟⲥ ⲑⲉⲥⲥⲁⲗⲟⲛⲓⲕⲓⲥ ⲁ̅ ⲁⲩⲥϧⲏⲧⲥ ϧⲉⲛ ⲁ̀ⲑⲏⲛⲁⲥ: ⲁⲩⲟⲩⲟⲣⲡⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲛ ⲥⲓⲗⲟⲩⲁ̀ⲛⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲧⲓⲙⲟⲑⲉⲟⲥ: ⲥⲧⲓⲭⲟⲥ ⲧⲓⲃ: ⲕⲉⲫ(ⲁ)ⲗ(ⲉⲟⲛ) ⲉ̅** « Ad Thessalonicenses I; scripta Athenis, missa per Silvanum et Timotheum. Stichi CCCXII, capita V »; arabice: كملت الرسالة الاولى الى اهل تسالونيقى وكان كتب بها من اثينوس وبعث بها مع طيماثاوس وسلوانس والسبح لله « Absoluta est epistola prima ad Thessalonicenses; scripsit autem eam Athenis et misit eam per Timotheum et Silvanum. Laus Deo ». [9] (f. 190v) Ad Thessalonicenses II, praemisso titulo **ⲡⲣⲟⲥ ⲑⲉⲥⲥⲁⲗⲟⲛⲏⲕⲏ ⲃ ⲑ** et الرسالة التاسعة

وهى الثانية الى اهل تسالونيقى « epistola nona, quae est secunda ad Thessalonicenses »; des. (f. 195v): ⲡⲣⲟⲥ ⲑⲉⲥⲥⲁⲗⲟⲛⲓⲕⲓⲥ ⲃ̄ ⲁⲩⲥϧⲏⲧⲥ ϧⲉⲛ ⲁⲑⲏⲛⲁⲥ: ⲁⲩⲟⲩⲟⲣⲡⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲛ ⲥⲓⲗⲟⲩⲁ̀ⲛⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲧⲓⲙⲟⲑⲉⲟⲥ: ⲥⲧⲓⲭⲟⲥ ⲣ̅ⲡ̅ⲉ̅ ⲕⲉⲫ(ⲁ)ⲗ(ⲉⲟⲛ) ⲅ̄ « Ad Thessalonicenses II; scripta Athenis, missa per Silvanum et Timotheum. Stichi CLXXXV, capita III »; arabice: كملت الرسالة الى اهل تسالونيق وهى الثانية وكان كتب بها من لاديقية وبعث بها مع طيماثاوس واخيقوس « Absoluta est epistola ad Thessalonicenses, quae est secunda; scripsit autem eam Laodiceae et misit eam per Timotheum et Achaicum ».

10 (f. 196) Ad Hebraeos, praemisso titulo ⲡⲣⲟⲥ ⲉⲃⲣⲁⲓⲟⲩⲥ · ⲓ̄ et الرسالة العاشرة الى العبرانيين « epistola decima, ad Hebraeos »; des. (f. 230v): ⲡⲣⲟⲥ ⲉⲃⲣⲁⲓⲟⲩⲥ: ⲁⲩⲥϧⲏⲧⲥ ϧⲉⲛ ⲣⲱⲙⲏ: ⲁⲩⲟⲩⲟⲣⲡⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲛ ⲧⲓⲙⲟⲑⲉⲟⲥ: ⲥⲧⲩⲭⲟⲥ ⲯ̅ⲛ̅ⲉ̅: ⲕⲉⲫⲁⲗⲉⲟⲛ ⲓ̅ⲃ̅ « Ad Hebraeos; scripta Romae, missa per Timotheum. Stichi DCCLV, capita XII » et arabice: كملت الرسالة الى العبرانيين وكان كتب بها من انطاليا (sic) وبعث بها مع طيماثاوس « Absoluta est epistola ad Hebraeos; scripsit autem eam in Italia et misit eam per Timotheum ».

11 (f. 231) Ad Timotheum I, praemisso titulo ⲡⲣⲟⲥ ⲧⲓⲙⲟⲑⲉⲟⲛ ⲁ̄ ⲓ̅ⲁ̅ et الرسالة الحادية عشر وهى الاولى الى طيماثاوس « epistola undecima quae est prima ad Timotheum »; suppletis 1, 18-3, 13 ⲟⲩⲛⲓϣϯ (ff. 233-5) et inde a 5, 10 ϫⲉ ⲁⲛ (ff. 239 sqq.), des. alt. manu (f. 242v): ⲡⲣⲟⲥ ·ⲧ· ⲁ̄ ⲁⲩⲥϧⲏⲧⲥ ϧⲉⲛ ⲑ̀ⲙⲁⲕⲁⲗⲟⲛⲓⲁ̀ ⲕⲁⲫⲁⲗⲉⲱⲛ « Ad T(imotheum) I; scripta in Macedonia. Capita (spatio vacuo relicto cum iam desiderantur in mg., inde a f. 239, numeri sectionum) », et arabice: كملت الرسالة الاولة (sic) الى طيماثاوس التى كتبت من ماقدونية والسبح لله دائما ابدا « Absoluta est epistola prima ad Timotheum, quae scripta est in Macedonia. Gloria autem Deo semper et in aeternum ».

12 (f. 243) Ad Timotheum II, manu alt. scripta, cui praemittitur titulus ⲡⲣⲟⲥ ⲧⲓⲙⲟⲑ(ⲉⲟⲛ) ⲃ̄ et رسالة طيماثاوس « epistola Timothei »; des. (f. 251v) sine ulla subscriptione.

13 (f. 252) Ad Titum, item manu alt., praemisso titulo ⲥⲩⲛ ⲑ(ⲉ)ⲱ ⲧⲓⲧⲟⲥ dein, minio, ⲡⲣⲟⲥ ⲧⲓⲧⲟⲥ; arabice: رسالة طيطس « epistola Titi »; des. (f. 258): ⲡⲣⲟⲥ ⲧⲓⲧⲟⲛ ⲁⲩⲥϧⲏⲧⲥ ϧⲉⲛ ⲛⲓⲕⲟⲡⲟⲗⲓⲥ ⲁϥⲉⲣⲉ̀ⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲉ̀ϯⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲉ ⲑ̀ⲙⲁⲕⲁⲗⲟⲛⲓⲁ̀ · ⲕⲉⲫⲁⲗⲉⲟⲛ ⲃ̄ « Ad Titum; scripta Nicopoli; fuit episcopus ecclesiae Macedoniae. Capita II », et arabice: كملت رسالة طيطس وكان كتب بها من نيقا المدينة وارسلها مع ارطما تلميذه الذى صار اسقف ماقدونية وهى فصلين « Absoluta est epistola Titi; scripsit eam Nicopoli (*Niqā al-madīnah*) et misit eam per discipulum suum Artemam, qui factus

est episcopus Macedoniae. Haec est duorum capitum ». 14 (f. 258^{v}) Ad Philemonem, manu alt. scripta, cum titulo ⲡ̀ⲡⲣⲟⲥ ⲫⲓⲗⲏⲙⲱⲛ et رسالة فيلمون « epistola Philemonis »; des. (f. 261): ⲡ̀ⲡⲣⲟⲥ ⲫⲓⲗⲏⲙⲱⲛ ⲁⲩⲥϧⲏⲧⲥ ϧⲉⲛ ⲣⲱⲙⲏ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲉⲛ ⲟ̀ⲛⲏⲥⲓⲙⲟⲥ « Ad Philemonem; scripta Romae, per Onesimum », et arabice: كملت رسالة فيلمون كتبت من رومية وارسلت مع اناسيموس « Absoluta est epistola Philemonis; scripta est Romae et missa per Onesimum ». In parte pristina codicis notantur in margine: numeri capitum litteris copticis, numeri sectionum notis numericis cursivis, nomina tandem librorum V. T., qui ab apostolo inducuntur. Ubi valet observare numerum epistolae numeris sectionum subscriptum ordini codicis non respondere, cum sit in epistola ad Hebraeos 14, in epp. I Tim.–Philem. 10-13. Codicis initium (Rom. 1, 1-10, 18 pro parte bohairica, 1, 1-10, 13 pro parte arabica) transcripsit Raphael Tuki in cod. Borgiano copt. 129.

Folia pristina, quae supersunt, scil. ff. 22-79, 81-86, 88-115, 117, 124-137, 139-156, 158, 161-168, 170-179, 181-186, 188-232, 236-238, fasciculorum sunt 3-24 codicis originalis, qui constabat quinionibus in ang. sup. int. extremarum paginarum signatis. Fasciculi decimus quartus, decimus sextus et decimus octavus perdiderunt folium unum, nonus, duodecimus, decimus septimus et decimus nonus folia duo, tertius et vigesimus quartus tria, decimus tertius quinque. Librarius paginas supputavit, eas signans in ff. aversis atque in f. primo recto uniuscuiusque fasciculi, notis uncialibus; titulos scripsit in margine summo ff. aversorum, praemisso epistolarum singularum numero; inscriptiones apposuit in paginis extremis fasciculorum, ut mos est: ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲩ̅ⲥ̅ ⲑ̅ⲥ̅, ⲓ̅ⲥ̅ ⲭ̅ⲥ̅ ⲕ̅ⲉ̅ ⲑ̅ⲥ̅, ⲓ̅ⲩ̅ ⲭ̅ⲩ̅ ⲕ̅ⲩ̅ ⲑ̅ⲩ̅. In foliis suffectis, paginae numeratae sunt quam plurimum in paginis aversis notis uncialibus inde a f. 80^{v}, quandoque tamen et notis cursivis in paginis rectis, post vero f. 250^{v} in paginis aversis tantum notis cursivis. Tituli pauci arabice in ff. 119^{v}, 120^{v}, 121^{v}-132^{r}, coptice in ff. 241, 242, 245^{v}, 246^{v}, 247^{v}, 248^{v}. Mox vero folia omnia denuo signata sunt in ang. sup. ext. paginarum rectarum notis copticis cursivis. Tandem, codice Romam advecto, notis, quas arabicas vocant, folia bis numerata sunt, primum inde a f. I in ang. sup. int., postea inde a f. 1 in ang. sup. ext., quam numerationem ut recentiorem, secuti sumus. De indole scripturae copticae codicis primigenii, vide dicta de cod. Vat. copt. 9 an. 1205 collato cum cod. Orient. Musei Britannici 1315 an. 1208, qui eiusdem sunt manus. Scriptura vero arabica haud parum differt a scriptura cod. Vat. copt. 9, cum librarius cod. 13 saepius utatur litterulis suppositis ad litteras sine punctis dignoscendas, solusque apice angulato suprascripto signet litteram س. Ductus ad definiendum spatium scripturae, quae suspenditur, forma impressi sunt in charta. Minio scripta sunt in columna coptica prima linea cuiusque capitis et interpunctionis signa, in margine notae sectionum, nomina librorum V. T. et aliquando puncta quibus loci V. T. laudati distinguuntur, in columella arabica nihil. Minio afficiuntur litterae maiores in principio versiculorum necnon, licet non continuo, litt. ⲝ, ⲫ, ϥ, ϩ, ϧ et ϭ, dum litterae rubrae in principio capitum, vel illae grandiores in prima linea epistolarum nigro tactae sunt. In foliis suffectis, rubro scripta sunt

tituli epistolarum bini, prima linea cuiusque capitis, ubi capita notantur, quandoque etiam in columna arabica, demum, signa interpunctionis columnae copticae. Minio tactae sunt, praeter grandiores et maximas, litterae tantum ⲫ et ϩ, ac lineola, quae nomina compendiata tegit. Atramento scripta sunt arabice nomina librorum V. T. quaedam in foliis suffectis. Atramento delineata pigmentisque decorata croceo rubro et viride conspiciuntur in pristina parte codicis tum litterae maximae in principio epistolarum, tum, ibidem, ornamenta quaedam, fasciae scilicet cum fenestra ad titulos recipiendos, insuper cruces in fine, vel sine inscriptione (f. 93) vel cum inscriptionibus ⲓ̅ⲥ̅ ⲭ̅ⲥ̅ ⲛ̅ⲓ̅ ⲕ̅ⲁ̅ « Iesus Christus vincit » (ff. 46, 141ᵛ), ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲁ̅ϥ̅ ϭ̅ⲣ̅ⲟ̅ « Iesus Christus vicit » (ff. 190, 230ᵛ), ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅, (f. 125ᵛ), ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲁϥ ..., ultima parte inscriptionis deperdita folio resecto (f. 158), stellulae tandem et cruculae in summis paginis extremis fasciculorum. Iisdem pigmentis croceo rubro viridi distincta, sed prorsus diversi generis, sunt ornamenta in foliis suffectis, crux scilicet in f. Iᵛ cum inscriptione ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲩ̅ⲥ̅ ⲑ̅ⲥ̅ inter crucis brachia et litteris ⲁ ⲱ in marginibus summo et imo, necnon porticus quadruplex et littera maxima in f. 1. Foliis quam plurimis in parte inferiori madore pessum datis, aliquot refecta sunt partesque textus quae perierant restitutae. Nota possessionis legitur in f. 8ᵛ, quod amanuensis perperam vacuum reliquerat: ملك الحقير الخاطى يوسف البدوانى كماله للاب (?) المكرم القس سلامة ادام | الله بعمره مما حرر لكل فى سنة اربعة مشتره من المعلم يوحنا معلم الاطفال بحراة زويلة « Pauper et peccator Ioseph al-Badwānī possedit eum (librum) integrum pro patre reverendo presbytero Salāmah, Deus producat vitam eius! quia per quattuor annos omnino liberavit eum, (librum) autem comparavit a magistro Iohanne, qui pueros docet in vico Zuwaylah ». Manus altera addidit: وهو وقف على البيعة الست السيدة لحارة زويلة لايباع ولا يرهن ولا يعار | وليس فيه تصريف بوجه من الوجوه بعد غين مالكه المذكور الحقير الخاطى يوسف البدوانى « Hoc vero est pium legatum ecclesiae dominae Dominae (B. M. V.) in vico Zuwayleh. Non vendatur (liber), nec oppignoretur, nec commodetur, nec in ullo modo sit ei commutatio post obfuscationem possessoris eius memorati, pauperis et peccatoris, Ioseph al-Badwānī ». Deprecatio manu currenti scripta in f. 230ᵛ: اذكر يا رب برحمتك عبيدك بنى المعمودية واحفظهم | وخلصهم من المهامزين بقوة ذراعك | فان لك القدرة على كل شى وانت القوى العزيز الجبار | العباقرة فى الحروب ولك المجد الى ابد الابدين امين والسبح لله « Memento, Domine, in misericordia tua, famulorum tuorum filiorum baptismatis, et custodi eos et salva eos a detractoribus per virtutem brachii tui; tibi vere est potentia in omnia, quia tu validus es, potens et dominans, fortis in bellis. Et tibi gloria in saecula saeculorum. Amen. Laus Deo ». F. I brevis annotatio partim consumpta: ... مرر وضح | الغلط فى العدد « ... aliquoties, patet error in numeris ». Manu Hieronymi Vecchietti: *Portato d'Egitto da me Gir*(olam)*o* | *Vecchietti l'Ano* (sic) *1597* | *Epistole di san Paulo* (sic). In ima pag. manu Alexandri Rainaldi: *Epistolae D*(ivi) *Pauli carachtere Aegyptio, cum interpret*(atio)*ne Arabica;* et eiusdem in frustulo chartae in med. pagina agglutinato: *Io*(hannes) *Baptista Raimundus dono dedit bibliothecae Vaticanae* | *ex Testamento 1614.* Notae codicis *N° 3* cancell., *Nov. 14* et *N° 13.* Sigillum Hieronymi Vecchietti sine atramento impressum semel in f. I et ter in f. 1.

In dorso integumenti, quod est e corio rubro, conspiciuntur nota codicis *13* necnon scuta Pii VI et Francisci Xaverii de Zelada card. bibliothecarii.

14 (olim 5). An. 1357 (Mart. 1074, cf. f. 205) et 1504 (Mart. 1220, cf. f. 350), chart., mm. 285 × 198, ff. I, 351, linn. 21 et 17.

Epistolae s. Pauli et catholicae necnon Actus Apostolorum, bohairice cum interpretatione arabica de verbo ad verbum inter lineas scripta quam, quia pedisequa, consulto omittimus. Codicem inspexit David Wilkins, ut ipse testatur, *Novum Testamentum Aegyptium*, Oxonii, 1716, p. IX; varias lectiones contulit Georgius Horner, qui codicem (G, folia suppleta G^{r}) enarravit, *The Coptic version of the New Testament in the northern dialect*, Oxonii, 1905, pp. XXXI-XXXIII.

1 (f. 1) Epistolae s. Pauli XIV. [1] Ad Romanos, praemisso titulo: ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ̀ ⲛⲁⲓ ⲛⲉ ⲛⲓⲁ̀ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲏ (sic) ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲁⲩⲗⲟⲥ ⲡⲓⲁ̀ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ ⲡⲣⲟⲥ ⲣⲱⲙⲁⲓⲟⲩⲥ ⲁ̅ « Cum Deo. Hae sunt epistolae Pauli apostoli. Ad Romanos. I ». Textu inde a 9, 15 ⲉ̀ϯⲛⲁⲛⲁⲓ (f. 19) suppleto, des. (f. 39^{v}) alt. man. sine subscriptione. [2] (f. 39^{v}) Ad Corinthios I, praemisso titulo ⲡⲣⲟⲥ ⲕⲟⲣⲓⲛⲑⲟⲥ ⲁ̅; inc. textus primigenius (f. 49) 4, 15; des. (f. 75^{v}): ⲡⲣⲟⲥ ⲕⲟⲣⲓⲛⲑⲓⲟⲩⲥ ⲁⲩⲥϧⲏⲧⲥ ϧⲉⲛ ⲉ̀ⲫⲉⲥⲟⲥ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲉⲛ ⲥⲧⲉⲫⲁⲛⲁ ⲛⲉⲙ ⲁ̀ⲭⲁⲓ̀ⲕⲟⲥ ⲥⲧⲩⲭⲟⲥ ,ⲣ̅ⲝ̅ ⲕⲉⲫⲁ(ⲗⲉⲟⲛ) ⲕ̅ⲃ̅ ⲡⲓⲕⲟⲩϫⲓ ⲡ̅[ⲇ̅] ⲣⲱⲙⲉⲟⲥ ⲓ̅ ⲛⲓⲙⲉⲧⲙⲉⲑⲣⲉ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲡⲁⲗⲉⲁ̀ ⲓ̅ⲍ̅ ⲙ̀ⲙⲉⲧⲙⲉⲑⲣⲉ « (Epistola) ad Corinthios, scripta Ephesi, (missa) per Stephanam et Achaicum. Stichi DCCCCLX, capita XXII, parva LXXXIV, graeca X, testimonia Veteris (Testamenti) XVII testimonia ». [3] (f. 76) Ad Corinthios II, praemisso titulo ⲡⲣⲟⲥ ⲕⲟⲣⲓⲛⲑⲓⲟⲥ ⲃ̅ ⲡⲁⲩⲗⲟⲥ; des. (f. 99^{r}): ⲡⲣⲟⲥ ⲕⲟⲣⲓⲛⲑⲟⲥ ⲃ̅ ⲁⲩⲥϧⲏⲧⲥ ϧⲉⲛ ⲫⲓⲗⲓⲡⲡⲟⲓⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲑⲙⲁⲕⲉⲗⲟⲛⲓⲁ̀ ⲁⲩⲟⲩⲟⲣⲡⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲛ ⲧⲓⲧⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲗⲟⲩⲕⲁⲥ ⲥⲧⲩⲭⲟⲥ ⲭ̅ⲛ̅ⲉ̅ ⲕⲉⲫⲁⲗⲉⲟⲛ ⲓ̅ⲃ̅ ⲕⲟⲩϫⲓ ⲛ̅ ⲣⲱⲙⲉⲟⲥ ⲍ̅ ⲛⲓⲙⲉⲧⲙⲉⲑⲣⲉ ⲓ̅ⲁ̅ « (Epistola) ad Corinthios II, scripta Philippis Macedoniae, missa per Titum et Lucam. Stichi DCLV, capita XII, parva L, graeca VII, testimonia XI ». [4] (f. 99^{v}) Ad Galatas, praemisso titulo ⲡⲣⲟⲥ ⲅⲁⲗⲁⲧⲏⲥ ⲡⲁⲩⲗⲟⲥ; des. (f. 110^{v}): ⲡⲣⲟⲥ ⲅⲁⲗⲁⲧⲏⲥ ⲁⲩⲥϧⲏⲧⲥ ϧⲉⲛ ⲣⲱⲙⲏ ⲥⲧⲩⲭⲟⲥ ⲧ̅ⲓ̅ⲃ̅ ⲕⲉⲫⲁⲗⲉⲟⲛ ⲋ̅ ⲡⲓⲕⲟⲩϫⲓ ⲕ̅ⲑ̅ ⲣⲱⲙⲉⲟⲥ ⲇ̅ ⲛⲓⲙⲉⲧⲙⲉⲑⲣⲉ ⲓ̅ⲁ̅ « (Epistola) ad Galatas, scripta Romae. Stichi CCCXII, capita VI, parva XXIX, graeca IV, testimonia XI ». [5] (f. 111) Ad Ephesios, titulo praemisso ⲡⲣⲟⲥ ⲉ̀ⲫⲉⲥⲟⲥ ⲡⲁⲩⲗⲟⲥ; des. (f. 123^{v}): ⲡⲣⲟⲥ ⲉ̀ⲫⲉⲥⲟⲥ ⲁⲩⲥϧⲏⲧⲥ ϧⲉⲛ ⲣⲱⲙⲏ ⲁⲩⲟⲩⲟⲣⲡⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲛ ⲧⲩⲭⲓⲕⲟⲥ ⲥⲧⲩⲭⲟⲥ ⲧ̅ⲓ̅ⲃ̅ ⲕⲉⲫⲁⲗⲉⲟⲛ ⲋ̅ ⲕⲟⲩϫⲓ ⲗ̅ ⲣⲱⲙⲉⲟⲥ ⲅ̅ ⲛⲓⲙⲉⲧⲙⲉⲑⲣⲉ ⲋ̅ « (Epistola) ad Ephesios, scripta Romae, missa per Tychicum. Stichi CCCXII, capita VI, parva XXX, graeca III, testimonia VI ». [6] (f. 123^{v}) Ad Philippenses, titulo praemisso ⲡⲣⲟⲥ ⲫⲓⲗⲓⲡⲡⲟⲓⲥ ⲡⲁⲩⲗⲟⲥ; des. (f. 132^{v}): ⲡⲣⲟⲥ ⲫⲓⲗⲓⲡⲡⲟⲓⲥ ⲁⲩⲥϧⲏⲧⲥ ϧⲉⲛ

ⲣⲱⲙⲏ ⲁϥⲟⲩ{ⲟⲩ{ⲟⲣⲡⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲛ ⲧⲓⲙⲟⲑⲉⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲉ̀ⲡⲁⲫⲣⲟⲇⲓⲧⲟⲥ ⲥⲧⲩⲭⲟⲥ ⲤⲚⲎ ⲕⲉⲫⲁⲗⲉⲟⲛ ⲁ̅ ⲕⲟⲩϫⲓ ⲕⲁ̅ ⲣⲱⲙⲉⲟⲥ ⲅ̅ « (Epistola) ad Philippenses, scripta Romae; misit eam per Timotheum et Epaphroditum. Stichi CCLVIII, capita IV, parva XXI, graeca III ». [7] (f. 133) Ad Colossenses, praemisso titulo ⲡⲣⲟⲥ ⲕⲟⲗⲁⲥⲁⲓⲁⲥ ⲡⲁⲩⲗⲟⲥ; des. (f. 141ᵛ): ⲡⲣⲟⲥ ⲕⲟⲗⲁⲥⲁⲓⲁⲥ ⲁⲩⲥϧⲏⲧⲥ ϧⲉⲛ ⲁ̀ⲑⲏⲛⲁⲥ ⲁϥⲟⲩⲟⲣⲡⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲛ ⲧⲩⲭⲓⲕⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲟ̀ⲛⲏⲥⲓⲙⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲙⲁⲣⲕⲟⲥ ⲥⲧⲩⲭⲟⲥ ⲦⲒⲂ ⲕⲉⲫⲁⲗⲉⲟⲛ ⲋ̅ ⲕⲟⲩϫⲓ ⲕⲃ̅ ⲣⲱⲙⲉⲟⲥ ⲃ̅ « (Epistola) ad Colossenses, scripta Athenis; misit eam per Tychicum, Onesimum et Marcum. Stichi CCCXII, capita VI, parva XXII, graeca II ». [8] (f. 141ᵛ) Ad Thessalonicenses I, praemisso titulo ⲡⲣⲟⲥ ⲑⲉⲥⲥⲁⲗⲟⲛⲓⲕⲏ ⲁ̅ ⲡⲁⲩⲗⲟⲥ; des. (f. 150): ⲡⲣⲟⲥ ⲑⲉⲥⲥⲁⲗⲟⲛⲓⲕⲏ ⲁ̅ ⲁⲩⲥϧⲏⲧⲥ ϧⲉⲛ ⲁ̀ⲑⲏⲛⲁⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲛ ⲥⲓⲗⲟⲩⲁ̀ⲛⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲧⲓⲙⲟⲑⲉⲟⲥ ⲥⲧⲩⲭⲟⲥ ⲦⲒⲂ ⲕⲉⲫⲁⲗⲉⲟⲛ ⲁ̅ ⲕⲟⲩϫⲓ ⲓ̅ⲏ̅ ⲣⲱⲙⲉⲟⲥ ⲃ̅ « (Epistola) ad Thessalonicenses I, scripta Athenis, (missa) per Silvanum et Timotheum. Stichi CCCXII, capita IV, parva XVIII, graeca II ». [9] (f. 150) Ad Thessalonicenses II, praemisso titulo ⲡⲣⲟⲥ ⲑⲉⲥⲥⲁⲗⲟⲛⲓⲕⲏ ⲃ̅ ⲡⲁⲩⲗⲟⲥ; des. (f. 154ᵛ): ⲡⲣⲟⲥ ⲑⲉⲥⲥⲁⲗⲟⲛⲓⲕⲏ ⲃ̅ ⲁⲩⲥϧⲏⲧⲥ ϧⲉⲛ ⲁ̀ⲑⲏⲛⲁⲥ ⲁϥⲟⲩⲟⲣⲡⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲛ ⲥⲓⲗⲟⲩⲁ̀ⲛⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲧⲓⲙⲟⲑⲉⲟⲥ ⲥⲧⲩⲭ(ⲟⲥ) ⲣ̅ⲡ̅ⲉ̅ ⲕⲉⲫⲁⲗⲉⲟⲛ ⲅ̅ ⲕⲟⲩϫⲓ ⲏ̅ ⲣⲱⲙⲉⲟⲥ ⲁ̅ « (Epistola) ad Thessalonicenses II, scripta Athenis; misit eam per Silvanum et Timotheum. Stichi CLXXXV, capita III, parva VIII, graecum I ». [10] (f. 154ᵛ) Ad Hebraeos, praemisso titulo ⲡⲣⲟⲥ ϩⲉⲃⲣⲉⲟⲥ; des. (f. 182): ⲡⲣⲟⲥ ⲉⲃⲣⲁⲓⲟⲩⲥ ⲁⲩⲥϧⲏⲧⲥ ϧⲉⲛ ⲣⲱⲙⲏ ⲁⲩⲟⲩⲟⲣⲡⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲛ ⲧⲓⲙⲟⲑⲉⲟⲥ ⲥⲧⲩⲭⲟⲥ ⲯ̅ⲛ̅ⲉ̅ ⲕⲉⲫⲁⲗⲉⲟⲛ ⲓ̅ⲁ̅ ⲕⲟⲩϫⲓ ⲝ̅ⲁ̅ ⲣⲱⲙⲉⲟⲥ ⲋ̅ ⲛⲓⲙⲉⲧⲙⲉⲑⲣⲉ ⲗ̅ⲉ̅ « (Epistola) ad Hebraeos, scripta Romae; misit eam per Timotheum. Stichi DCCLV, capita XI, parva LXI, graeca VI, testimonia XXXV ». [11] (f. 182) Ad Timotheum I, praemisso titulo ⲡⲣⲟⲥ ⲧⲓⲙⲟⲑⲉⲟⲥ ⲁ̅ ⲡⲁⲩⲗⲟⲥ; des. (f. 191ᵛ): ⲡⲣⲟⲥ ⲧⲓⲙⲟⲑⲉⲟⲥ ⲁ̅ ⲁⲩⲥϧⲏⲧⲥ ϧⲉⲛ ⲗⲁⲟ̀ⲇⲓⲕⲓⲁ̀ ⲥⲧⲩⲭⲟⲥ ⲥ̅ⲡ̅ ⲕⲉⲫⲁⲗⲉⲟⲛ ⲋ̅ ⲕⲟⲩϫⲓ ⲕ̅ⲋ̅ ⲣⲱⲙⲉⲟⲥ ⲅ̅ « (Epistola) ad Timotheum I, scripta Laodiceae. Stichi CCLXXX, capita VI, parva XXVI, graeca III ». [12] (f. 191ᵛ) Ad Timotheum II, praemisso titulo ⲡⲣⲟⲥ ⲧⲓⲙⲟⲑⲉⲟⲛ ⲃ̅ ⲡⲁⲩⲗⲟⲥ; des. (f. 199): ⲡⲣⲟⲥ ⲧⲓⲙⲟⲑⲉⲟⲥ ⲃ̅ⳁ ⲁⲩⲥϧⲏⲧⲥ ϧⲉⲛ ⲗⲁⲟ̀ⲗⲓⲕⲓⲁ̀ ⳁⲙⲉⲧⲣⲟⲡⲟⲗⲓⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⳁⲫⲣⲓⲅⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲉⲛ ⲃⲁⲕⲁⲧⲓⲁ̀ⲛⲏⲥ ⲥⲧⲩⲭⲟⲥ ⲣ̅ⲡ̅ⲉ̅ ⲕⲉⲫⲁⲗⲉⲟⲛ ⲅ̅ ⲕⲟⲩϫⲓ ⲓ̅ⲏ̅ ⲣⲱⲙⲉⲟⲥ ⲃ̅ « (Epistola) ad Timotheum II, scripta Laodiceae, in metropoli Phrygiae Pacatianae. Stichi CLXXXV, capita III, parva XVIII, graeca II ». Georgius Horner erravit, cum voluerit pro ⲃⲁⲕⲁⲧⲓⲁⲛⲏⲥ intelligere « Cappadociam », op. laud., t. III, p. 611, necnon Angelus Mai scribens in catalogo: « missa per Vaca-

tianum (id nomen inauditum) », *Scriptorum veterum nova collectio*, t. V, part. II, p. 129. Pacatiana enim Phrygiae pars illa est, ad occidentem Bithyniae, in qua sita est Laodicea (W. Pape, *Wörterbuch der griechischen Eigennamen*, ed. 3ª, Brunsvigae, 1863-1870, p. 1106), atque citatur in nonnullis codicibus graecis, in subscriptione ep. ad Timotheum I, apud Constantinum Tischendorf, *Novum Testamentum graece*, ed. 8ª maior, t. II, Lipsiae, 1872, p. 865. Notanda est interpretatio arabica مدينة ملك افريقية من قبل واكاديانس « urbs regia Phrygiae (vel Africae, *Ifriqiyyah*) antea *Wakadianis* ». [13] (f. 199) Ad Titum, praemisso titulo ⲡⲣⲟⲥ ⲧⲓⲧⲟⲥ ⲡⲁⲩⲗⲟⲥ; des. (f. 203): ⲡⲣⲟⲥ ⲧⲓⲧⲟⲛ ⲁⲩⲥϧⲏⲧⲥ ϧⲉⲛ ⲛⲓⲕⲟⲡⲟⲗⲓⲥ ⲁϥⲉⲣⲉ̀ⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲉ̀ϯⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲙⲁⲕⲉⲇⲟⲛⲓⲁ̀ ⲥⲧⲩⲭ(ⲟⲥ) ϥ̅ⲋ̅ ⲕⲉⲫⲁⲗⲉⲟⲛ ⲃ̅ ⲕⲟⲩⲭⲓ ⲑ̅ ⲣⲱⲙⲉⲟⲥ ⲁ̅ « Ad Titum, scripta Nicopoli; fuit episcopus ecclesiae Macedoniae. Stichi XCVI, capita II, parva IX, graecum I ». [14] (f. 203) Ad Philemonem, praemisso titulo ⲡⲣⲟⲥ ⲫⲓⲗⲏⲙⲱⲛ ⲡⲁⲩⲗⲟⲥ; des. (f. 205): ⲡⲣⲟⲥ ⲫⲓⲗⲓⲙⲱⲛ ⲁⲩⲥϧⲏⲧⲥ ϧⲉⲛ ⲣⲱⲙⲏ ⲁⲩⲟⲩⲟⲣⲡⲥ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲉⲛ ⲟ̀ⲛⲏⲥⲓⲙⲟⲥ ⲥⲧⲩⲭ(ⲟⲥ) ⲙ̅ⲏ̅ ⲕⲉⲫⲁⲗⲉⲟⲛ ⲁ̅ « Ad Philemonem, scripta Romae, missa per Onesimum. Stichi XLVIII, caput I ». Sequitur, initio librarii subscriptionis, conclusio epistolarum Pauli: ⲡⲁⲩⲗⲟⲥ ⲧⲟⲩ ⲁ̀ⲅⲓⲟⲩ ⲁ̀ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲩ ⲓ̅ⲇ̅ ⲥⲧⲩⲭⲟⲥ ͵ⲉ̅ⲫ̅ⲟ̅ⲉ̅ ⲕⲉⲫⲁⲗⲉⲟⲛ ⲣ̅ⲏ̅ ⲉⲛ ⲓ̀ⲣⲏⲛⲏ ⲧⲱ ⲕ̅ⲱ̅ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « Pauli sancti apostoli (epistolae) XIV. Stichi MMMMMDLXXV, capita CVIII; in pace Domini. Amen ».

2 (f. 209) Epistolae catholicae, praemissis verbis alt. manus ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ̀ et بسم الله , primae autem manus ⲕⲁⲑⲟⲗⲓⲕⲟⲛ cum interpretatione suprascripta جامع. [1] Iacobi, praemisso titulo ⲓ̀ⲁⲕⲱⲃⲟⲥ ⲉ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ; des. (f. 218): ⲓ̀ⲁⲕⲱⲃⲟⲩ ⲉ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ. [2] (f. 218ᵛ) Petri prima, praevio titulo ⲡⲉⲧⲣⲟⲩ ⲉ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲁ̅; des. (f. 229ᵛ): ⲡⲉⲧⲣⲟⲩ ⲉ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲥⲧⲩⲭⲟⲥ ⲧ̅ⲕ̅ⲉ̅ ⲕⲉⲫⲁⲗⲉⲟⲛ ⲑ̅ ⲕⲟⲩⲭⲓ ⲛ̅ⲉ̅ « Petri epistola. Stichi CCCXXV, capita IX, parva LV ». [3] (f. 229ᵛ) Petri secunda, praevio titulo ⲡⲉⲧⲣⲟⲩ ⲉ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲃ̅; des. (f. 236ᵛ): ⲡⲉⲧⲣⲟⲩ ⲉ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲃ̅ ⲥⲧⲩⲭⲟⲥ ⲥ̅ⲕ̅ⲉ̅ ⲕⲉⲫⲁⲗⲉⲟⲛ ⲇ̅ ⲕⲟⲩⲭⲓ ⲕ̅ⲏ̅ « Petri epistula II. Stichi CCXXV, capita IV, parva XXV ». [4] (f. 237) Iohannis prima, praemisso titulo ⲓⲱⲁⲛⲛⲟⲩ ⲉ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲁ̅; des. (f. 247): ⲓⲱⲁⲛⲛⲟⲩ ⲉ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲁ̅ ⲥⲧⲩⲭⲟⲥ ⲧ̅ⲁ̅ ⲕⲉⲫⲁⲗⲉⲟⲛ ⲑ̅ ⲕⲟⲩⲭⲓ ⲙ̅ⲋ̅ « Iohannis epistola I. Stichi CCCI, capita IX, parva XLVI ». [5] (f. 247ᵛ) Iohannis secunda, praemisso titulo ⲓⲱⲁⲛⲛⲟⲩ ⲉ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲃ̅ϯ; des. (f. 248ᵛ): ⲓⲱⲁⲛⲛⲟⲩ ⲉ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲃ̅ ⲥⲧⲩⲭⲟⲥ ⲝ̅ⲉ̅ ⲕⲉⲫⲁⲗⲉⲟⲛ ⲁ̅ ⲕⲟⲩⲭⲓ ⲃ̅ « Iohannis epistola II. Stichi LXV, caput I, parva II ». [6] (f. 248ᵛ) Iohannis tertia, praevio titulo ⲓⲱⲁⲛⲛⲟⲩ ⲉ̀ⲡⲓ-

ⲥⲧⲟⲗⲏ ⲅ̅ϯ; des. (f. 250): ⲓⲱⲁⲛⲛⲟⲩ ⲉ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲅ̅ ⲥⲧⲩⲭⲟⲥ ϥ̅ ⲕⲉⲫⲁⲗⲉⲟⲛ ⲁ̅ ⲕⲟⲩϫⲓ ⲅ̅ « Iohannis epistola III. Stichi XC, caput I, parva III ». 7 (f. 250) Iudae, praemissa inscriptione ⲓⲟⲩⲇⲁⲥ ⲉ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲍ̅, i. e. septima catholicarum; des. (f. 253): ⲓⲟⲩⲇⲁⲥ ⲉ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲥⲧⲩⲭⲟⲥ ϥ̅ ⲕⲉⲫⲁⲗⲉⲟⲛ ⲃ̅ ⲕⲟⲩϫⲓ ⲍ̅ « Iudae epistola. Stichi XC, capita II, parva VII ». Sequitur subscriptio epistolarum catholicarum: ⲕⲁⲑⲟⲗⲓⲕⲟⲛ ⲉ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲍ̅ ⲉⲛ ⲓ̀ⲣⲏⲛⲏ ⲧⲱ ⲕ̅ⲱ̅ ⲁ̀ⲙⲏⲛ ⲥⲧⲩⲭⲟⲥ ͵ⲁ̅ⲩ̅ ⲕⲉⲫⲁⲗⲉⲟⲛ ⲗ̅ⲉ̅ ⲕⲟⲩϫⲓ ⲣ̅ⲡ̅ⲍ̅ « Catholicae epistolae VII. In pace Domini; amen. Stichi MCCCC, capita XXXV, parva CLXXXVII ».

3 (f. 253v) Actus apostolorum, praemisso titulo ⲡⲣⲁⲝⲓⲥ ⲧⲱⲛ ⲁ̀ⲅⲓⲟⲛ ⲁ̀ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲛ; des. (f. 350v) manu alt., sine subscriptione, cum textus primigenius (f. 339) desinat in 26, 18 ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲕⲗⲏⲣⲟⲛⲟⲙⲓⲁ.

Continetur in ff. 208-206v index codicis arabice manu alt. scriptus, qui, praevio ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ̀ بسم الله , inc.: فهرست ما تضمنه هذا الكتاب المبارك المشتمل على رسايل القديس الطاهر بولس والقتاليقون والابركسيس « Index rerum quae continentur in hoc libro benedicto, qui refertur ad epistolas sancti et puri Pauli, ad Catholicas et ad Acta »; des.: قصص اباينا الرسل القديسين في عدد ⲥ̅ⲙ̅ⲉ̅ « Historiae patrum nostrorum sanctorum apostolorum, in (folio) num. CCXLV ».

Codex, cuius folia parata sunt ad scripturam recipiendam impressa forma cum ductibus ad columellas definiendas cumque lineis inclinatis in margine ad commentarium vel alium textum recipiendum, more arabico, nihilominus longis lineis scriptus est sineque commentario marginali. Efficitur, inde a f. I, fasciculis quinque et triginta, qui sunt, ut plurimum, quiniones; duodecim tamen folia habent quartus et ultimus, undecim secundus et septimus, novem primus, octo, tertius et quintus. Nullam notam antiquam exhibent fasciculi, qui tantum in prima pagina summa signati sunt in commodum glutinatoris saec. XVIII in. 1-34, numero 13 perperam iterato in ff. 119 et 129. In ff. suppletis tamen legitur الاول « prima » in f. 28v, ثانية « secunda » in f. 29, ثالث « tertius » in f. 39. Folia signata sunt in ang. sup. ext. paginarum aversarum notis copticis rubris prima ut vid. manu in ff. 49v-158v ⲙ̅ⲁ̅ – ⲣ̅ⲛ̅, deinde atramento alt. manu in ff. 159v-163v, 169v, 172v, tandem notis rubris in ff. 164v-168v, 170v, 171v, 173v-339v. In ff. 1-18 leguntur notae nigrae ⲅ̅ – ⲕ̅ et in ff. I-13, notis cursivis, ⲃ̅ – ⲓ̅ⲉ̅, unde patet primum codicis folium periisse. Tituli arabici quandoque conspiciuntur in paginis rectis ff. 2-18 haud prima manu scripti, coptici vero diversis manibus exarati sunt in ff. 49-228 in rectis aut aversis sine, ut vid., norma.

Partis primigeniae codicis scriptura, quae suspenditur, est bonae notae, minor et gracilior in subscriptionibus, eiusdem tamen formae, ubi notandum est partem subscriptionis epistolarum ad Corinthios I et ad Philippenses, necnon totam subscriptionem ep. ad Galatas litteris transversis in marg. inf. scriptas esse, ne litteris minoribus pagina

incipiatur. Litterae maiores conspiciuntur in principio versiculorum, maximae in principio tantum epistolarum et Actuum. Minio scripta sunt tituli, tum in principio epistolarum, tum in paginis summis, duae primae lineae epistolarum ad Corinthios I (alt. man.) et II adque Galatas, littera initialis maxima tantum in aliis, prima linea capitum praeterquam in foliis suppletis, notae capitum et sectionum in margine foliorum pristinorum additae alt. man., interpunctionis signa in ff, 1-3r et in foliis suppletis, spatio in aliis ad ea recipienda vacuo relicto. Rubro quoque exarata est arabica *interpretatio* tota, quae, inter lineas, saec. XIV addita est, necnon annotationes pleraeque marginales. Tactae sunt minio litterae maiores et ⲫ, ϧ in ff. 1v-3, eaedem et litt. ϩ in foliis suppletis. Atramento tandem ac minio depictae sunt porta in summo f. 1 rotaeque octo radiorum in ff. Iv et 208v, quas comitatur inscriptio ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲩ̀ⲓⲟⲥ (f. Iv: ⲓ̅ⲩ̅ⲓ̅ⲟ̅ⲥ̅) ⲑ̅ⲉ̅ⲟ̅ⲥ̅. F. 191v phototypice edidit Eugenius Tisserant, *Specimina codicum orientalium*, Bonnae, 1914, tab. 78.

Subscriptio librarii, quam edidit Georgius Horner cum interpretatione anglica quaeque annectitur conclusioni epp. s. Pauli bohairico-arabicae, legitur bohairice solum in f. 205: ⲉ̀ϫⲉⲛ ⲧϫⲓϫ ⲙ̀ⲡⲓϩⲏⲕⲓ ⲉⲑⲃⲉ ⲛⲉϥⲛⲟⲃⲓ | ⲉⲧⲟϣ ⲡⲓⲙⲟⲛⲁⲭⲟⲥ ⲙⲓⲭⲁⲏⲗ ⲡϣⲏⲣⲓ ⲛ̀ⲁⲃⲣⲁⲁⲙ | ⲡⲓⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ϯⲃⲁⲕ̅ⲓ̅ ⲙ̀ⲙⲁⲓⲛⲟⲩϯ ⲡⲉⲙϫⲏ ϯϯϩⲟ | ⲁ̀ⲣⲓⲡⲁⲙⲉⲩ̀ⲓ ⲛⲁⲓⲟϯ ⲛⲉⲙ ⲛⲁⲥⲛⲏⲟⲩ ϣ̀ⲗⲏⲗ ⲉ̀ϫⲱⲓ ϩⲓⲛⲁ | ⲛ̀ⲧⲁϫⲓⲙⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲡⲁⲣⲣⲏⲥⲓⲁ̀ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲃⲏⲙⲁ ⲉ̀ⲧⲟⲓ ⲛ̀ϩⲟϯ | ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲁⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉ̀ϯⲥⲙⲏ ⲉⲥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲁ̀ⲙⲱⲓⲛⲓ | ϩⲁⲣⲟⲓ ⲛⲏ ⲉⲧⲥⲙⲁ-ⲣⲱⲟⲩⲧ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲁⲓⲱⲧ ⲁⲣⲓⲕⲗⲏⲣⲟⲛⲟⲙⲓⲛ | ⲛ̀ϯⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ ⲉⲧⲁⲩⲥⲉⲃⲧⲱⲧⲥ ⲛⲱⲧⲉⲛ ⲓⲥϫⲉⲛ | ⲧⲁⲣⲭⲏ ⲙ̀ⲡⲓⲥⲱⲛⲧ ⲫⲁⲓ ⲉ̀ⲥⲉ̀ϣⲱⲡⲓ ⲛⲏⲓ ⲛⲉⲙ ⲛⲏ ⲉⲧⲁⲩ|ⲙⲉⲣⲣⲉ ⲡⲉϥⲟⲩⲱⲛϩ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲁ̀ⲙⲏⲛ ⲉⲥⲉ̀ϣⲱⲡⲓ | ⲁⲓⲥϧⲏⲧϥ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲱⲧ ⲉⲧⲧⲁⲓⲏⲟⲩⲧ ⲡⲓⲡⲓⲥⲧⲟⲥ ⲉⲧⲉⲛϩⲟⲧ | ϧⲉⲛ ⲛⲓⲡⲣⲉⲥⲃⲩ-ⲧⲉⲣⲟⲥ ⲅⲉⲟⲣⲅⲓⲟⲥ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲉϥⲉϯ ⲛⲏⲓ | ⲛ̀ⲟⲩⲛⲁⲓ ϧⲉⲛ ⲛⲉϥⲧⲱⲃϩ ⲟⲩⲟϩ ⲉϥⲉⲁ̀ⲣⲉϩ ⲉⲡⲉ̀ϥⲱⲛϧ | ⲛ̀ϩⲁⲛⲙⲏⲛϣ ⲛ̀ⲣⲟⲙⲡⲓ ⲛⲉⲙ ϩⲁⲛⲥⲏⲟⲩ ⲛ̀ϩⲓⲣⲏⲛⲓⲕⲟⲛ ⲁ̀ⲙⲏⲛ | ⲛⲓⲣⲟⲙⲡⲓ ⲛ̀ⲛⲓⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ,ⲁ̅ⲟ̅ⲇ̅ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲁ̀ⲃⲟⲧ ⲑⲱⲟⲩⲧ « Manu pauperis propter multa peccata sua Michaelis, filii Abraham, monachi, ex oppido Pemğē Deum amante. Mementote, quaeso, mei, patres et fratres, orate pro me ut inveniam fiduciam in tremendo tribunali audiamque vocem dicentem: venite ad me, benedicti patris mei, possidete regnum praeparatum vobis ab initio creationis. Hoc fiat mihi et iis qui diligunt apparitionem eius (Domini). Amen. Fiat. Scripsi eum (librum) ad usum venerandi patris Georgii, fidelis inter presbyteros. Deus misereatur mei per preces illius et conservet vitam eius ad multos annos et ad tempora pacifica. Amen. Anni martyrum 1074, mense thōout (= A. D. 1357) ». Emendationes paucae in mg. scriptae sunt a librario variaeque lectiones, copticae paucae al. manu, plures vero arabicae; sed maioris momenti videntur notae arabico-copticae, ut plurimum ad grammaticam spectantes, quas manus saec. XIV pigmento rubro aliquantulum obscuriore adiecit. Initio unius ex illis notis (f. 3) nomen citatur grammatici Coptitae Ibn Kātib Qayṣar. Subscriptio illius qui folia deperdita supplevit, in f. 350v: كمل ذلك بسلام من الرب امين • | فى يوم السبت المبارك خامس [وعشري]ن شهر | برمودة المبارك سنة ,ⲁ̅ⲥ̅ⲕ̅ للشهداء | الاطهار رزقنا الرب بركتهم امين | والمجد لواهب العقل « Hoc absolutum est in pace Domini. Amen. Die sabbati benedicti vigesima quinta mensis benedicti barmūdah anni 1220 martyrum purorum (20 aprilis 1504 an. D.). Dominus largiatur benedictionem eorum. Amen. Gloria datori intellectus ». Manu illius, qui indicem ff. 258-206v composuit, scriptum est in f. Iv: فهرست ما تضمنه الكتاب المبارك | فى وسطه فى ورقة مائتى على ما ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ̈

شرح « Cum Deo. Index illorum quae continet liber benedictus in medio, in folio CC, cum aperitur (liber) ». F. 351ᵛ, precatio magna ex parte a tineis consumpta: اذكر يا رب ع[بدك الحق]ير فى جنس البشر | ....بدعه [...]ن شماسا وخادما | لبيعة الملاك الحميد ميخائيل بالثغر الاسكندرية المحروس | الذى جلد ه[ذا كتا]ب الرسايل وامح ذنوبه | واصفح عن...واكتب اسمه فى سفر الحياة | هو ووالده وسائر المعمود[ين] ا[مي]ن وامين [والسبح لله] « Memento, Domine, servi tui, humilis progenie ... diaconi et ministri ecclesiae gloriosi angeli Michahelis in urbe ad confinia hostium Alexandriae custoditae, qui cooperuit hunc librum epistolarum; dele ergo peccata eius et ignosce culpas eius, scribeque nomen eius in libro vitae, (nomen) eius, patris eius et omnium baptizatorum. Amen et amen. [Laus Deo] ». F. I, in quo scripta est notula arabica duarum linearum ad interpretationem loci ep. ad Romanos pertinens, postea exarata sunt testimonia de codice: *Portato da me Girolamo Vecchietti da Egitto l'Anno 1591* | *Le Epistole di san Paulo* (sic) | *le epistole canoniche* | *gli atti degli Apostoli;* deinde eiusdem manus in summa pagina: *Di Girolamo Vecchietti,* cui additum est atramento nigriore *et poi* manu quae scripsit infra: *Dall'Ill*(ustrissi)*mo Sig*(nor)e *Ca*(rdina)*le san Giorgio.* Manu Alexandri Rainaldi, praefecti Bibliothecae: *Jo*(hannes) *Bap*(tis)*ta Raimundus bibliothecae Vaticanae* | *dono dedit ex Testamento anno 1614.* Antiquae notae codicis *8* cancell. et *Vat. 5.* Sigillum Hieronymi Vecchietti sine atramento impressum conspicitur semel in f. I, bis in f. 1. Ff. 205ᵛ, 206ʳ, 351ʳ vacua.

Integumentum e corio rubro stellam et trimontium gentis Albani, i. e. Clementis XI auro impressa exhibet ac notam codicis *J4,* (sic) num. *4* super *3* impresso.

15 (olim 7). Saec. XIV et XVII (f. 1), chart., mm. 330 × 244, ff. I, 59, linn. 24.

Apocalypsis s. Iohannis bohairice et arabice. Textum copticum contulit Georgius Horner, codicem (C) accurate enarrans, *The Coptic Version of the New Testament in the northern dialect,* t. III, Oxonii, 1905, p. LIX. Primo folio deperdito saeculoque XVI suppleto, titulus alt. manus est (f. 1): **ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ̀** بسم الله et: **†ⲁ̀ⲡⲟⲕⲁⲗⲩⲙⲯⲓⲥ ⲉ̀ⲧⲁϥⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲣⲟⲥ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲥⲧⲏⲥ** الرويا التى راها القديس يوحنا الانجيلى « Apocalypsis quam vidit s. Iohannes evangelista ». Textus primigenius inc. (f. 2) in 1, 7; des. (f. 59ᵛ) sola subscriptione coptica: **ⲁ̀ⲡⲟⲕⲁⲗⲩⲙⲯⲓⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲟⲩ ⲑⲉⲟ̀ⲗⲟⲅⲟⲩ ⲉ̀ⲛ ⲓⲣⲏⲛⲏ ⲧⲟⲩ ⲕ̅ⲉ̅** (sic) **ⲁ̀ⲙⲏⲛ ⲥⲧⲩϫ(ⲟⲥ) ,ⲁ̅ⲱ̅** « Apocalypsis Iohannis theologi. In pace Domini. Amen. Stichi MDCCC ».

Additus est (f. 59ᵛ) prima, ut vid., manu vel saltem coaeva ordo brevis divini officii in maiore hebdomada arabice, inc.: ترتيب حد الشعانين اول رفع البخور توحر صلاة باكر... « Ordo dominicae palmarum. Primum thus fertur, dum absolvitur precatio matutina ... »; des.: ويقال كا ايبار تو اواسطاديتا

ويكمل الصلاة بالواشي العادة « et dicitur καὶ ὑπὲρ τοῦ ιcθατητε (?) et absolvitur precatio orationibus (εὐχή) consuetis ». Codicem transcripsit Raphael Tuki in cod. Borgiano 67.

Folia, quibus efficitur codex, binis columnis exarata, e quodam ampliori libro avulsa sunt, ut aperte manifestant notae fasciculorum et foliorum. Habemus enim, praeter f. suppletum, folia ultima tria fasciculi vigesimi sexti, quiniones quinque signatos ⲕ̅ⲍ̅ – ⲗ̅ⲁ̅, et folia prima quinque fasciculi trigesimi secundi. Folia vero non sunt numerata a librario, sed notas syriacas exhibent, in paginis rectis, inversas atramentoque pallido scriptas ܩܡܚ – ܩܨܕ (148-194). Scriptura, quae suspenditur lineis forma impressis in charta, persimilis est, ut advertit Georgius Horner, scripturae cod. Vat. 12, cuius videsis enarrationem, nec dubium videtur quin idem utriusque codicis librarius sit. Subscriptio in f. 59ᵛ litteris rotundis grandioribus et crassioribus exarata est. F. 1, quod saec. XVII vid. suppletum, fasciam exhibet atramento delineatam minioque tactam, initialem litteram maximam, minio pictam, quae per maximam marginis interni longitudinem protrahitur, primam lineam litteris altioribus scriptam. Variae lectiones additae sunt a librario f. 48, ab altera manu f. 27; menda correcta f. 32 alt. manu. Codex, qui describitur sub num. XXXIV inter codices decreto S. Congregationis de propaganda fide 20 novembris 1723 in Vaticanam bibliothecam illatos (*Bibliotheca Orientalis Clementino-Vaticana*, t. III, pars I, Romae, 1725, p. 643) nullam memoriam huius translationis continet. Antiqua nota *7* in summo f. I, *N°. 15* in marg. sup. f. 1. F. Iᵛ vac.

Integumentum e corio rubro constans ornamenta exhibet auro impressa, notam *15* ac scuta Pii VI et Francisci Xaverii de Zelada card. bibliothecarii.

16 (olim 11). An. 1345 (Mart. 1061, cf. f. 103), chart., mm. 208 × 155, ff. III, 106, linn. 20.

1 (f. 1) Apocalypsis s. Iohannis bohairice et arabice. Codicem breviter recensuit sub num. 7 Athanasius Kircher, titulum et partem subscriptionis arabicae referens, *Prodromus coptus*, Romae, 1636, pp. 192 sq.; hunc citavit David Wilkins eadem verba arabica transcribens, et quidem e *Prodromo*, ut manifestatur tum num. 7, tum errore communi عشرين pro عشر, interpretationem tamen latinam rescribens, *Novum Testamentum Aegyptium*, Oxonii, 1716, p. IX; fusius tandem codicem enarravit Georgius Horner, qui textus coptici (D) lectiones varias collegit et edidit, *The Coptic version of the New Testament in the northern dialect*, t. III, Oxonii, 1905, pp. LIX-LXI. Titulo arabico praemisso سفر الابوغالمسيس القدس (sic) « liber Apocalypseos sanctae », inc., post invocationem ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ̀ بسم الله : ⳾ⲁ̀ⲡⲟⲅⲁⲗⲩⲙⲯⲓⲥ ⲧⲟⲩ ⲁ̀ⲅⲓⲟⲩ ⲓⲱⲁⲛⲛⲟⲩ ⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲥⲧⲟⲩ et رويا القديس يوحنا الانجيلي « Visio sancti Iohannis evan-

gelistae ». Des. (f. 97) sine subscriptione. Librarius, qui iuxta praecepta artis criticae laboravit, paucas voces in margine emendavit atramento, praemisso verbo اصل « exemplar originale », copticas scil. (ff. 19, 57ᵛ, 67ᵛ, 68, 77ᵛ, 78ᵛ, 82ᵛ, 88) et arabicas (ff. 63, 71, 77ᵛ, 78ᵛ, 88); nullo verbo praemisso, arabicas (ff. 78ᵛ, 81ᵛ, 86, 86ᵛ) et copticam (f. 87); addito verbo صح « iustum est », arabicas tantum (ff. 49ᵛ, 51). Varias lectiones librarius exaravit minio et quidem multas, tum ex aliis codicibus coptice vel arabice, praemissa littera خ (نسخة « exemplar ») tum e textu sahidico arabice reddito, praemissa littera ص (صعيدي « sahidicus »). Semel tantum notavimus lectionem e sahidico coptice scriptam (f. 94). Verba ليس في بعض النسخ « deest in quibusdam exemplaribus », quae saepius ad arabicam interpretationem pertinent, quandoque tamen ad textum copticum referuntur. Praeterea conspiciuntur in margine, item prima manu scripta, monita illa liturgica de quibus satis disseruit Georgius Horner, op. laud., pp. LXVI-LXVIII; primum in codice habetur (f. 6) ad 1, 20: ⲟⲩ(ⲱϩⲉⲙ) ⲏⲭ(ⲟⲥ) ⲅ̅ ϩⲱⲃ ⲛⲁⲓ ⲛⲉ ⲛⲏ ⲉ̀ⲧⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ ⲕⲩⲣⲓ ⲡⲁ̅ⲟ̅ⲥ̅ « Respons. in tono: " tres res ": Haec sunt quae dicit Dominus, Dominus »; ultimum (f. 91ᵛ) ad 21, 21: ⲟⲩⲱ(ϩⲉⲙ) ⲉ̀ϣⲱⲡ ⲛ̀ⲑⲟⲕ ⲑⲃⲁⲕⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲛⲓϣϯ ⲛ̀ⲟⲩⲣⲟ ⲏⲭ(ⲟⲥ) ⲉ̀ϣⲱⲡ ⲛ̀ⲑⲟⲕ. « Respons.: " quando tu, civitas magni regis "; in tono: " quando tu " ». F. 90, ante fundamentorum enumerationem Apoc. 21, 19 inseruntur verba de visione: ⲁⲛⲟⲕ ⲁⲓⲛⲁⲩ... ⲉⲑⲙⲉⲓ ⲙ̀ⲙⲟϥ (Horner, op. laud., p. LXVIII), praemisso monito arabico: ثم يرتل البطريرك هكذا باللحن او الاسقف او الكاهن وان وقع الاختيار على الشماس فليقل « deinde patriarcha sic cantat in tropario — vel episcopus, vel presbyter, vel diaconus si eligatur — et dicet »; textum sequitur monitum ad populum: فيجاوبه الشعب بما قاله هو بهذا اللحن الواحد بعينه « respondeat populus verbis quae dixit, in hoc tropario: " Unicus in sua essentia " ».

2 (f. 98) Benedictio ante lectionem Apocalypseos legenda, bohairice et arabice, cui titulus imponitur ⲡⲓⲥⲙⲟⲩ ⲉ̀ⲧⲟⲩⲱϣ ⲙ̀ⲙⲟϥ ϧⲉⲛ ⲧⲁⲣⲭⲏ ⲙ̀ⲡⲓϫⲱⲙ البركة المقروة في بدع السفر « benedictio lecta in principio libri »; inc.: ⲥⲙⲟⲩ ⲉ̀ⲣⲟⲓ ⲓⲥ ϯⲙⲉⲧⲁⲛⲟⲓⲁ̀ ⲭⲱ ⲛⲏⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ· ⲛⲁⲥⲛⲏⲟⲩ ⲛⲉⲙ ⲛⲁϣⲏⲣⲓ· ⲧⲱⲃϩ ⲉ̀ϫⲱⲓ ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲁ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ϯⲡⲓⲕⲁϯ ⲛⲏⲓ et باركوا علي هذه مطانية اغفروا لي يا اخوتي وابنائي صلوا علي لكي السيد يسوع يهبني فهما « Benedicite mihi, ecce paenitentiam, dimittite mihi, fratres et filii, orate pro me, ut Dominus Iesus det mihi intellectum »; des. (f. 102): ⲉ̀ⲣⲉ ϯϩⲓ-

ⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫϯ· ⲕⲱϯ ⲉ̀ⲣⲟⲛ ⲛ̀ⲥⲁⲥⲁ ⲛ̀ⲣⲏϯ ⲛⲓⲃⲉⲛ. ⲁ̀ϫⲟⲥ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛⲉⲙⲏⲓ ⲛⲁϣⲏⲣⲓ ⲛⲉⲙ ⲛⲁⲥⲛⲏⲟⲩ ϩⲓⲟⲩⲥⲟⲡ ϫⲉ ⲁ̀ⲙⲏⲛ ⲉⲥⲉ̀ϣⲱⲡⲓ et سلام الله يحوط بنا من كل جهة قولوا كلكم معى يا اولادى واخوتى امين يكون « Pax Dei circumdet nos ex omni parte. Dicite omnes mecum, filii mei et fratres mei simul (om. arab.). Amen. Fiat ».

Codex, in quo spatium ad scripturam recipiendam forma definitum est in charta impressa, undecim quinionibus efficitur, novissimo folio tantum ultimi fasciculi deperdito. Fasciculi signati sunt litteris copticis in ang. sup. int. primae et ultimae paginae, folia vero notas exhibent in ang. sup. ext. paginarum aversarum, necnon paginarum rectarum primi folii singulorum fasciculorum. Folium primum et alia folia vacua notis carent. Inscriptio in paginis extremis fasciculorum est: ⲓ̅ⲩ̅ ⲭ̅ⲩ̅ in p. ult. et ⲩ̅ⲥ̅ ⲑ̅ⲥ̅ in p. prima, praeterquam f. 98: ⲩ̅ⲥ̅ ⲑ̅ⲩ̅; ornamentum inter utramque inscriptionum partem idem est continuo. Scriptura, quae suspenditur, nitida est et elegans, gracilior tantum in verbis ante nomina fundamentorum.in 21, 19 insertis, in notis paginarum et fasciculorum, in monitis liturgicis marginalibus, in subscriptione. Litterae grandiores et crassiores in prima linea benedictionis (f. 98). Minio scripta sunt, praeter notas marginales, de quibus diximus, numeri et duae primae lineae sectionum, monita liturgica et populi responsa in 21, 19, titulus benedictionis, quaedam verba in monitionibus liturgicis marginalibus; litterae maximae quaedam atramento exaratae sunt; interpunctionis signa rubra puncto nigro sunt maculata. Minio tacta sunt litterae grandiores in principio versiculorum, litterae ⲫ et ϧ, lineolae quae notas numericas et compendia distinguunt, ornamenta in summis marginibus paginarum externarum fasciculorum. Pigmento caeruleo exaratae sunt lineae 3-6 et 11-13 in f. 1, 15-17 in f. 1^{v}; tacta vero interpunctionis signa deaurata in ff. $1\text{-}3^{r}$. Litterae linearum 2, 7-10 in f. 1, 16 in f. 1^{v} deauratae, pigmento caeruleo tactis litteris initiali praegrandi et o in voce **ϯⲁⲡⲟⲕⲁⲗⲩⲙⲯⲓⲥ**. Fascia, quae titulum arabicum portat in f. 1, et ornamentum circulis et foliis effectum more arabico in f. III^{v}, aurum exhibent caeruleo colore et coccineo contectum. Ff. 29^{v} et 30^{r} phototypice edidit H. Hyvernat, *Album*, tab. LIII.

Subscriptio librarii, arabice et coptice in f. 102^{v}, arabice tantum prosequitur in f. 103, ut recte cognoverunt antiqui nostri, inde ab Athanasio Kircher, dum erravit Georgius Horner, loc. laud., p. LX, qui inscriptionem f. 103 iunxit ad titulum arabicum donationis, postea in imo f. 102^{v} appositum de quo infra, inc.: كمل ذلك « hoc absolutum est », deinde: **ⲁⲓⲥϧⲏⲧϥ ϧⲉⲛ ⲧⲁϫⲓϫ. | ⲡⲓⲥϧⲁⲓ ⲉϥⲉⲣⲙⲉⲑⲣⲉ ⲛⲏⲓ. | ϫⲉ ⲉⲓⲉ̀ⲭⲁϥ ⲛ̀ⲟⲩⲉ̀ϩⲟⲟⲩ. | ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲁϣⲉ ⲛⲏⲓ. | ⲱ̀ ⲫⲏ ⲉⲧϣⲟⲡ ϧⲉⲛ ϯⲁⲩⲗⲏ. | ⲙ̀ⲡⲉⲣⲉⲣⲡⲱⲃϣ ⲛ̀ⲧⲉⲕϣⲉ ⲛ̀|ⲣⲁⲥϯ. ϫⲉ ⲛⲏ ⲉⲧϣⲟⲡ ϧⲉⲛ | ϯⲁⲩⲗⲏ· ⲥⲉⲛⲁⲟⲩⲱ̀ⲧⲉⲃ | ϩⲱϯ** et كتبته بيدى | والخط يشهد لى | انه ساتركه | يوما وارتحل يا ساكن الدار | لا تنسى الرحيل | اغدا فكل ساكن | دار سوف يرتحل deinde (f. 103): انتجز بعون الله تعالى وتائيده سفر ابوغالمسيس | المقدس الذى هو رويا القديس يوحنا الانجيلى الرب | يرحمنا ببركاته امين فى يوم الجمعة الخامس عشر | من شهر برمهات سنة احدى وستين والف | للشهداء الاطهار وهو الاسبوع السادس من الصوم | المقدس اعاد الله من بركاته ⊙ علقه لنفسه ولمن | يشا الله تعالى من بعده العبد الحقير المسكين | العاجز التراب الغير

مثمر الموعب من ساير الرذايل | العارى من جميع الفضايل الخاطى اكثر من كل البشر | يوحنا بن ابو المنا بن القدّيس وهو يسال محبة | السادات القاريين فيه او الناظرين اليه ان يتجاوزوا | عن غاطه ويصلحوا نقيصته بكمالهم فاننى جسرت وتقلدت | ما لم اعلم وتذممت ما لم ادرى والرب الاله يعوضهم | عما يتفوهون به من الصلاح بيروشليم السمائية والتملى | بالخيرات الابدية السرمدية بطلبات الشهداء والقديسين امين | والسبح لله دايما ابدا « Scripsi manu mea, (ar.: et) scriptum reddet mihi testimonium, quia relinquam illud quadam die et abibo. O tu qui es (arab.: manes) in domo (αὐλή), ne obliviscaris te cras esse abiturum; qui enim sunt (ar.: omnis manens) in domo, abeant oportet. (F. 103) Absolutus est ope Dei, exaltetur! auxilioque eius liber sanctae Apocalypseos, quae est visio sancti Iohannis evangelistae, Deus misereatur nostri per eius benedictionem! Amen. Feria sexta, die decimo quinto mensis barmahāt anni 1061 martyrum purorum (11 mart. 1345 A. D.), qui est in hebdomada sexta sancti ieiunii, renovet Deus benedictiones eius! Incubuit in hunc (librum) pro seipso, et pro eo quem voluerit Deus, exaltetur! post eum, servus pauper et humilis, impotens, pulvis infructuosus, omni scelere impurus, virtutum omnium expers, omnium hominum vitiosissimus Iohannes filius Abū 'l-Manā, filii al-Qiddīs, qui rogat caritatem dominorum legentium in hoc (libro) vel respicientium ad eum ut se avertant ab erroribus eius et corrigant vitia eius perfectione sua. Aggressus sum enim et conatus sum quod nesciebam et in vituperationem cecidi in hoc quod nescivi; Dominus autem Deus mercedem dabit illis pro correctione enunciata in Jerusalem caelesti, plenitudinem bonorum aeternorum et perpetuorum per precationes martyrum et sanctorum. Amen. Gloria autem Deo semper in aeternum ». F. 102^{v} titulus alienationis: انتقل هذا الكتاب المبارك المتضمن سفر الابوغالمسيس المقدس | من ملك مالكه المذكور فى الصفحه الاخرى الى ملك الشيخ | الرئيس امين الملك ولد الشيخ الرئيس الاكرم بو الكرم فسح الله | فى مديه وقبض المملوك مسطرة الثمن وهذا خطى شاهدا علىّ « Hic benedictus liber continens librum Apocalypseos translatus est e possessione sui possessoris in ultima pagina (i. e. in f. 103^{r}) nominati in possessionem principis ducis Amūn al-Mulk filii principis ducis excellentis Abū 'l-Karam, cuius Deus proferat finem! Accepit servus pretium definitum. Hoc scriptum meum testis adversus me ». F. I manu Hieronymi Vecchietti: *Por*[ta]*to da me Girolamo vecchietti da egitto l'Anno 1594* | *l'Apocalipsi;* in summa pagina vestigia pauca lineae erasae; litteris alt. manu: *dell'I*(llustri)*ss*(i)*mo sig*(n)*o*(r) *Ca*(rdina)*le san Giorgio*; manu Alexandri Rainaldi: *Jo*(hannes) *Bap*(tis)*ta Raimundus bibliothecae* | *Vaticanae dono dedit ex testamento* | *Anno 1614.* F. 106: *Apocalypsis Arabico-coptica.* Sigillum Hieronymi Vecchietti conspicitur pigmento purpureo impressum f. I^{v}, sine pigmento semel in ff. II. 103, ter in f. 1. Sigillum bibliothecae Nationalis Parisiensis in ff. 1. 103. Folio custodiae posteriori nunc agglutinata est charta vestigia exhibens contraria eiusdem sigilli prout apparet in f. 1; unde liquet hanc chartam olim, puta quo tempore Parisiis detinebatur codex, positam fuisse inter ff. III^{v} et 1. Antiquae notae codicis in f. I: *10* cancell. *Num. 11. vet.*, *XVI nov.*. Ff. I^{v}-III^{r}, 97^{v}, 103^{v}, 106^{v} vac.

Integumentum, e corio rubro, praebet in dorso inscripta notam *16* et titulum *Apocal.* | *s. Ioan.* Apparent in f. I operculi antiqui vestigia, quorum lineae praecipuae stellam sex radiorum efficiunt.

17 (olim 12). An. 1288 (= an. Mart. 1004, cf. f. 131v), chart., mm. 255 × 175, ff. VII, 131, linn. 18.

M i s s a l e seu Ⲉὐχολόγιον ad usum presbyteri, bohairice et arabice. Hoc primum typis vulgavit Raphael Tuki additis verbis a diacono populoque proferendis, in liturgicum coptitarum catholicorum usum, nec semper ad fidem codicum, cum Iacobitarum nomina in diptychis omiserit et verbum « Filioque » in fidei symbolo adiecerit. Operis eius titulus est: **ⲡⲓϫⲱⲙ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓϣⲟⲙⲧ ⲛ̀ⲁⲛⲁⲫⲟⲣⲁ**... « Liber trium anaphorarum... » [Romae] 1736. Editio haec et altera, Cahirensis nempe an. 1898, item pro catholicis, **ⲉⲩⲭⲟⲗⲟⲅⲓⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ ⲛ̀ⲁⲗⲉⲝⲁⲛⲇⲣⲓⲛⲏ**, arabice: خولاجى الكنيسة الاسكندرية praeter anaphoras tres ordinemque communem, exhibent, licet non eodem ordine, liturgiam thurificationis matutinae, versiculos ad Evangelii processionem canendos, diaconorum officium coram patriarcha vel episcopo canonesque per annum. Cahirensium in usum Iacobitarum editionum prior quae auctore Philotheo hegumeno prodiit an. 1887, verba continet tantum a presbytero dicenda; integra autem est editio posterior a Claudio Labib, a. 1904 curata. Tres liturgias Victor Šalaḥ primus latino idiomate reddidit e duobus codicibus, uno bilingui Scaligeriano, altero integriore tunc Gabrielis Negib, non copticum sed arabicum textum interpretatus, *Liturgiae s. Basilii Magni, s. Gregorii Theologi, s. Cyrilli Alexandrini ex arabico conversae*, Augustae Vindelicorum, 1604. Easdem postea e coptica lingua latine interpretatus est atque commentatus Eusebius Renaudot e codice Parisino bibliothecae Nationalis coptico 26, in suo opere *Liturgiarum orientalium collectio*, t. I, Parisiis, 1716, pp. LXXX-CXII, 1-52, 169-322; cf. L. Delaporte, *Catalogue sommaire des manuscrits coptes de la Bibliothèque Nationale*, in ephemeride *Revue de l'Orient chrétien*, t. XVI (1911), pp. 88 sq., sub n. 65. Ordinem communem liturgiae cum anaphora s. Basilii in anglica interpretatione vulgavit Iohannes marchio Butensis illis tantum partibus coptice additis quae clara voce dicuntur, *The coptic morning service for the Lord's day*, Londini, 1882. Aliis tandem translationibus omissis, satis sit referre gallicam illam auctore Macario, patriarchatus Alexandrini administratore apostolico, quam typis mandare curavit Paulus Renaudin, *La Messe copte*, in ephemeride *Revue de l'Orient chrétien*, t. IV (1899), pp. 14-43, necnon anglicam interpretationem ordinis communis cum anaphora s. Cyrilli e cod. Bodleianae bibliothecae Hungtinton 360, apud F. E. Brightman, *Liturgies eastern and western*, t. I, *Eastern liturgies*, Oxonii, 1896, pp. 144-193. De ordine Missae v. L. Villecourt, *Les observances litur-*

giques de l'église copte, in ephemeride *Le Muséon*, 1923, pp. 285-290; 1924, pp. 244-280; de Anaphora s. Basilii, v. H. Engberding, *Das Eucharistische Hochgebet der Basileiosliturgie* (*Theologie des christlichen Ostens*. Texte und Untersuchungen herausgegeben von der Benediktinerabtei Sankt Joseph Coesfeld, I), Monasterii Guestfalorum, 1931, pp. XXXV, XXXVI, LXXIII-LXXIX.

Prae ceteris citamus opus Eusebii Renaudot (R), tum quia codex unde desumpta est translatio eius latina, ad textum quod spectat, codici nostro Vat. 17 valde videtur affinis, tum quia haec ipsa translatio magis accomodata est lectoribus in lingua coptica minus versatis. Quae codici propria sunt, missis quae leviter tantum discrepant, hic subiicimus.

1 (ff. 2-65) Liturgia s. Basilii. [1] (ff. 2-32) Ordo communis, seu preces ante Anaphoram (R. pp. 1-13) sub titulo: ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ ⲟⲩⲉⲩⲭⲏ ⲉⲡϫⲓⲛⲥⲟⲃϯ ⲙⲡⲓⲙⲁ ⲛⲉⲣϣⲱⲟⲩϣⲓ صلاة من اجل استعداد الهيكل «Cum Deo. Oratio praeparationis altaris»; f. 6v, ante «Ea propter», om. «Diac.: Orate...» (R. p. 2); item in sqq. saepe om. partes diaconi; f. 9v, ante ϯⲙⲉⲧⲣⲉⲙϩⲉ «Absolutio» om. rubricas: «Tunc operiet...» (R. p. 3), item passim in sqq. notas liturgicas quas habet R. et de quibus ipse, p. 175: «Pauci (codices) adiunctas habent rubricas seu breves rituum leges: quae in antiquis prope omnibus desunt»; f. 12v, in Absolutione, post s. Marcum evangelistam nominantur Severus, Cyrillus, Gregorius, Basilius, trecenti decem et octo Nicaeni, centum quinquaginta Constantinopolitani, ducenti Ephesini, Archiepiscopus Abba N. eiusque in ministerio consors episcopus Abba N.; f. 18, Oratio Actuum Apostolorum (R. p. 7) inscribitur coptice et arabice: «Oratio incensi»; f. 21, in Oratione post Evangelium, om. quae dicenda tempore Nili exundationis (R. p. 8); f. 21v, post «Memento Domine servi tui regis terrae» (R. p. 9) addit invocationes pro captivis et pro afflictis quae ap. R. (p. 9) post invocationem pro offerentibus occurrunt; ff. 24-28 Orationes pro pace, pro patriarcha (Rursus precamur; Memento; Super altare, R. pp. 10-11), pro congregatione (R. p. 11) titulis destituuntur ibique memoratur patriarcha non autem eius in ministerio consors episcopus; f. 28v, omissa Oratione pro ecclesia diebus ieiunii etc. (R. p. 11, 12), post rubricam «Populus dicit fidem orthodoxam» transit ad Orationem osculi pacis ad Patrem (Deus magne; Superant, R. pp. 12, 13) et omissa Oratione pacis Iacobi Apostoli (R. p. 13, cf. infra f. 129), des. f. 32: ⲁⲥⲡⲁⲍⲉⲥⲑⲉ ⲁⲗⲗⲏⲗⲟⲩⲥ ⲙ̀ ⲫⲩⲗⲩⲙⲁⲧⲓ ⲁ̀ⲅⲓⲟⲛ; [2] (ff. 32v-65) Anaphora s. Basilii (R. pp. 13-25); praemittitur titulus: ϯⲁ̀ⲛⲁⲫⲟⲣⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲃⲁⲥⲓⲗⲓⲟⲥ ⲫⲓⲱⲧ قداس القديس باسيليوس للاب «Anaphora s. Basilii

ad Patrem ». Iterum om. passim rubricas quae ap. R. leguntur, quandoque etiam responsa populi; f. 42, in Oratione pro omnibus et ad omnia, post « archiepiscopi Papae Abba N. » (R. p. 16), add. « eiusque in ministerio consortis episcopi Abba N. »; f. 43, om. orationes dicendas tempore exundationis Nili et sementis (R. p. 17); f. 44ᵛ, post verba « Nunc Domine... sanctorum tuorum » (R. p. 18), add. monitum diaconi de legendis nominibus patriarcharum defunctorum et prosequitur (f. 45): « memento Domine sanctorum tuorum qui tibi placuerunt » (R. p. 18); f. 45ᵛ, in commemoratione sanctorum, post Marcum evangelistam memorantur soli Severus, Cyrillus, Basilius, Gregorius, Antonius, tres Macarii, missis nempe Dioscoro, Chrysostomo, etc. (R. p. 18); f. 46ᵛ, ante Orationem pro omnibus defunctis « Memento etiam Domine » (R. p. 18), habet rubricam: **ⲉⲡⲓⲕⲗⲏⲥⲓⲥ** (cf. Tuki, p. ⲣⲕⲉ̅); f. 58, l. 3, in fine Orationis absolutionis ad Patrem, missa prima parte commemorationis vivorum et mortuorum « Memento, Domine, pacis... infirmitatem meam » (R. pp. 22, 23), prosequitur: « ab omni peccato » (R. p. 23, l. 5); f. 59, verbis « Corpus sanctum et sanguis pretiosus », missis rubricis « Ubi diaconus dixerit » etc. (R. p. 23), praemittit titulum **ϯⲟ̀ⲙⲟⲗⲟⲅⲓⲁ̀**; ibid. post verba « Filii Dei nostri. Amen », add. **ⲁⲅⲓⲟⲛ ⲧⲓⲙⲓⲟⲛ... ⲧⲟⲩ ⲑ̅ⲩ̅ ⲏ̇ⲙⲱⲛ ⲁⲙⲏⲛ** ut ap. Tuki, p. ⲣ̅ⲛ̅ⲍ̅; f. 60ᵛ, Confessionem (des. « in rei veritate ita esse », R. p. 24) statim sequitur Oratio gratiarum « Ora nostra » (R. p. 24); f. 62, Oratio benedictionis, discrepans ab Oratione « O Domine » (R. p. 25), legitur paucis mutatis ap. Tuki (p. ⲣ̅ⲟ̅ⲅ̅): **ϯⲡⲁⲛⲁⲅⲓⲁ ⲧⲣⲓⲁⲥ** (cf. Bute, op. laud., p. 114, n. 1), ibique nominantur B. M. Virgo, tria luminaria Michael, Gabriel, Raphael, quattuor animalia incorporea, viginti quattuor senes, Ioh. Baptista, centum quadraginta quattuor millia (Innocentium), Apostoli, tres pueri, Stephanus, Georgius, Theodorus, Mercurius, Menas, chorus Martyrum, Antonius, tres Macarii, Iohannes, Pišoi, chorus Staurophororum, angelus huius diei.

2 (ff. 66-103) L i t u r g i a s. G r e g o r i i, sub titulo generali: **ⲁ̀ⲛⲁⲫⲟⲣⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲅⲣⲏⲅⲟⲣⲓⲟⲥ** « Anaphora s. Gregorii ». [1] (ff. 66-70ᵛ) O r d o c o m m u n i s seu preces ante Anaphoram (R. pp. 26-27). F. 68, Oratio osculi pacis « Aeterne Fili » inscribitur: **ⲟⲩⲉⲩⲭⲏ ⲛ̀ⲁⲥⲡⲁⲥⲙⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟ(ⲥ) ⲅⲣⲏⲅⲱⲣⲓⲟⲥ ⲩ̅ⲥ̅**, arab.: صلاة الصلح للقديس اغريغوريس atque omittitur Oratio « Christe Deus noster » (R. p. 27); [2] (ff. 70ᵛ-103) A n a p h o r a s. G r e g o r i i (R. pp. 27-38); praemittitur titulus: **ϯⲁ̀ⲛⲁⲫⲟⲣⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲅⲣⲏⲅⲱⲣⲓⲟⲥ** قداس القديس غريغوريس « Anaphora

s. Gregorii ». F. 84, verbis « Et hunc quidem panem » (R. p. 31), praemittit « sacerdos hic clamat »; f. 86, in Oratione pro omnibus et ad omnia, om. « et Patris nostri Episcopi Abba N. » et f. 86^v « Hegumenorum » (R. p. 32); f. 88^v, om. « Dignare Domine... fruges terrae » (R. p. 33); f. 89, post verba ⲕⲁⲧⲁ ⲛⲟⲩϣⲓ « secundum mensuram eorum », monet rubrica arabica reliqua desumenda esse ex Liturgia s. Basilii (cf. R. p. 33 et 17; habentur in codice Vat. copto 17, f. 43, l. 5); f. 91, in commemoratione sanctorum (R. pp. 33, 34), post Marcum evangelistam recensentur soli Cyrillus, Basilius, Gregorius, Antonius, tres Macarii, chorus omnis Sanctorum; f. 99, nota arabica monet Absolutionem et Confessionem dicendas esse ut in Liturgia s. Basilii; habentur autem in codice ff. 56 et sqq.; ff. 99^v-103, leguntur Oratio gratiarum « Gratias agimus Tibi, Pater » (R. p. 38) et Oratio inclinationis « Qui est » (R. p. 37); in hac autem, pro « et quattuor lucidorum... usque in saeculum. Amen » (R. pp. 37, 38), habet tantum (f. 103): « et preces Archangelorum et chororum Martyrum et Staurophororum; sit eorum benedictio et eorum gratia et eorum auxilium nobiscum. Amen ».

3 (ff. 104-125^v) Liturgia s. Cyrilli, initio mutila. Incipit media in Oratione pro vivis: ϫⲓⲛⲑⲱⲟⲩⲧ] ⲉ̀ϧⲟⲩⲛ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲗⲁⲟⲥ « omni congregatione populorum » (R. p. 45, l. 16); f. 117^v, nota arabica monet reliqua prooemii legenda esse ex liturgia s. Basilii; habentur f. 48; f. 121^v, Oratio post Pater Noster « Libera nos » legitur ut ap. Tuki (p. ⲧ̅ⲗ̅ⲉ̅), non autem ut ap. R. p. 50, « Rogamus Te » (Tuki, p. ⲧ̅ⲗ̅ⲅ̅); desinit Liturgia s. Cyrilli post Orationem inclinationis ad Patrem, f. 122^v, « Deus qui ita nos dilexisti » (R. p. 50), omissis nempe Orationibus gratiarum actionis 2^a et 3^a (R. pp. 51, 52), sub clausula arabica f. 125^v: كمل قداس القديس كيرلص بسلام الله امين « Absoluta est Liturgia s. Cyrilli. In pace Dei. Amen ».

4 (ff. 125^v-131) Triplici Liturgiae Alexandrinae annectuntur bohairice tantum: [1] Oratio benedictionis panis pro ieiunante « Domine Deus omnipotens, auctor bonorum » (Tuki, p. ⲧ̅ⲟ̅ⲁ̅); huius orationis, necnon sequentis, textum bohairicum e cod. Parisino (Institut Catholique, n. 2) cum versione gallica edidit L. A. Pochou, in ephemeride *Revue de l'Orient chrétien*, t. I, N. S., 1918-1919, pp. 242-245; [2] (f. 126) Oratio ante manducationem « Domine, Domine Iesu Christe, Deus noster » (Tuki, p. ⲧ̅ⲟ̅ⲃ̅); [3] (f. 127^v) Oratio post manducationem « Tibi gratias agimus » (Tuki, p. ⲧ̅ⲟ̅ⲗ̅); [4] (f. 128) Oratio super aquas « Domine, Domine Iesu Christe, agne » (Tuki, p. ⲧ̅ⲡ̅); [5] (ff. 129-131) Ordo renovationis calicis si quis

defectus acciderit; [a] (f. 129) rubrica arabica (cf. Tuki, p. ⲧⲛⲃ̅, Vat. copt. 24, f. 268, Vat. copt. 49, f. 89ᵛ; discrepant in recensendis defectibus qui renovationem calicis postulant; insuper Vat. 17 memorat tantum Scripturae lectiones quas integras habent Tuki, pp. ⲧⲛⲇ̅ - ⲧⲛⲉ̅, et Vat. 49, ff. 89ᵛ-92); [b] (f. 129) Oratio osculi Iohannis Bostrensis ad Patrem « Deus omnium Domine » (R. p. 13, Tuki, p. ϥⲃ̅; cf. Brightman, op. laud., p. 186); [c] (f. 129ᵛ) Oratio super calicem « Domine Deus Iesu Christe » quam sequitur monitum: ⲁ̀ⲭⲱ ⲥⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅... ⳁϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲁϥⲭⲱⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ « dicite: utique Domine... pax; desinit » (similia ap. Tuki, pp. ⲧⲛⲏ̅ - ⲧⲟ̅).

Codicem exscripsit Tuki in cod. Borgiano copt. 87: ff. 1-53, Liturgiae s. Basilii et s. Gregorii; ff. 67-72, fragmentum Liturgiae s. Cyrilli, parte quae desideratur in cod. Vat. Copt. 17 aliunde desumpta; ff. 72ᵛ-74, orationes variae et conclusio codicis Vat. 17, ff. 125ᵛ-131; at, f. 28 et f. 37, om. Severum, et pro tribus Macariis memorantur f. 37ᵛ magnus abba Macarius et ff. 42ᵛ, 49ᵛ uterque Macarius.

Codex complectitur: ff. 9 fasc. ⲁ̅ (ff. 1-9); quiniones ⲃ̅ – ⲓ̅ (ff. 10-99); ff. 4 priora quinionis ⲓ̅ⲁ̅ (ff. 100-103) cuius amissa sunt sex ff. ultima una cum integris fasc. ⲓ̅ⲃ̅ – ⲓ̅ⲇ̅ et f. primo fasc. ⲓ̅ⲉ̅; ff. 2-10 quinionis ⲓ̅ⲉ̅ (ff. 104-112); quinionem ⲓ̅ⲋ̅ (ff. 113-122) et ff. 9 fasc. ⲓ̅ⲍ̅ (ff. 123-131). Fasciculorum notae, omissis ff. notis copticis, appositae sunt summis ang. int. pp. extrem. fasciculorum quas decorant ornamenta lineis inter se innexis confecta, cum inscriptionibus vario ordine occurrentibus ⲓ̅ⲏ̅ ⲭ̅ⲥ̅, ⲩ̅ⲥ̅ ⲑ̅ⲥ̅, ⲕ̅ⲉ̅ ⲟ ⲑ̅ⲥ̅ (f. 29ᵛ caret tum inscriptione tum fasc. nota; f. 40 praebet notam fasc. ⲉ̅ corr. ex ⲇ̅; in f. 59ᵛ desideratur nota fasc. ⲋ̅). Haec ornamenta, atramento nigro delineata, picta sunt coloribus rubro et croceo; item crux f. 1ᵛ, portae in summa pagina initiali uniuscuiusque liturgiae et anaphorae, praeterquam initio anaphorae s. Gregorii (f. 70ᵛ), ornamenta marginalia et nonnullae litterae praegrandes; minio scripta sunt initia quarumdam orationum, linea prima vel lineae prima et secunda post lineas initiales grandiores divisionum maiorum, rubricae et orationum inscriptiones; rubro colore tacta sunt litterae marginales communes, litterae ⲫ et ⳁ, interpunctionis signa et ductus super notas ac super voces contractas. Librarius, praeter litteras praegrandes, triplicem praebet scripturae speciem: lineae secunda et tertia initio liturgiarum, et linea prima quarumdam orationum exaratae sunt litteris crassioribus ad uncialem rotundam accedentibus; inscriptiones et rubricae necnon quae a populo et a diacono dicenda unciali graciliori et oblonga sunt confecta; reliqua autem mediam quamdam inter utramque exhibent formam, pluribus saec. XIII codd. communem. Ff. 70ᵛ-71ʳ (olim 68ᵛ-69ʳ) phototypice edidit H. Hyvernat, *Album*, tab. LV. In codice notatu digna est duplex forma litterae ⲙ in qua ductus utramque hastam coniungens nunc curvus est nunc directus, idque etiam in eodem vocabulo (cf. e. g. f. 2ᵛ, ll. 2, 6: ⲙⲙⲟϥ). Permixtus ille usus litterae ⲙ alios distinguit codd. fere coaetaneos (maxime saec. XIV in.) de quibus infra dicendum. Inter brachia crucis f. 1ᵛ: ⲓ̅ⲏ̅ ⲭ̅ⲥ̅ ⲩ̅ⲥ̅ ⲑ̅ⲥ̅ ⲛⲓⲕⲁ̅ ⲁϥϭⲣⲟ ⲡⲓϣϣⲏⲛ ⲛⲧⲉ ⲡⲱⲛϧ ⲝⲩⲗⲱⲛ ⲍⲱ[ⲏ]ⲥ « Iesus Christus filius Dei, vicit, lignum vitae ». Praeter additiones pristinae manus ff. 26ᵛ, 78, 123ᵛ, paucas habet codex

correctiones vel notas diversarum manuum; ff. 37ᵛ, 38ᵛ, in mg., manu recentiore: « consecratio panis », « consecratio vini »; f. 46, ante commemorationem Severi, in mg., nota eiusdem manus: « inurat Severus ». Genuinus ff. ordo olim incuria glutinatoris turbatus (cf. Mai, p. 131), anno 1927 restitutus est novaeque ff. notae imis ff. appositae sunt, quam enumerationem in citandis ff. secuti sumus. Vacuum est f. 103ᵛ, in quo tamen impressa manent vestigia ornamentorum f. deperditi quo incipiebat liturgia s. Cyrilli. F. 131ᵛ, librarii subscriptio: اهتم بهذه الخولاجى المقدسة الولد المبارك الدين المسيحى | الارتدكسى
الشماس نفيس ولد الاخ البار القديس | الطاهر الناسك القسيس بفام من اهل مدينة اسنا | اهتم بها
من تعبه خاصة ليتعزا بالقراءة فيها فالله ينور | عينى قلبه ليقرا ويفهم ويعمل بما يقرا ويعوضه عن
اتعابه | بما وعد فى انجيله المقدس عن الواحد ثلثين وستين | ومائة وفى الاخرة حياة الابد وكان
الفراغ منها فى | شهر امشير سنة الف واربعة للشهداء يخط | المسكين الحقير المدعى بنعمة الله خادم
كرسى القيس | وهو بطرس بالاسم يسال كل واقف عليها ان يدعوا | له بالمغفرة ومن قال شى له
اضعافه وسلام الله الخال | على رسله الاطهار يحل عليه امين والسبح لله دائما ابدا « Hoc euchologium sanctum curae fuit puero benedicto, devoto christiano orthodoxo, diacono Nafîs, filio fratris pii, sancti, puri, devoti, sacerdotis Bifâm, ex urbe Esneh. Prospexit huic (libro) labore suo proprio ut solacium traheret perlegendo in eo. Illuminet Deus oculos cordis eius ut legat intelligatque ac operetur in iis quae legerit, retribuatque ei pro laboribus eius prout promittitur in evangelio suo sancto, pro uno triginta et sexaginta et centum, et in saeculo venturo vitam aeternam. Et finis huius (libri) evenit mense amšīr anni 1004 martyrum (an. D. 1288). Scripsit pauper miser, vocatus gratia Dei minister sedis episcopalis Al-Qais (Amélineau, *Géographie de l'Egypte*, p. 395), et ipse est Petrus nomine. Rogat omnes ei (libro) operam dantes ut ei impetrent veniam, et qui dixerit aliquid ei duplicabitur et pax Dei, apostolis sanctis concessa, descendat, super eum. Amen. Et gloria Deo perpetua, aeterna ». F. 12ᵛ, manus posterior nomina coptica numerorum ⲧ̅ⲓ̅ⲏ̅ etc., in mg. adiecit. F. 1, nota arabica: هذا الخلاكى ملك الاخ الحبيب الراهب الناسك الشماس اندراوس اندراوس « Hoc euchologium in dominio est fratris dilecti, monachi devoti et diaconi Andreae Andreae ». Initio cod. in f. I, chartae recentioris: *307* (v. cod. Vat. lat. 7136 [catalogum tempore Iulii II confectum], f. 541, coll. cod. Vat. lat. 7135, f. 47; est forsan unus ex duobus codicibus recensitis sub titulis: *Missale cophitu cum glossa arabica ex papyro; Missale cophit* (sic) *ex papyro*, in cod. Vat. lat. 3947, f. 89, *Inventarium bibliothecae Palatinae a divo Sixto IV Pontifice max. fundatae Platyna bibliothecario ac Demetrio alumno custode*, an. 1481); *num. 12, nov. 17.*

Integumentum, e corio rubro confectum, auro impressa in utroque laterculo necnon in dorso stemmata gerit Alexandri VII, insuper in dorso notam *17* et *Liturgia* | *copta.*

18 (a I. S. Assem. emptus 4). An. 1531 (= an. Mart. 1247; cf. f. 258ᵛ), chart., mm. 115 × 80, ff. 263, linn. 12, 13.

Ordo thurificationis vespertinae et matutinae necnon Liturgia s. Basilii, annexis orationibus variis, bohairice et arabice (ff. 88, 88ᵛ, 152, 202ᵛ, 103, 243ᵛ, 259ᵛ, 260, integre vel partim vacua est

columella textui arabico servata), cum rubricis arabicis; cf. cod. Vat. copt. 17. Praemittitur titulus: ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ بسم الله ترتيب ما يجب على الكاهن اعتماده فى البيعة فى صلاة عشية وباكر والقداس « Cum Deo (ar.: in nomine Dei). Ordo servandus a sacerdote ministrante in ecclesia ad preces vespertinas, matutinas et ad missam ».

1 (ff. 6-110) Ordo thurificationis vespertinae et matutinae. Legitur fere ut apud Tuki, ⲡⲓϫⲱⲙ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓϣⲟⲙⲧ ⲛ̀ⲁⲛⲁⲫⲟⲣⲁ, pp. ١-١١١ (cf. etiam Bute, *The coptic morning service*, pp. 1-34, The morning incense, partim anglice, partim bohairice et anglice); quae praecipue discrepant notamus. [1] (ff. 6-94) Ordo thurificationis vespertinae. Ff. 6-8, rubricae praeviae arabicae in pluribus discrepant a textu quem bohairice et arabice exhibet Tuki, pp. ١, ٢; f. 36, mentio fit solius archipresbyteri, non autem episcopi, ut apud Tuki, p. ٢٦; f. 73, ante commemorationem ⲁⲣⲓⲫ̀ⲙⲉⲩⲓ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲛⲓϣⲏⲣⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ̀ « Memento Domine, filiorum Ecclesiae » (Tuki, p. ٦٢) omittit orationem ⲙⲁϩⲧⲉⲛ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲧⲉⲕϩⲟϯ « Imple nos timore tuo » (Tuki, p. ٦١); ff. 80-86, in benedictione pro omni tempore (Tuki, pp. ٨١ sqq.) addit Suriel post Raphael et mutat quandoque nominum sanctorum ordinem; benedictiones autem pro variis festis et adiunctis (Tuki, pp. ٦٧-٨٠) partim omittit, partim remittit ad finem thurificationis vespertinae (ff. 86-94); des. (f. 94): كمل ترتيب | رفع بخور عشية | بسلام من الرب امين « Absolutus est ordo oblationis incensi vespertini. In pace Domini. Amen ». [2] (ff. 94v-110) Ordo thurificationis matutinae. In medio relictis, ut monet nota arabica, quae, utrique thurificationi communia, iam leguntur initio codicis (ff. 6-19, cf. Tuki, pp. ٨٥-٩٥), exorditur ab oratione ⲫϯ ⲫⲏ ⲉⲧⲁϥϣⲱⲡ ⲉ̀ⲣⲟϥ ⲛ̀ⲛⲓⲇⲱⲣⲟⲛ « Deus qui accepisti dona » (Tuki, p. ٩٥); item f. 96, praetermissis orationibus ⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲝⲁⲥⲑⲉ ⲩⲡⲉⲣ ⲧⲏⲥ ⲏⲣⲏⲛⲏⲥ « Orate pro pace » et reliquis quae iam leguntur in thurificatione vespertina (ff. 21v-28, cf. Tuki, pp. ٩٦-١٠٢), transit ad Orationem pro infirmis ⲡⲁⲗⲓⲛ ⲟⲛ ⲙⲁⲣⲉⲛϯϩⲟ « Rursus oremus » (Tuki, p. ١٠٢); f. 106, Oratio pro peregrinantibus (Tuki, pp. ١٠٨-١١١); f. 109, ϧⲉⲛ ⲡⲓϩⲙⲟⲧ, ⲙⲁⲣⲉⲛϩⲱⲥ « Gratia », « Cantemus » (Tuki, p. ١١١); f. 109v, rubrica arabica de modo absolvendi ordinem thurificationis (om. Tuki) necnon de oratione pro defunctis dicenda sabbato loco orationum pro infirmis et pro peregrinantibus (Tuki, p. ١١١); des.: ولربنا المجد

دائما ابدا سرمدا كل رفع بخور باكر بسلام من الرب امين « Et Domino nostro gloria perpetua, aeterna, perennis. Absoluta est oblatio incensi matutini. In pace Domini. Amen ».

2 (ff. 110v-257) Liturgia s. Basilii. Praemittitur titulus: ⲥⲩⲛⲑⲉⲱ ترتيب خدمة قداس القديس باسيليوس « Cum Deo. Ordo ministrationis liturgiae s. Basilii ». Orationes a sacerdote dicendae fere ut in cod. Vat. copt. 17; partes autem populi et diaconi uberius exhibentur, parcius tamen quam apud Tuki; aliunde saepius sola rubrica memorantur quae iam leguntur in Ordine thurificationis; quae codici praecipue propria sunt hic notamus. [1] (ff. 110v-176v) Ordo communis. Ff. 110v-111v, rubrica arabica qua describuntur ritus praevii a sacerdote servandi pro temporum diversitate; ff. 139-140v, in Oratione absolutionis, post s. Marcum Evangelistam nominantur Severus, Dioscorus, Ioh. Chrysostomus, Cyrillus, Basilius, Gregorius, trecenti decem et octo Nicaeni, centum quinquaginta Constantinopolitani, ducenti Ephesini, Archiepiscopus Abba N.; ff. 153 sqq., in Oratione post Evangelium, habet invocationem pro tempore Nili exundationis (Renaudot, p. 8), pro « regis terrae » (ibid., p. 9), scribit ⲡⲓⲟⲩⲣⲟ ⲙ̀ⲙⲁⲓⲭ̅ⲣ̅ⲥ̅ « regis Christum amantis »; f. 175, om. Orationem osculi pacis « Superant » necnon Orationem pacis Iacobi Apostoli. [2] (ff. 177-257) Anaphora. F. 200, in Oratione pro omnibus, om. « et socii ministerii eius episcopi Abba N. »; ff. 206 sqq., in Commemoratione sanctorum, post s. Marcum, nominantur Severus, Dioscorus, Athanasius, Ioh. Chrysostomus, Petrus Martyr, Cyrillus, Basilius, Gregorius, Antonius, Paulus, tres Macarii, Iohannes, Pišoi, abba Paule, Maximus et Dometius, quadraginta novem Martyres, Moyses, Iohannes Niger, Daniel, Pachomius, Theodorus, Šenoute, Besa, Onuphrius, Samuel, Iustus et Apollo, discipulus eius, Apollo et Phib, Piğimi, Archellites, Simeon Stylita, Hermine, Ioannes anachoreta, Benipi et Iohannes, discipulus eius, Macrobius et filii eorum monachi, Iohannes solitarius, Abraham hegumenus, abba Abraham, Georgius, Marcus montis Antonii (cf. Butler, *The ancient coptic churches of Egypt*, Oxonii, 1884, vol. I, pp. 345 sqq.), patriarcha Matthaeus, Barsoma Syrus, Teği, Barsoma Nudus, chorus Angelorum; ff. 250-257, Oratio benedictionis; in nonnullis discrepat a cod. Vat. 17 ut magis accedat ad Tuki, pp. ⲣ̅ⲟ̅ⲩ̅ sqq.; ibi autem nominantur quattuor luminaria Michael, Gabriel, Raphael, Suriel, quattuor animalia incorporea, viginti quattuor senes, Apostoli, tres pueri, rex Georgius, Theodorus, Mercurius, Mena, chorus Martyrum, Antonius, Paule, tres Macarii, Iohannes, Pišoi, abba Paule vir Tammah, Maximus et Dometius, Moyses,

quadraginta novem Martyres, chorus Staurophororum, recti et iusti, angelus huius diei.

3 (ff. 257v-262v) Liturgiae annectuntur: [1] (ff. 257v-258) Oratio pro pace, inc.: ⲧⲱⲃϩ ⲉϫⲉⲛ ϯϩⲓⲣⲏⲛⲏ « Orate pro pace » (Tuki, pp. ⲣ̅ⲟ̅ⲏ̅ sqq.); [2] (ff. 259v-262v) septem orationes maiores, quarum sola quarta, Oratio pro rege, integre traditur: ⲡⲁⲗⲓⲛ ⲟⲛ ⲙⲁⲣⲉⲛϯϩⲟ ⲫϯ ⲡⲓⲡⲁⲛⲧⲟⲕⲣⲁⲧⲱⲣ... ⲁⲣⲓⲫⲙⲉⲩⲓ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲓⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲕⲁϩⲓ « Rursus oremus Deum omnipotentem... memento, Domine, regis terrae nostrae »; des.: ⲛⲉⲙ ⲙⲉⲧⲥⲉⲙⲛⲟⲥ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉ̀ϧⲟⲩⲛ ⲉ̀ⲣⲟⲕ « et in omni honestate erga te » (cf. Tuki, pp. ⲥ̅ⲡ̅ⲩ̅ - ⲥ̅ⲡ̅ⲉ̅, in Anaphora s. Cyrilli, et Renaudot, p. 41); reliquarum autem orationum mera fit recordatio, utpote iam in aliis codicis partibus occurrentium, scil. pro infirmis (ff. 96 sqq.), pro peregrinantibus (ff. 106 sqq.), pro fructibus, seminibus et aqua (ff. 55 sqq.), pro defunctis (ff. 28v sqq.), pro dona offerentibus (ff. 101 sqq.), pro catechumenis (ff. 157v sqq.).

2 (ff. 97-158) Liturgia s. Gregorii, praemisso ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲟ̀ « Cum Deo » 1 (ff. 97-104) Ordo communis. F. 99v-100, Oratio veli, post verba ⲉ̀ⲧⲁⲩⲉⲣϣⲟⲣⲡ ⲛ̀ⲉⲛⲕⲟⲧ « qui iam obdormierunt », des.: ϧⲉⲛ ⲡⲓⲛⲁϩϯ ⲛ̀ⲟⲣⲑⲟⲇⲟⲝⲟⲥ ϧⲉⲛ ⲡⲓϩⲙⲟⲧ... « in fide orthodoxa, per gratiam ». 2 (ff. 104v-158) Anaphora. F. 133, in Oratione pro omnibus etc., pro « Dignare, Domine, benedicere plenitudinem fluminum » (Vat. copt. 17, f. 88v), habet « Dignare, Domine, benedicere aerem coeli et fruges terrae » (Ren., p. 33). F. 137v, in Commemoratione Sanctorum, add. Severum; reliqua ut in cod. Vat. copt. 17; ff. 153v-154v, pro Oratione gratiarum actionis « Gratias agimus tibi Pater » (cod. Vat. copt. 17, f. 99v), habet Orationem gratiarum actionis « Gratias agimus tibi Christe » (Ren., p. 37); f. 158, Oratio inclinationis post communionem « Qui est, qui fuit » desinit ϩⲓⲧⲉⲛ ⲛⲓϯϩⲟ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲧⲱⲃϩ· ⲛ̀ⲧ. « per preces et orationes... » (Ren., p. 37); ff. 158v, 159, vacuis, manus posterior duplicem adiecit conclusionem.

3 (ff. 160-240v) Liturgia s. Cyrilli, praemisso ⲥⲓⲛ ⲑⲉⲱ بسم الله « Cum Deo » (ar.: « in nomine Dei »). 1 (ff. 160-168) Ordo communis. F. 168, om. Orationem osculi pacis « Deus charitatis » (v. f. 262v). 2 (ff. 168v-240v) Anaphora, praevio ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ « Cum Deo ». Ff. 173-181v, 191v-207v, in Oratione pro omnibus, addit monitiones diaconi ad populum: ⲧⲱⲃϩ... « Orate... » ut ap. Tuki, pp. ⲥ̄ⲟ̄ⲉ̄-ⲥ̄ⲡ̄ⲇ̄, ⲥ̄ϥ̄ⲃ̄-ⲧ̄ⲉ̄; f. 177v, initium tantum affert monitionis diaconi de dicenda Oratione pro absentibus quae integre legitur ap. Tuki, p. ⲥ̄ⲡ̄ⲁ̄ et in codd. Vat. copt. 21, f. 16 ac Vat. copt. 25, f. 153; f. 181, post Orationem pro fructibus terrae, habet ⲁⲛⲓⲧⲟⲩ ⲉ̀ⲡϣⲱⲓ « Adduc eas (aquas) sursum », cum nota « reliqua ut in Liturgia s. Basilii »; f. 187, ante Orationem post dypticha, om. monitum diaconi de Oratione pro patribus et fratribus defunctis (Tuki, p. ⲥ̄ⲡ̄ⲏ̄, Vat. copt. 21, f. 22v, Vat. copt. 25, f. 160); ff. 195v, Orationis pro patriarcha, utpote iam in Liturgia s. Basilii occurrentis, initia tantum scribit; item, f. 228v initia

Orationis ante fractionem « Ut in hoc sicuti »; f. 228^{v}, om. Orationem fractionis « Rursum gratias agamus Deo » et « populus: Corpus sanctum » (cod. Vat. copt. 20, ff. 134, 135) necnon Orationem fractionis « Quum dedisti nobis » (Vat. copt. 20, f. 141; v. infra, f. 250^{v}). F. 240^{v} nota arabica monet absolutionem et confessionem sumendas esse ex Liturgia s. Basilii et desinit: كمل ذلك بعون الله ⊙ « Absolutum est hoc auxilio Dei ».

4 (ff. 241-271) Triplici liturgiae annectuntur: [1] Oratio benedictionis panis « Domine, Domine Deus omnipotens » (Vat. copt. 17, f. 125^{v}); [2] (ff. 242^{v}-244^{v}) Oratio post manducationem « Gratias tibi agimus, Deus omnipotens » (Vat. copt. 17, f. 127^{v}); [3] (ff. 244^{v}-250^{v}) Oratio fractionis: ⲫϯ ⲫⲏ ⲉ̀ⲧⲁϥⲥⲁϫⲓ ⲛⲉⲙ ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲁⲃⲣⲁⲁⲙ « Deus qui locutus es cum patre nostro Abraham »; des.: ⲛ̀ⲧⲉⲛ... ⲧⲱⲃϩ ⲙ̀ⲙⲟⲕ ⲟⲩⲟϩ ⲉ̀ϫⲟⲥ ϫⲉ ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ « ut... oremus te et dicamus Pater noster »; desideratur huius orationis f. pristinum ⲥ̅ⲙ̅ⲁ̅: ⲧⲉϥϫⲓϫ ⲉⲃⲟⲗ... ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲫⲱⲓ ⲛ̀ (cf. Vat. copt. 25, ff. 212^{v}-213) cuius prima tantum verba scripsit manus secunda initio f. 248, chartae recentioris et caeterum vacui, cum f. nota ⲥ̅ⲙ̅ⲁ̅; [4] (f. 250^{v}-253) Oratio fractionis « Deus parens lucis, vitae principium » (Vat. copt. 17, f. 51); [5] (f. 253-255) Oratio fractionis « Quum dedisti nobis » (Vat. copt. 17, f. 52^{v}, cf. Vat. copt. 20, f. 141); [6] (f. 255^{v}-256^{v}) Oratio fractionis « Domine Dominus noster quam admirabile » (Tuki, p. ⲣ̅ⲡ̅ⲃ̅); [7] (ff. 256^{v}-257^{v}) Oratio fractionis « Deus qui largitus es nobis », paucis exceptis bohairice tantum (Tuki, p. ⲧ̅ⲙ̅ⲏ̅); [8] (ff. 257^{v}-258^{v}) Oratio fractionis: ⲫⲛⲏⲃ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲫϯ ⲡⲓⲣⲉϥⲙⲓⲥⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲟⲩⲱⲓⲛⲓ ⲛ̀ⲉⲛⲉϩ· ⲫⲏ ⲉⲧⲁϥϯ ⲭⲗⲟⲙ « Domine, Domine Deus, parens lucis aeternae, qui dedisti coronam », des.: ⲉ̀ⲧⲱⲃϩ ⲙ̀ⲙⲟⲕ ⲫⲓⲱⲧ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲉⲧϦⲉⲛ ⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ̀ « ad orandum te Pater sancte qui es in caelis » (cf. cod. Vat. copt. 25, f. 215); [9] (ff. 258^{v}-259^{v}) Oratio fractionis « Ecce est nobiscum in hac mensa » (Tuki, p. ⲧ̅ⲙ̅ⲑ̅ et p. ⲧ̅ⲛ̅ⲁ̅ partim consentit); [10] (ff. 259^{v}-262^{v}) Oratio fractionis: ⲛ̀ⲧⲟⲕ ⲅⲁⲣ ⲡⲉ ⲡⲓⲗⲟⲅⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫⲓⲱⲧ « Tu enim es Verbum Patris », des.: ⲧⲱⲃϩ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲣⲏϯ ⲟⲩⲟϩ ⲁ̀ϫⲟⲥ ϫⲉ « Orate sic et dicite: »; [11] (ff. 262^{v}-265) Oratio osculi « Deus charitatis » (cod. Vat. copt. 20, f. 79); [12] (ff. 265-266^{v}) Oratio thurificationis ad vesperas « Christe Deus noster, magne, tremende » (Tuki, pp. ١٣, ١٤); [13] (ff. 267-268) Oratio thurificationis ad matutinum « Deus qui accepisti dona » (Tuki, pp. ١٥, ١٦); [14] (ff. 268-271) Ordo renovationis calicis si aliquis defectus acciderit; rubricae et oratio super calicem fere ut in cod. Vat. copt. 17, ff. 129 sqq.; Orationis autem osculi pacis « Deus et Dominus » praevie recitandae sola fit mentio.

Codex complectitur ff. 8 fasc. primi (ff. 1-8, notis copticis destituta), quiniones ⲃ̅ - ⲑ̅ (ff. 9-88, ⲓ̅ⲁ̅ - ϥ̅), ff. 11 fasc. ⲓ̅ (ff. 89-99, ϥ̅ⲁ̅ - ⲣ̅), quiniones ⲓ̅ⲁ̅ - ⲓ̅ⲉ̅ (ff. 100-149, ⲣ̅ⲁ̅ - ⲣ̅ⲛ̅), ff. 8, fasc. ⲓ̅ⲉ̅ (ff. 150, 151 ⲣ̅ⲛ̅ⲃ̅ [sic], ⲣ̅ⲛ̅ⲃ̅, f. 152 ⲣ̅ⲛ̅ⲅ̅, ff. 153-156, absque nota coptica unciale, f. 157, ⲣ̅ⲛ̅ [sic] continuato errore usque ad finem cod.), quiniones ⲓ̅ⲉ̅ - ⲕ̅ⲉ̅, pro ⲓ̅ⲍ̅ - ⲕ̅ⲍ̅ (ff. 158-267, ⲣ̅ⲛ̅ⲁ̅ - ⲥ̅ⲍ̅) et ff. 4 fasc. notati ⲕ̅ⲍ̅, pro ⲕⲏ (ff. 268-271, ⲥ̅ⲍ̅ⲁ̅ - [ⲥ̅ⲍ̅ⲇ̅]); ff. manus secundae, paucis exceptis, carent nota coptica unciali, non autem enumeratione coptica cursiva quae totum codicem pervadit, licet in nonnullis ff. hodie desideretur; primum apparet f. 9ᵛ: ⲓ̅ⲁ̅, ultimo loco f. 266ᵛ: ⲥ̅ⲍ̅ⲑ̅, cui propter errorem f. 157 sqq., respondet nota coptica uncialis ⲥ̅ⲛ̅ⲑ̅. Codex pristinus magnam praebet scripturae similitudinem cum codd. Borg. copt. 112 (an. D. 1307-1308), Vat. copt. 44 (eiusdem fere aetatis, v. infra). Aliunde multa habet communia cum cod. Vat. copt. 16 (an. D. 1345): eadem continuo utrimque apparent ornamenta in paginis extremis fasciculorum cum inscriptionibus ⲩ̅ⲥ̅ ⲑ̅ⲥ̅ in p. prima et ⲓ̅ⲩ̅ ⲭ̅ⲩ̅ in ultima; idem est usus minii in litteris initialibus maioribus et minoribus etc.; verum orationum inscriptiones, non autem textus linea prima, minio exaratae sunt; similis etiam indolis sunt ornamenta aurea et caerulea (ff. 159ᵛ, 160; cod. Vat. copt. 16, ff. Iᵛ, 1), necnon inscriptiones arabicae (f. 159ᵛ: ⊙ قداس القديس كيرلس « Anaphora s. Cyrilli »; cf. Vat. 16, f. 1), atque litterae maiores (f. 160, l. 1; cod. Vat. 16, f. 1, linn. 1, 2). Codex tamen caret litteris communibus caeruleis et interpunctione aurea cod. Vat. copt. 16, ff. 1-3 quae caeterum in reliqua huius codicis parte iam non apparent. Ornamentum aureum et caeruleum f. Iᵛ quamdam cum ornamento f. 159ᵛ praebet similitudinem, at minus nitide est exaratum nec ad pristinum codicem pertinuisse videtur; ff. manus secundae pristinis sunt affinia, discrepant tamen ut maxime videre est in litteris ⲩ, ⲙ, ⲥ. Scriptura manus tertiae est aetatis aliquanto posterioris. F. I, inscriptiones diversarum manuum: *Portato da Egitto da me Girolamo Vecchietti, l'An*(n)*o 1597; Messe di S. Basilio, di S. Gregorio, di S. Cirillo; 19, 21; 19* ductu est cancellatum eodem calamo qui inter *19* et *21* adiecit *Vet.* ac inferius scripsit *Nov. 24,* super notam anteriorem *19* quae iam tuto legi non potest; in imo f. manu recente: *24 Copto;* sigillum Hieronymi Vecchietti conspicitur in marg. ext., f. I, signatum sine pigmento. Vacua sunt ff. 248ᵛ et 271ᵛ.

In dorso tegumenti membranacei auro impressa sunt in schedula corii rubri *Vat.* | *24,* extra vero schedulam *copt*(icus) necnon stemmata Pii IX et Iohannis Baptistae Pitra card. bibliothecarii.

25. Saec. XIV in. et saec. XVII, chart., mm. 120 × 82, ff. 228, linn. 17, 18.

Missale seu Liturgiae s. Basilii, s. Gregorii et s. Cyrilli, annexis orationibus variis, bohairice et arabice. Pro Liturgiis s. Basilii et s. Gregorii, v. cod. Vat. copt. 17, pro Liturgia s. Cyrilli, cod. Vat. copt. 24, ad quem proprius accedit quam ad cod. Vat. copt. 20, Ff. 1-7, 12-37, 39, 119, 156 manu secunda, saec. XVII, suffecta sunt ff. pristinis; in iisdem ff. orationum inscriptiones arabice tantum prostant.

1 (ff. 1-91) Liturgia s. Basilii. [1] (ff. 1-47) Ordo communis. Ff. 5-7, inter Orationem post praeparationem altaris et Orationem gratiarum actionis inducit orationes actionem liturgicam comitantes: **ⲟⲩⲱⲟⲩ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲧⲁⲓⲟ̀** « Gloria et honor », **ϧⲉⲛ ⲫ̀ⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲫⲓⲱⲧ** « In nomine Patris », **ⲟⲩⲱⲟⲩ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲧⲁⲓⲟ̀** (ut supra) quae leguntur ap. Tuki, p. ⲓ̅ⲁ̅ et pp. ⲓ̅ⲍ̅, ⲓ̅ⲏ̅; f. 12, Orationi absolutionis « Domine, Domine Iesu Christe », praemittitur rubrica arabica « Absolutio super ministros dicenda ad ianuam sanctuarii, coram altare »; f. 17, in eadem Oratione, post s. Marcum, nominantur Severus, Dioscorus, Cyrillus, Basilius, Gregorius, etc., et pro « Archiepiscopus et socius eius episcopus » (cod. Vat. copt. 17, f. 12v), memoratur « pater noster venerandus archipresbyter »; ff. 18-23v, Orationi incensi miscentur monitiones diaconi et quaedam rubricae fere ut ap. Tuki, pp. ⲗ̅ⲁ̅-ⲗ̅ⲑ̅, ⲙ̅ⲁ̅-ⲙ̅ⲉ̅, at brevius passim, nec eodem semper ordine; ritum thurificationis patriarchae, episcopi, hegumeni et presbyteri (ff. 22-23) sequuntur, f. 23v-24, Orationes incensi super populum ad Epistolam Pauli « Benedic Paule », « Deus qui accepisti » (Tuki, pp. ⲙ̅ⲁ̅-ⲙ̅ⲉ̅); ff. 28 et 31, adduntur rubricae de thurificatione post Epistolam catholicam et post Evangelium, necnon, f. 37v, de benedicendo populo atque de tribus magnis Orationibus, nempe pro pace, pro patriarcha et episcopis, pro congregatione (Tuki, pp. ⲛ̅ⲁ̅, ⲝ̅ⲁ̅, ⲟ̅ⲁ̅); ff. 32v-34v, in Oratione post Evangelium, Oratio pro seminibus praemittitur Orationi pro aere, Oratio autem pro afflictis sequitur Orationem pro afferentibus dona. [2] (ff. 47v-86v) Anaphora, sub titulo: **ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ̀ ϯⲁ̀ⲛⲁⲫⲟⲣⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲃⲁⲥⲓⲗⲓⲟⲥ** قداس القديس باسيليوس « Cum Deo. Anaphora s. Basilii ». F. 59v, in Oratione pro omnibus et ad omnia, pro Oratione « Memento aeris » (cod. Vat. copt. 17, f. 43) habet Orationem pro exundatione Nili; f. 61v, omittit monitionem diaconi de legendis nominibus patriarcharum defunctorum (Vat. copt. 17, f. 44v); f. 63v, in Commemoratione Sanctorum, post tres Macarios, nominantur Iohannes, Pišoi, patres Graeci, quadraginta novem Martyres, Moyses, chorus Sanctorum; f. 69, Oratio fractionis « Dedisti nobis » praecedit Orationem fractionis « Deus parens luminis »; f. 82, Orationi benedictionis « Sanctissima Trinitas » praemittitur « Domini nostri patres... »; in eadem autem, post abba Pišoi, memorantur patres Graeci, quadraginta novem Martyres, Moyses, Šenoute, chorus Staurophorum et Angelus huius diei benedictae.

Liturgiae S. Basilii annectuntur [1] (ff. 87-88) Oratio benedictionis panis « Domine Deus omnipotens, auctor bonorum » (cod. Vat. copt. 17, f. 125v); [2] (ff. 88-89) Oratio post manducationem « Gratias agimus Tibi » (cod. Vat. copt. 17, f. 127v).

2 (ff. 91-137v) Liturgia s. Gregorii praemisso: ⲥⲩⲛ ⲑ(ⲉⲱ) بسم الله «Cum Deo», ar.: «in nomine Dei». [1] (ff. 91-98v) Ordo communis. [2] (ff. 99-137v). Anaphora, sub titulo: ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ̀ ⳿ϯⲁ̀ⲛⲁⲫⲟⲣⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲅⲣⲏⲅⲟⲣⲓⲟⲥ ⲩ̅ⲥ̅ بسم الله قداس القديس اغريغوريس «Cum Deo (ar.: in nomine Dei). Anaphora s. Gregorii; ad Filium (om. arab.)». F. 123, in Commemoratione Sanctorum, ante Cyrillum nominatur Severus; f. 132, nota arabica monet Absolutionem ad Filium sumendam esse ex Liturgia s. Basilii, cf. f. 12; sequitur, f. 132v-137v, Confessio «Corpus et sanguis». Liturgia s. Gregorii desinit mutila, paulo ante finem Orationis inclinationis, ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲥⲧⲁⲩⲣⲟⲫⲟⲥ «et Staurophorum» (cod. Vat. copt. 17, f. 103).

3 (ff. 138-202) Liturgia s. Cyrilli praemisso ⲥⲩⲛ ⲑ(ⲉⲱ). [1] (ff. 138-145v) Ordo communis. [2] (ff. 146-202). Anaphora, praemisso titulo: ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ̀ ⳿ϯⲁ̀ⲛⲁⲫⲟⲣⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲕⲩⲣⲓⲗⲗⲟⲥ قداس القديس كيرلس «Cum Deo. Anaphora s. Cyrilli». De monitis diaconi in Oratione pro omnibus v. dicta de cod. Vat. copt. 24. F. 159v, nota mg. secundae manus monet ante Orationem «Memento, Domine, patrum nostrorum «(Ren. p. 42) a diacono dicendum esse ⲛⲏ ⲉⲧⲱϣ «qui legunt» (cf. cod. Vat. copt. 17, f. 44v); ff. 167-168v, sicut cod. Vat. copt. 20, ff. 103v-105v, integram habet Orationem pro patriarcha cuius initia tantum scribit cod. Vat. copt. 24, f. 195v; f. 182v, nota mg. secundae manus monet a populo dicendum ⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲟ̀ⲙⲉⲛ, ante verba ⲁϥϭⲓ̀ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲓⲕ «sumpsit panem» (v. Tuki, p. ⲧ̅ⲓ̅ⲉ̅); f. 191v, plene scribit Orationem fractionis «Ut in hoc sicuti et»; f. 192v, initium addit Orationis fractionis «Rursum gratias agimus» e Liturgia s. Basilii integrandae; f. 200, nota arabica monet Absolutionem et Confessionem sumendas esse e Liturgia s. Basilii; Liturgia concluditur (ff. 200v-202) Oratione post sumptionem «Quamnam benedictionem» (Tuki, p. ⲧ̅ⲙ̅, Renaudot, p. 51).

4 (ff. 202v-228v) Liturgiis annectuntur: [1] (ff. 202v-203v) Oratio thurificationis ad vesperas «Christe Deus Noster» (Vat. copt. 24, f. 265, cuius brevior est conclusio); [2] (ff. 204-204v) Oratio thurificationis ad matutinum «Deus qui-accepisti» (cod. Vat. copt. 24, f. 267); [3] (ff. 204v-205v) Oratio osculi «Deus et Dominus» (Tuki, p. ⲧ̅ⲙ̅ⲅ̅); [4] (ff. 205v-207) Oratio osculi ad Patrem, dicta Severi patriarchae «Deus auctor omnium» (Tuki, p. ⲧ̅ⲙ̅ⲉ̅); [5] (ff. 207-208) Oratio osculi ad Patrem, dicta Iacobi «Deus et Dominus» (Vat. copt. 17, f. 129); magna ex parte consonat cum Oratione f. 204v; [6] (ff. 208-210v) Ordo renovationis calicis, si aliquis defectus acciderit; rubricam quae est fere ut in cod. Vat. copt. 17, f. 129, sequitur

Oratio « Domine, Domine Iesu Christe » (Vat. copt. 17, f. 129ᵛ); [7] (ff. 210ᵛ-214ᵛ) Oratio fractionis « Deus qui locutus es cum patre nostro Abraham » (cod. Vat. copt. 24, f. 244ᵛ); [8] (ff. 214ᵛ-215) Oratio fractionis « Deus qui largitus es nobis » (cod. Vat. copt. 24, f. 256ᵛ); [9] (ff. 215-215ᵛ) Oratio fractionis ⲫ̀ⲛⲏⲃ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲫϯ ⲡⲓⲣⲉϥⲥⲁϩⲛⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲟⲩⲱⲓⲛⲓ « Domine, Domine Deus ordinator luminis » (cod. Vat. copt. 24, f. 257ᵛ ⲫ̀ⲛⲏⲃ... ⲡⲓⲣⲉϥⲙⲓⲥⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲟⲩⲱⲓⲛⲓ « Domine... parens luminis »); [10] (f. 215ᵛ) Oratio fractionis « Domine, Dominus noster, quam »; orationem, cuius codex servavit tantum initium ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲛ̅ⲟ̅ⲥ̅· ⲙ̀ⲫ̀ⲣⲏϯ ⲛ̀ⲟⲩ, avulso f. ultimo fasc. ⲕ̅ⲁ̅, integram habet cod. Vat. copt. 24, f. 255ᵛ; [11] (ff. 216-217) Oratio fractionis (titulus periit cum f. praeced.) « Deus noster, magne » (Tuki, p. ⲧ̅ⲙ̅ⲍ̅); [12] (ff. 217-218ᵛ) Oratio ante manducationem « Domine, Domine Iesu Christe Deus noster » (Vat. 17, f. 126); [13] (ff. 219-220) Oratio super mensam, post manducationem « Gratias agimus » (Tuki, p. ⲧ̅ⲟ̅ⲍ̅); [14] (ff. 220-220ᵛ) Oratio super aquam « Domine, Domine Iesu Christe » (Vat. copt. 17, f. 128, leviter discrepat); [15] (ff. 220ᵛ-222) Oratio pro peregrinante « Domine Iesu Christe, Deus noster qui socius itineris fuisti » (Tuki, p. ⲧ̅ⲡ̅ⲁ̅); [16] (ff. 222-223) Oratio super oleum ⲫ̀ⲛⲏⲃ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲡⲓⲗⲟⲅⲟⲥ « Domine, Domine Iesu Christe, Verbum », des. (f. 223ᵛ): ⲟⲩⲛⲉϩ ⲛ̀ⲧⲟⲩⲃⲟ ϩⲓⲧⲉⲛ ⲡⲉⲕⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ· ϫⲉ ⲛ̀ⲑⲟⲕ ⲅⲁⲣ ⲡⲉ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ· ⲉ̀ⲣⲉ ⲡⲓⲱⲟⲩ « oleum purificationis per Spiritum tuum sanctum; tu enim es Deus noster; est gloria »; [17] (ff. 223ᵛ-225) Oratio contra morsum animalis venenati, ad Filium: « Adiuro vos » (Tuki, p. ⲧ̅ⲡ̅ⲃ̅); [18] (ff. 225-225ᵛ) Oratio benedictionis « Agne vere Dei patris » (Tuki, p. ٧٣, pro die Resurrectionis); [19] (ff. 225ᵛ-226) Oratio benedictionis « Domine serva populum tuum... da pacem » (Tuki, p. ١٥٢, initio); [20] (f. 226) Oratio benedictionis « Deus benedic nobis omnibus » (Tuki, ibid., in medio); [21] (ff. 226-227ᵛ) Oratio benedictionis « Domine serva populum tuum... custodi eos » (Tuki, pp. ١٥٢-١٥٤); [22] (ff. 227ᵛ-228) Oratio benedictionis post canticum primum « Qui duxisti Moysen » (Tuki, p. ١٦٦); [23] (ff. 228-228ᵛ) Oratio benedictionis post secundum canticum « Qui dedisti paenitentiam servo tuo David » (Tuki, p. ١٦٧); [25] (f. 228ᵛ) Oratio benedictionis post canticum tertium: ⲫⲏ ⲉⲧⲁϥⲟⲩⲱⲣⲡ ⲙ̀ⲡⲉϥⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ϣⲁ ⲡⲓ̅ⲅ̅ ⲛ̀ⲁⲗⲟⲩ ⲛ̀ⲁⲅⲓⲟⲥ· ϧⲉⲛ ⲑⲙⲏϯ ⲛ̀ϯϩⲣⲱ ⲛ̀ⲭⲣⲱⲙ· ⲟⲩⲟϩ « Qui misit angelum suum ad tres pueros sanctos in medio camini ignis et », sic des. fine mutila.

Codex, cuius lineae definiuntur ductu chartae impresso, complectitur: quinionem ⲁ̅ (ff. 1-10), f. primum fasc. pristini ⲃ̅ (f. 11) quod sequuntur ff. viginti sex manus secundae, omni nota coptica destituta (ff. 12-37) et f. ultimum fasc. ⲅ̅ (f. 38), quinionem ⲇ̅ (ff. 39-48)

cuius f. primum, manus secundae, nota caret, quiniones ⲉ̅ – ⲓ̅ⲁ̅ (ff. 49-118), quinionem ⲓ̅ⲃ̅ (ff. 119-128) cuius f. primum recentius nota caret, ff. novem fasc. ⲓ̅ⲅ̅ (ff. 129-137) qui ultimum f. amisit, ff. novem fasc. ⲓ̅ⲇ̅ (ff. 138-146) cuius f. primum desideratur, quiniones ⲓ̅ⲉ̅ – ⲕ̅ (ff. 147-206), ff. 9 quinionis ⲕ̅ⲁ̅ (ff. 207-215) qui amisit ultimum f., quinionem ⲕ̅ⲃ̅ (ff. 216-225) et ff. 3 fasc. [ⲕⲅ] (ff. 226-228) cuius nota initialis (f. 226) resecta est cultro glutinatoris quique fine mutilus est. Desunt ff. notae copticae. Anno 1930, post restitutum genuinum ff. ordinem in glutinando codice plus semel turbatum, imis ff. impressa est enumeratio nova quam secuti sumus. In pristino codice qui eamdem fere praebet scripturae indolem ac pars pristina cod. Vat. copt. 24, ornamentum rubri et flavi coloris, in ff. extremis fasciculorum, comitantur inscriptiones ⲓ̅ⲩ̅ ⲭ̅ⲩ̅, ⲛ̅ⲓ̅ ⲕ̅ⲁ̅, ⲕ̅ⲉ̅ ⲑ̅ⲥ̅, ⲕ̅ⲉ̅ ⲟ̅ ⲑ̅ⲥ̅, ⲩ̅ⲥ̅ ⲑ̅ⲥ̅; pigmentis rubro et flavo distinguuntur stella quae operit f. 90ᵛ, portae initio divisionum maiorum atque ornamenta marginalia in forma avium et ramorum, litterae initiales praegrandes; multae orationes (quod saepe videre est in mss. saec. XIV) primam scripturae lineam exhibent litteris exaratam crassioribus, uncialem graecam quadamtenus imitantibus; monita diaconi et partes populi a precibus sacerdotis distinguuntur scriptura graciliore; minio tactae sunt litterae initiales pleraeque, litterae ⲫ et ϭ, ductus super voces contractas; minio demum exarata sunt interpunctionis signa, tituli orationum ac rubricae, quarumdam orationum litterae primae vel lineae priores. F. 1, manus secundae, ornatur porta rubro, viridi ac caeruleo pigmento obducta.

Notae lectorum: f. 89ᵛ: اذكر يا رب عبدك الخاطى (?) المسكين الغارق فى بحار [الخطايا] | والذنوب عبدك الذى لا استحق ان يدعا الشما[س] | المكرم عبدك يوحنا ابن الشماس المكرم | ابن الشماس المكرم عزيز..... | ..... حنس « Memento Domine servi tui peccatoris, pauperis, immersi in maribus [peccatorum] et culparum, qui dignus non est ut vocetur diaconus venerabilis, servi tui Iohannis, filii diaconi venerabilis Hannis, filii diaconi venerabilis 'Azīz... »; الرب يرحمنى انا المسكين الحقير | يوسف ابن يوحنا ابن حنس | ابو الشروف والرب يعوضه له | ... | كملت | ذلك والكاتب الناسخ | ..... « Dominus misereatur mei. Ego pauper miser Ioseph, filius Iohannis, filii Hannis Abū 'l-Šurūf, et Dominus ei retribuet..... Absolutum est illud et librarius scriptor..... »; f. 90: طالع فى هذا الخولاجى المبارك الذى هو | القداسات الثلاثت العبد الخاطى المسكين | الحقير الراجى رحمة ربه يوسف ابن | يوحنا ابن حنس بلاسم شماس ويظرب (sic) | المطانوة تحت اقدام كلمن قرا فى هذا | الخولاجى يدعوا له بمغفرت الخطايا | والذنوب وكلمن قال شى يعوضه | الرب عن ذلك كما قال فى الانجيل المقدس | ثلاثون وستون ومائة فى يروشليم السمايية | فى ملاكوت السموات امين للشهداء الاطهار | كمل ذلك سنة ⲁ̅ⲧ̅ⲡ̅ⲉ̅ « Operam dedit huic benedicto euchologio, in quo liturgiae insunt tres, servus, peccator, pauper, miser, misericordiam Domini sui exspectans, Ioseph, filius Iohannis, filius Hannis, diaconus nomine. Metaneam facit sub pedibus cuiuscumque in hoc euchologio legerit, ut ei impetrent veniam peccatorum culparumque. Et omnis qui dixerit aliquid, ei retribuet Dominus pro illo, sicut dixit in Evangelio sancto, triginta et sexaginta et centum in Ierusalem caelesti, in regno caelorum. Amen. Absolutum est hoc anno 1386 martyrum purorum (= an. D. 1669-1670); f. 129ᵛ, in mg. externo per transversum scriptum: وكان محينا ابو الفتاح | يوم السبت المبارك

ⲁ̄ⲥⲙⲁ̄ⲗ̄ سنة « Abū 'l-Fattāḥ obiit die sabbato benedicto. Anno 1244 (martyrum) ». F. 1, in summo mg.: *n°. 25.*

Integumentum e corio rubro confectum in utroque laterculo auro impressa stemmata gerit Pii VI et Francisci Xaverii de Zelada card. bibliothecarii; in dorso, ornamenta et nota *25.*

26. An. 1616 (= an. Mart. 1332, cf. f. 238), chart., mm. 215 × 155, ff. 238, linn. 13.

Missale seu Liturgiae s. Basilii, s. Gregorii et s. Cyrilli, bohairice et arabice. Pro Liturgiis s. Basilii et s. Gregorii, v. cod. Vat. copt. 17, pro Liturgia s. Cyrilli, cod. Vat. copt. 20.

1 (ff. 3-98) Liturgia s. Basilii sub titulo: ⲤⲨ⟨Ⲛ⟩ ⲐⲈⲰ ⲦⲀⲢⲬⲎ ⲘⲠⲒⲖⲈⲦⲒ ⲚⲦⲈ ⲚⲒⲈⲐⲞⲨⲀⲂ بسم الله القوى بدوا الخلاجى القدس « Cum Deo (ar.: in nomine Dei potentis). Initium euchologii sancti ». [1] (ff. 3-48) Ordo communis. F. 19, in Oratione absolutionis ad Filium, post s. Marcum, nominantur Severus, Dioscorus, Iohannes Chrysostomus, Cyrillus, Gregorius, Basilius, trecenti octodecim Nicaeni etc.; f. 22, post Patriarcham Archiepiscopum, memorantur presbyteri et diaconi; f. 32ᵛ, in Oratione post Evangelium, habet petitionem pro exundatione Nili; f. 33ᵛ, ibid., om. « carcere detentos ». [2] (ff. 48ᵛ-98) Anaphora s. Basilii. Praemittitur, ff. 48ᵛ-49ᵛ post rubricam « Liturgia diaconi », admonitio quae, mendis scatens ut totus codex, inc.: ⲞⲨϨⲒ ⲈⲢⲀⲦⲈⲚ ⲐⲎⲚⲞⲨ ⲔⲀⲖⲞⲤ « State congrue » et des.: ⲠⲖⲨⲢⲒ Ⲟ ⲞⲢⲀⲚⲞⲤ ⲔⲈ Ⲏ ⲄⲒ ⲦⲎⲤ ⲀⲄⲒⲞⲤ ⲞⲨ (sic) ⲦⲀⲜⲒⲤ (f. 52ᵛ: ⲦⲎⲤ ⲀⲄⲒⲞⲤ ⲤⲞⲨ ⲆⲞⲜⲒⲤ) « plena sunt caelum et terra sanctae gloriae tuae » (v. similia apud Tuki, pp. ١٧٩-١٨٠, sub rubrica: « ... dicit diaconus ante ⲠⲢⲞⲤⲪⲈⲢⲒⲚ in diebus festis et dominicis »); f. 66ᵛ non habet monitum diaconi de legendis nominibus patriarcharum defunctorum (Vat. copt. 17, f. 44ᵛ); f. 67ᵛ, in Commemoratione Sanctorum, post s. Marcum, nominantur Severus, Dioscorus, Athanasius, Chrysostomus, Cyrillus, Gregorius, Basilius, Antonius, abba Paulus, tres Macarii, chorus Sanctorum »; f. 75, Orationem fractionis « Quum dedisti nobis » habet ante Orationem fractionis « Deus parens luminis »; dein f. 79, Orationem fractionis « Domine noster, Domine Deus ordinator luminis » (cf. cod. Vat. copt. 25, f. 215); f. 91ᵛ, addit alteram Orationem inclinationis capitis « Tu es qui vivificas vitam nostram » (Tuki, pp. ⲦⲘⲂ-ⲦⲘⲄ); ff. 97-98, in Oratione benedictionis quae inc. « Domini nostri patres », nominantur quattuor luminaria Michael, Gabriel, Raphael, Suriel, et post cho-

rum Martyrum, Macarius, abba Antonius, Iohannes, Pišoi, patres Graeci, Moyses, quadraginta novem Martyres...

2 (ff. 102-164ᵛ) Liturgia s. Gregorii, sub titulo: ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ̀ ⳿ⲧⲁ̀ⲛⲁⲫⲟⲣⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲅ̀ⲣⲓⲅⲟⲣⲓⲟⲥ ⲡⲓⲑⲉⲟⲗⲟⲅⲟⲥ بسم الله القوى قداس القديس اغريغوريوس الثاولوغوس « Cum Deo (ar.: in nomine Dei potentis). Anaphora s. Gregorii Theologi ». [1] (ff. 102-112) Ordo communis. F. 104ᵛ, Oratio veli des. ut in cod. Vat. copt. 24, f. 99ᵛ; f. 109, addit aliam Orationem osculi « Christe Deus noster, virtus tremenda » (Renaudot, p. 27). [2] (ff. 112ᵛ-164ᵛ) Anaphora, praemisso titulo: ⳿ⲧⲁⲛⲁⲫⲟⲣⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲅⲣⲓⲅⲟⲣⲓⲟⲥ ⲧⲟ (sic) ⲑⲉⲟ̀ⲗⲟⲅⲟⲥ قداس القديس اغريغوريوس الثاولوغوس « Anaphora s. Gregorii Theologi ». F. 138, in Oratione pro omnibus, post « secundum mensuram eorum », orationem complet verbis: « secundum gratiam tuam; laetifica faciem terrae... » quae sumenda monet cod. Vat. copt. 17 e Liturgia s. Basilii. Ff. 143, 144, in Commemoratione Sanctorum, post s. Marcum, nominantur Severus, Cyrillus, Gregorius, Basilius, Antonius, tres Macarii; f. 152, addit aliam Orationem fractionis « Tu enim es Verbum Patris » (Tuki, pp. ⲥⲙⲃ̅ – ⲥⲙⲉ̅); ff. 158ᵛ-160, integram habet Confessionem « Corpus sanctum » quae in cod. Vat. 17, f. 99 memoratur tantum utpote iam scripta in Liturgia s. Basilii; plane omittit Orationem absolutionis « Domine, Domine Deus Omnipotens » quae tamen legitur in Liturgia s. Basilii f. 83; f. 164ᵛ, Oratio inclinationis « Qui est et fuit », post verba « quod nos omnes consequi speramus » (Renaudot, p. 37), des. « et tu es ad quem mandamus sursum... usque ad saecula saeculorum. Amen » (Tuki, p. ⲥⲝ̅ⲁ̅).

3 (ff. 166-237) Liturgia s. Cyrilli. [1] (ff. 166-175) Ordo communis. [2] (ff. 175ᵛ-237) Anaphora. Ff. 183ᵛ-185, habet Orationem inscriptam « pro fluminibus vel fructibus »: ⲫⲙⲟϩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲓⲁⲣⲱⲟⲩ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ ⲥ̀ⲙⲟⲩ ⲉ̀ⲣⲱⲟⲩ̀ⲓ. ⲁⲛⲓⲧⲟⲩ ⲉ̀ⲡ̀ϣⲱⲓ « Plenitudinem fluminum aquarum benedic, deduc ea sursum » (cf. Tuki, pp. ⲥⲕ̅ⲉ̅ – ⲥⲕ̅ⲍ̅, qui inc. ⲁⲛⲓⲧⲟⲩ); f. 196ᵛ, Oratio pro vivis, in qua, post patriarcham, nominatur « episcopus ministerii eius socius », desinit: ⲛ̀ⲑⲏ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ ⲉⲧⲁⲕ (cf. cod. Vat. copt. 20, f. 104); ibid., nota arabica monet Orationem esse complendam e superiore Liturgia s. Basilii (cf. ff. 40-41ᵛ); f. 221ᵛ, Oratio prooemii fractionis « Iterum gratias agamus », titulo caret; f. 222ᵛ, Oratio fractionis ad Patrem « Deus qui praeordinasti nos » inscribitur arabice: « Oratio fractionis Severi »; f. 229ᵛ, add. Orationem fractionis ad Patrem: « Deus parens luminis » (cf. f. 77); f. 232ᵛ, sub titulo arabico: « Oratio, secrete,

secundo », addit Orationem inclinationis ⲛ̀ⲑⲟⲕ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲉ ⲉ̀ⲧⲁⲛⲣⲓⲕⲓ ⲛⲁⲕ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲛⲟⲥ « Tibi, Domine, inclinamus mentem nostram » (cod. Vat. copt. 21, ff. 64 sqq.); f. 235, Oratio inclinationis « Deus qui dilexisti nos », des. f. 237, « invidia, homicidium, dissensio » (Renaudot, pp. 50-51).

Codex, cuius lineae et columnae definiuntur ductu chartae impresso, complectitur quiniones viginti tres (ff. 1-230) et quaternionem unum (ff. 231-238); quinionum notae apparent in p. ultima fasc. 1 (ⲁ̅), in pp. extremis fasc. 2-8 (ⲃ̅-ⲏ̅), in sola p. prima fasc. 9-17 (ⲑ̅, ⲓ̅, ⲓ̅, sic, pro ⲓ̅ⲁ̅ primitus scripto cuius nota ⲁ̅ dein erasa, ⲓ̅ⲁ̅-ⲓ̅ⲉ̅); reliquorum fasc. notae desiderantur; pp. extremas fasc., praeterquam ff. 170ᵛ, 171, distinguit ornamentum minio tactum separans inscriptiones: ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ vel ⲩ̅ⲥ̅ ⲑ̅ⲥ̅ in p. ult. et ⲩ̅ⲥ̅ ⲑ̅ⲥ̅ vel ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ in p. prima passim, ⲩ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ (f. 130ᵛ) et ⲩ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ (f. 181); foliorum notas habent solae pp. extremae fasc. idque solum usque ad f. 70ᵛ (ⲟ̅). Cruces ff. 2ᵛ, 101ᵛ, 165ᵛ et ornamenta in capite uniuscuiusque Liturgiae, lineis inter se innexis atramento delineata, rubro, viridi et croceo pigmento sunt obducta; rubri coloris sunt tituli et rubricae, interpunctionis signa, puncta infixa litteris ⲫ, ϥ, ϩ et ϧ; minio leviter tacta sunt abreviationis signa et litterae marginales, quarum paucae, inter maiores, distinguuntur insuper pigmento viridi. Quandoque non minio sed atramento apposita sunt titulis et rubricis arabicis puncta diacritica.

F. 237ᵛ librarii subscriptio: ⲁⲣⲓⲡⲁⲙⲉⲩⲓ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲁⲅⲁⲡⲏ | ⲛⲁⲓⲟϯ ⲛⲉⲙ ⲛⲁⲥⲛⲏⲟⲩⲓ ⲉⲩ|ⲉϫⲟⲥ ϧⲉⲛ ⲧⲉϥⲁⲅⲁⲡⲓ ⲉ̀|ϧⲟⲩⲛ ⲫϯ· ϫⲉ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲉ|ⲡ̀ϧⲁⲉ̀ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲕⲟⲥⲙⲟⲥ | ⲉϥⲣⲁⲛⲁϥ ⲁⲛ ⲫϯ· ⲓⲥ ϯ|ⲙⲉⲧⲁⲛⲟⲓ ⲙ̀ⲡⲉⲣϥⲓⲱⲡ ⲛⲉ|ⲙⲏⲓ ⲉⲑⲃⲉ ⲛⲁⲛⲛⲟⲃⲓ ⲉⲧ|ⲟϣ ϫⲉ ⲙ̀ⲡⲁϯⲛⲟⲓ ⲁⲛⲉⲥ|ϧⲁⲓ ⲁⲓⲉⲥϧⲁⲓ ⲁ̀ⲛⲟⲕ ⲡⲓⲉ̀|ⲃⲓⲏⲛ ⲛ̀ⲧⲁⲗⲁ(ⲁ corr. in ⲉ)ⲡⲱⲣⲟⲥ· ⲡⲓ|ⲁⲧⲉⲙⲡ̀ϣⲁ ⲉⲙⲟⲩϯ ⲉ̀ⲣⲟⲓ ·|ϫⲉ ⲣⲱⲙⲓ · ϫⲉ ⲙⲁⲗⲓⲥⲧⲁ | ⲡⲓⲇⲓⲁ̀ⲕⲱⲛ ⲥⲱⲗⲟⲙⲟⲛ | ⲛ̀ϣⲱⲣⲡⲟ ⲡ̀ϣⲏⲣⲓ ⲙⲓⲭⲁⲏⲗ ·|ⲉⲧⲉ ⲡⲟⲗⲓⲥ ⲙⲟϧⲟⲛⲟⲛ· ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ | ⲙⲁⲙ̀ⲧⲟⲛ ⲛⲟⲩⲱ ⲉⲥⲉϣⲱ|ⲡⲓ ⲁ̀ⲙⲏⲛ· (f. 238) ⲡⲓⲱⲟⲩ ⲫⲁⲓ ⲥⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲓⲁ̀ⲃⲟⲧ|ⲕ̅ⲑ̅ ⲫⲁⲙⲉⲛⲱⲑ ϯⲣⲟⲙⲡⲓ | ⲑⲁⲓ ☧ ⳨ ,ⲁ̅ⲧ̅ⲗ̅ⲃ̅ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓ|ⲣⲏⲛⲏ ⲛ̅ⲧⲉ ⲫϯ ⲁ̀ⲙⲏⲛ· بالحب الروحانى | اذكرونى يا ابهاتى | واخوتى وقولوا | بحبة لله يا رب | ارحم اعجز العالم | الغير مرضى لله | ها مطانية لا تحاسبونى | لاجل خطاياى | الكثيرة فانى | لم افهم الكتابة | التى كتبتها انا | الحقير الشقي الغير | مستحق ان ادعا | اناسا لا سيما | شماسا سليمان | العريشى ابن ميخائيل | من ناحية مخنان | يا رب اعطهم نياحا | ابديا يكون امين ⊙ | كمل فى | التاسع والعشرين | من شهر برمهات | سنة الف وثلثمائة | اثنين وثلاثين للشهداء | بسلام من الرب امين. « Mementote mei, in charitate, patres mei et fratres mei, dicentes per amorem Dei: Domine miserere ultimi in mundo, qui Deo non placet. Ecce prostrationem! ne rationem poscas a me propter peccata mea multa, quia, non intellecto scripto (?), scripsi (ar. « nam ecce non intellexi scriptum quod scripsi ») ego pauper, humilis, indignus qui vocer homo, maxime diaconus, Salomon Šorpiensis (ar. al-ʿArīšī), filius Michaelis ex urbe (ar. nāḥyah) Moḫonon. Dominus det requiem eis. Fiat, amen. Hac die vigesima nona mensis barmahāt, anni huius epochae Martyrum 1332 (= an. D. 1616) in pace Dei. Amen ». F. 238, minio scriptum: وان وجدت عيبا فشد الخللا ∴ فجل من لا فيه عيبا وعلا « Si vero defectum inveneris, lacunam stringe. Excelsus est et gloriosus ille in quo non exstat macula ».

F. 1, manu secunda: ornamentum, seu porta, atramento delineatum, atque initium Liturgiae s. Basilii ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅... ⲟⲩⲟϩ; f. 1ᵛ *S. C. 52.* ductu cancellatum, dein: *nov. 27*, mu-

tatum: a) in *18*, b) in *26*; f. 2r, *18*; f. 238, in fine, super notulam latinam alia scripta est arabice calamo ita rudi ut neutram legere licuerit. Vacua sunt ff. 98v-101r, 165r, 238v.

In dorso tegumenti membranei, scuta Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii auro impressa; item, nota *18*, atramento correcta in *26*.

27. Saec. XV in., chart., mm. 270 × 180, ff. IV, 128, linn. 17.

Diaconale continens Officium diaconi in celebranda sacra Liturgia, canones pro diversis feriis et diebus festis, psallias; bohairice (interdum graece) et arabice, cum rubricis arabicis.

1 (ff. 1-31v) Officium diaconi. Fere omnia, licet non semper ad litteram nec ordine continuo, leguntur in opere copto-arabico quod edidit Raph. Tuki, Romae, 1736, sub titulo ⲡⲓϫⲱⲙ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓϣⲟⲙⲧ ⲛ̀ⲁⲛⲁⲫⲟⲣⲁ ⲉ̀ⲧⲉ ⲛⲁⲓ ⲛⲉ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲃⲁⲥⲓⲗⲓⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲅⲣⲏⲅⲟⲣⲓⲟⲥ ⲡⲓⲑⲉⲟⲗⲟⲅⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲕⲩⲣⲓⲗⲗⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲛⲓ ⲕⲉ ⲉⲩⲭⲏ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ « Liber triplicis anaphorae, nempe s. Basilii, s. Gregorii theologi et s. Cyrilli, necnon aliae preces »; partim iam habentur in operis huius sectione quae inscribitur ϯⲙⲉⲧⲣⲉϥϣⲉⲙϣⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲇⲓⲁ̀ⲕⲟⲛⲟⲥ ϧⲉⲛ ϯⲡⲁⲣⲟⲩⲥⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲡⲁⲧⲣⲓⲁⲣⲭⲏⲥ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲉ̀ⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ « Officium diaconi coram patriarcha et episcopis » (Tuki, op. laud., p. ١٦٨-١٨٤); nonnulla insuper sunt propria liturgiis s. Gregorii et s. Cyrilli (Tuki, pp. ⲣⲡⲉ - ⲥⲝⲁ et ⲥⲝⲃ - ⲧⲙⲅ) maxime autem s. Basilii (Tuki, pp. ⲅ - ⲣⲡⲅ). Tuki enim ipsis Liturgiis seu Anaphoris plene inserendas curavit partes diacono proprias quas plerique Anaphorarum codices, utpote diaconali servatas, parce tantum memorant (cf. dicta de cod. Vat. copt. 17): v. insuper Cl. Labib, ⲡϫⲱⲙ ⲛ̀ϯⲙⲉⲧⲣⲉϥϣⲉⲙϣⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲇⲓⲁ̀ⲕⲱⲛ « Liber ministerii diaconi », Heliopoli, 1920, bohairice et arabice.

F. 1, praemisso bis titulo: خدمة الشماس « Ministerium diaconi », et praeambulis ⲓⲥ ⲡⲁⲧⲏⲣ ⲁⲅⲓⲟⲥ... « ecce Pater sancte... », ⲉⲩⲗⲟⲅⲓⲧⲟⲥ ⲕ̅ⲥ̅... « benedictus Dominus... », ⲛⲓⲉⲑⲛⲟⲥ ⲑⲏⲣⲟⲩ... « omnes gentes... », ⲇⲟⲝⲁ ⲡⲁⲧⲣⲓ... « gloria Patri », ⲉ̀ⲡⲓ ⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲭⲏ ⲥⲧⲁⲑⲓⲧⲉ... ⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲝⲁⲥⲑⲉ, ⲕ̅ⲉ̅ ⲉ̀ⲗⲉⲏ̀ⲥⲟⲛ « orate... » (Tuki, pp. ١٦٨-١٧٠ passim), exhibet librarius (f. 2) invitationem ⲧⲱⲃϩ ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫϯ ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ « orate ut Deus misereatur nostri » fere ut ap. Tuki, p. ١٧١, non tamen absque quadam oscitatione; nempe post verba ⲧⲱⲃϩ... ϧⲁⲣⲟⲛ « orate... super nos », litteris communibus exarata et rubricam arabicam « dicitur pro patriarcha », prosequitur scriptura graciliore et omissa versione arabica: ⲛ̀ⲧⲉϥⲥⲱⲧⲉⲙ

ⲉ̀ⲣⲟⲛ (add. in mg.) ⲛ̀ⲧⲉϥⲧⲉⲣ (Tuki ϫⲉⲣ) ⲡⲓⲣⲁⲥⲙⲟⲥ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉ̀ⲃⲟⲗ « ut audiat nos, ut dispergat omnem tribulationem » usque ad verba ⲉϥⲉ̀ϯ ⲛⲁϥ ⲛ̀ⲟⲩⲥⲏⲟⲩ ⲛ̀ϫⲁⲙⲉ ⲛ̀ⲛⲟⲧⲉⲙ « dabit ei tempus tranquillum, serenum », ut desinat (ff. 2ᵛ-3) consuetis litteris crassioribus ⲛ̀ⲧⲉϥⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉ̀ⲣⲟⲛ · ⲛ̀ⲧⲉϥϭⲓ ⲛ̀ⲛⲓϯϩⲟ ... ⲛⲉⲛⲛⲟⲃⲓ « audiat nos et accipiat orationes ... peccata nostra » (ut ap. Tuki, p. ١٧٢), minio tamen cancellatis ⲛ̀ⲧⲉϥⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉ̀ⲣⲟⲛ; f. 3, ea pars quae scriptura communi, crassiore nempe, est exarata eumdem exhibet textum ac Tuki, p. ⲕⲁ (ⲧⲱⲃϩ... ⲛⲟⲃⲓ) et cod. Vat. copt. 28, ff. 2ᵛ-3; ff. 3-4, post ⲕⲉ ⲉ̀ⲗⲉⲏⲥⲟⲛ, ⲥⲱⲑⲓⲥ ⲁ̀ⲙⲏⲛ (Vat. copt. 28, f. 3ᵛ ⲥⲱⲑⲓⲥⲟⲙⲉⲛ), ⲉ̀ⲡⲓ ⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲭⲏ ⲥⲧⲁⲑⲓⲧⲉ..., leguntur invitationes: ⲡⲣⲟⲥ. ⲩ̀. ⲧⲟⲛ ⲑⲩⲥⲓⲁ̀..., ⲩ̀. ⲧⲏⲥ ⲓ̀ⲣⲏⲛⲏⲥ... ⲩ̀. ⲧⲟⲛ ⲁⲣⲭⲏⲉ̀ⲣⲉ ⲏ̀ⲙⲱⲛ..., ⲩ̀. ⲧⲏⲥ ⲁ̀ⲅⲓⲁⲥ ⲉⲕⲕⲗ., « orate pro sacrificio... pro pace... pro archipresbytero nostro... pro sancta Ecclesia » (Tuki, pp. ⲗⲉ-ⲗⲍ); dein: f. 4, ⲡⲁⲩⲗⲟⲥ ⲫⲃⲱⲕ « Paulus servus » (Tuki, p. ⲙⲁ), ⲡϩⲙⲟⲧ ⲅⲁⲣ « gratia enim » (Tuki, p. ⲙⲏ, pro ⲙⲋ); f. 4ᵛ, ⲕⲁⲑⲟⲗⲓⲕⲟⲛ ⲡⲉⲧⲣⲟⲩ ⲛⲁⲙⲉⲙⲣⲁϯ ⲙⲡⲉⲣⲙⲉⲛⲣⲉ « Catholicon Petri, Dilecti mei nolite diligere » (Tuki, p. ⲛ); f. 5, ⲡⲣⲁⲝⲓⲥ « Actus » (Tuki, p. ⲛⲉ), ⲡⲓⲥⲁϫⲓ ⲇⲉ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅ « verbum autem Domini » (Tuki, p. ⲛⲍ); f. 5ᵛ in mg. exter., sub rubrica arabica: « pro diebus Pentecostis, Deo iuvante », ⲭ̅ⲣ̅ⲥ̅ ⲁⲛⲉⲥⲧⲓ « Christus surrexit » (Tuki, pp. ١٦٢, ١٦٣); ff. 5ᵛ-6, post ⲁⲅⲓⲟⲥ... ⲉ̀ⲡⲓ ⲡⲣ...; ⲡⲣⲟⲥ. ⲩ̀. ⲧ. ⲁ̀ⲅⲓⲟⲩ ⲉⲩⲁⲅⲅ... et rubricam ⲯⲁⲗⲙ. ⲧⲱ ⲇⲁ̀ⲇ, habet: ⲥⲧⲁⲑⲏⲧⲉ ⲙⲉⲧⲁ ⲫⲟⲃⲟⲩ « state cum timore »; ⲕⲉ ⲉⲩⲗⲟⲅⲓⲥⲟⲛ « Domine benedic »; ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ « Domine noster » (Tuki, pp. ⲝⲁ, ⲝⲃ); ff. 6-7, ⲡⲣⲟⲥ. ⲩ̀. ⲧ. ⲛⲟⲥⲟⲩ⟨ⲛ⟩ⲧⲱⲛ... « orate pro infirmis » etc., ut ap. Tuki, pp. ⲟ - ⲟⲅ, at om. « pro salute hominum », « pro salute mundi » (Tuki, p. ⲟⲃ) et rubricas ⲕⲗⲓⲛⲱⲙⲉⲛ ⲧⲁ̀ ⲅⲟⲛⲁⲧⲁ... (Tuki, pp. ⲟⲁ - ⲟⲅ); f. 7, ⲥⲱⲑⲏⲥ... ⲉ̀ⲡⲓ ⲡⲣ., ⲡⲣⲟⲥ. ⲩ̀. ⲧ. ⲓ̀ⲣⲏⲛⲏⲥ, ⲡⲣⲟⲥ. ⲁⲣⲭⲏⲉ̀ⲣⲉ, ⲡⲣⲟⲥ. ⲁ̀ⲅⲓⲁⲥ ⲉⲕⲕⲗⲏ. formula breviore (Tuki, pp. ⲟⲉ - ⲡⲅ); f. 7ᵛ-10, ⲉⲛ ⲥⲟⲫⲓⲁ̀ ⲑ(ⲉⲟ)ⲩ et professio fidei ⲧⲉⲛⲛⲁϩϯ (ut ap. Tuki, pp. ⲡⲉ - ⲡⲍ; hic tamen post ϧⲉⲛ ⲫⲓⲱⲧ, add. ⲛⲉⲙ ⲡϣⲏⲣⲓ « filioque »); ff. 10-12, post ⲉ̀ⲡⲓ ⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲭⲏ ⲥⲧⲁⲑⲓⲧⲉ, habet: ⲡⲣⲟⲥ. ⲩ̀. ⲧ. ⲧⲉⲗⲓⲁⲥ ⲏ̀ⲣⲏⲛⲏⲥ « orate pro pace perfecta » aliasque partes diaconi: ⲁⲥⲡⲁⲍⲉⲥⲑⲉ, ⲁⲣⲓⲁⲥⲡⲁⲍⲉⲥⲑⲉ, ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲛⲥⲱⲧⲏⲣ, ⲕⲉ ⲉ̀ⲗⲉ̀ⲏⲥⲟⲛ, ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ quae passim leguntur ap. Tuki, pp. ⲡⲏ - ϥⲋ); f. 12 (ubi absque rubrica inc. Anaphora) ⲡⲣⲟⲥⲫⲉⲣⲓⲛ..., ⲉⲗⲉⲟⲥ..., ⲉ̀ⲭⲱⲙⲉⲛ..., ⲁⲝⲓⲟⲛ..., ⲓ̀ⲕⲁⲑⲓⲙⲉⲛⲓ..., ⲓⲥ ⲁⲛⲁⲧⲟⲗⲁⲥ... (Tuki, pp. ϥⲋ - ϥⲑ), ⲡⲣⲟⲥⲭⲱⲙⲉⲛ, ⲁⲅⲓⲟⲥ... (Tuki, p. ⲣⲅ); f. 12ᵛ, praemissa rubrica arabica « Dicitur in Liturgia s. Gregorii », ⲱ̀ⲥⲁⲛⲛⲁ... (Tuki, p. ⲥⲅ); ff. 13-14ᵛ, varia sive a populo sive a diacono infra Missam

dicenda: ⲕⲁⲧⲁ ⲧⲟ ⲉ̀ⲗⲉⲟⲥ... ⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲟ̀ⲙⲉⲛ..., ⲁ̀ⲙⲏⲛ... ⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲟ̀ⲙⲉⲛ..., ⲁⲙⲏⲛ... ⲕⲉ ⲡⲁⲗⲓⲛ..., ⲁⲙⲏⲛ... ⲧⲟⲛ ⲑⲁⲛⲁⲧⲟⲛ..., ⲟⲩⲱϣⲧ..., ⲡⲣⲟⲥ-ⲭⲱⲙⲉⲛ ⲁ̀ⲙⲏⲛ, ⲡⲣⲟⲥ. ⲩ̀. ⲧ. ⲏ̀ⲣⲏⲛⲏⲥ, ⲩ̀. ⲧ. ⲁⲣⲭ., ⲩ̀. ⲧ. ⲡⲣⲉⲥⲃ..., ⲉ̀ⲗⲉⲏ̀ⲥⲟⲛ ⲏ̀ⲙⲁⲥ..., ⲡⲣⲟⲥ. ⲩ̀. ⲧ. ⲥⲱⲧⲏⲣⲓⲁ̀ (Tuki, pp. ⲣ̅ⲉ̅ - ⲣ̅ⲓ̅ⲏ̅); f. 14ᵛ, post ⲧⲱⲃϩ monet rubrica arabica hortationes ⲧⲱⲃϩ « orate » sumendas esse ex Ṭabaḥāt s. Cyrilli, cf. ff. 24ᵛ sqq.; ff. 14ᵛ, ⲡⲣⲟⲥ. ⲩ̀. ⲧ. ⲁ̀ⲅⲓⲟⲛ ⲧⲓⲙⲓⲙ (sic)..., ⲛⲏ ⲉⲧⲟϣ... « qui legunt » (Tuki, pp. ⲣ̅ⲕ̅, ⲣ̅ⲕ̅ⲉ̅); ff. 15-18ᵛ, in diptychis: ⲉⲩⲭⲏⲁⲥ ⲕⲉ ⲡⲣⲉⲥⲃⲓⲁⲥ ⲧⲏⲥ ⲡⲁⲛⲁⲅⲓⲁⲥ (cf. Labib, ⲡϫⲱⲙ ⲛ̀ϯⲙⲉⲧⲣⲉϥϣⲉⲙϣⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲗⲓⲁ̀ⲕⲱⲛ, pp. ⲙ̅ⲍ̅ sqq.), recensentur octoginta octo patriarchae Alexandrini, a Marco Evangelista ad Gabrielem V (A. D. 1409-1428) necnon patriarcha Antiochenus Severus; f. 18ᵛ, in imo mg. et f. 19, in summo mg., secunda manus adiecit nomina patriarcharum Alexandrinorum Iohannis XI (A. D. 1428-1453) aliorumque usque ad Iohannem XIII (A. D. 1480-1483); f. 19, in commemoratione monachorum, nominantur Antonius, Paulus, tres Macarii, Iohannes, Pišoi, Paulus, Isidorus, Maximus et Dometius, Moyses, Daniel, Pachomius, Šenoute, Barsôma et Paphnutius; f. 19ᵛ-20ᵛ, ⲧⲱⲃϩ ⲉ̀ϫⲉⲛ ⲛⲉⲛⲓⲟϯ ⲛⲉⲙ ⲛⲉⲛⲥⲛⲏⲟⲩ ⲉ̀ⲧⲁⲩⲉⲛⲕⲟⲧ « Orate pro patribus et fratribus nostris defunctis » (Tuki, pp. ⲥ̅ⲡ̅ⲏ̅, ⲥ̅ⲡ̅ⲑ̅); f. 20ᵛ, praemissa nota arabica « Dicitur in missa s. Gregorii », ⲃⲱⲗ ⲉ̀ⲃⲟⲗ « solve » (Tuki, p. ⲥ̅ⲗ̅ⲉ̅); f. 21, ⲱⲥⲡⲉⲣ..., ⲕⲉ ⲧⲟ ⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ⲧⲓⲥ... (Tuki, pp. ⲥ̅ⲗ̅ⲍ̅, ⲥ̅ⲗ̅ⲏ̅); f. 21ᵛ, ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲉⲧϧⲉⲛ ⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ̀ « Pater noster qui es in coelis », solum initium cum adiecta nota arabica « Scriptum in hymno angelico »; f. 21ᵛ, ⲧⲁⲥ ⲕⲉⲫⲁ-ⲗⲁⲥ..., ⲡⲣⲟⲥⲭⲱⲙⲉⲛ..., ⲕⲉ ⲧⲟ ⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ⲧⲓⲥ... (Tuki, pp. ⲣ̅ⲙ̅ⲍ̅, ⲣ̅ⲙ̅ⲏ̅), ⲙⲉⲧⲁ ⲫⲱⲃⲟⲩ..., ⲓⲥ ⲡⲁⲧⲏⲣ ⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ..., ⲧⲱⲃϩ ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉ̀ϫⲱⲛ « Orate pro nobis » (Tuki, p. ⲣ̅ⲛ̅ⲑ̅); f. 22, ⲥⲙⲟⲩ ⲉ̀ⲫϯ... « Benedicite Domino... », solum initium Ps. 150, cum rubrica arabica « Scriptum post canticum quartum »; dein, sub nota « Dicitur in sancta quadragesima »: ⲥⲱⲙⲁⲧⲟⲥ..., ⲫⲁⲓ ⲡⲉ ⲡⲥⲱⲙⲁ... (Tuki, p. ⲣ̅ⲝ̅ⲃ̅); ff. 22ᵛ-23, ⲉ̀ⲡⲓ ⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲭⲏ ⲥⲧⲁⲑⲓⲧⲉ, ⲡⲣⲟⲥ-ⲉⲩⲝ. ⲩ̀. ⲧⲏⲥ ⲁ̀ⲝⲓⲟⲥ..., ⲧⲁⲥ ⲕⲉⲫ..., ⲏ̀ ⲭⲁⲣⲓⲥ... (Tuki, pp. ⲣ̅ⲝ̅ⲑ̅, ⲣ̅ⲟ̅ⲁ̅, ⲣ̅ⲟ̅ⲑ̅); f. 23, ⲧⲱⲃϩ ⲉ̀ϫⲉⲛ ϯϩⲓⲣⲏⲛⲏ... « Orate pro pace » (Tuki, pp. ⲣ̅ⲟ̅ⲏ̅, ⲣ̅ⲟ̅ⲑ̅); f. 23ᵛ, sub rubrica arabica « Dicitur in fine officii matutini, quando celebratur missa », ⲧⲁⲭⲟⲩⲧⲉⲣⲟⲛ ⲁ̀ⲡⲁⲛⲧⲉⲥ (Tuki, p. ١٠٦); f. 24, sub rubrica arabica « Dicitur extra celebrationem missae », ⲙⲁϣⲉ ⲛⲱⲧⲉⲛ « recedite » (Tuki, p. ١٠٧) et, sub rubrica « Dicitur in Liturgia s. Gregorii », ⲟⲩⲱϣⲧ ⲙ̀ⲡⲓϩⲓⲏⲃ « Adorate agnum » (Tuki, p. ⲥ̅ⲕ̅ⲅ̅); ⲡⲣⲟⲥ. ⲩ̀. ⲧ. ⲁ̀ⲅ. ⲁ̀ⲉ̀ⲣⲱⲛ (Tuki, p. ⲥ̅ⲕ̅ⲑ̅); ⲡⲣⲟⲥ. ⲩ̀. ⲧ. ⲫⲩⲗⲟⲭⲩ..., ⲩ̀. ⲧ. ⲉⲛ ⲡⲁⲗ-ⲗⲁⲧⲓⲱ̀..., ⲩ̀. ⲧ. ⲉⲭⲙⲁⲗ..., ⲕⲗⲓⲛⲁⲧⲉ..., ⲉ̀ⲗⲉⲏ̀ⲥⲟⲛ... (Tuki, pp. ⲥ̅ⲕ̅ⲃ̅ -

ϲⲕ̅ⲁ̅); f. 25, praemissa (f. 24v) rubrica quae monet haec « orate » dici in Liturgia s. Cyrilli, ⲧⲱⲃϩ ⲉ̀ϫⲉⲛ ϯϩⲓⲣⲏ (solum initium cum notula « scriptum antea ») « Orate pro pace » (Tuki, p. ⲥ̅ⲟ̅ⲋ̅); ff. 25-31, ⲧ. ⲉ̀ϫ. ⲛⲉⲛⲓⲟϯ ⲛⲉⲙ ⲛⲉⲛⲥⲛⲏⲟⲩ ⲉⲧϣⲱⲛⲓ... « Orate pro patribus et fratribus nostris aegrotantibus » (Tuki, p. ⲥ̅ⲟ̅ⲑ̅); ⲧ. ⲉ̀ϫ. ⲛⲉⲛⲓⲟϯ ⲛⲉⲙ ⲛⲉⲛⲥⲛⲏⲟⲩ ⲉ̀ⲧⲁⲩϣⲉ ⲉⲡϣⲉⲙⲙⲟ... « Orate pro patribus et fratribus nostris peregrinantibus » (Tuki, p. ⲥ̅ⲡ̅ⲁ̅); ⲧ. ⲉ̀ϫ. ⲡϫⲓⲛⲙⲟϣⲓ ⲉⲡϣⲱⲓ... « Orate pro incremento », ⲧ. ⲉ̀ϫ. ⲛⲓⲥⲓϯ... « Orate pro seminibus », ⲧ. ⲉ̀ϫ. ⲛⲓⲁ̀ⲏⲣ... « Orate pro aere » (Tuki, pp. ⲥ̅ⲕ̅ⲉ̅ - ⲥ̅ⲕ̅ⲑ̅); ⲧ. ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲭ̅ⲥ̅... « Orate ut Christus », ⲧ. ⲉ̀ϫ. ⲛⲉⲛⲓⲟϯ ⲛⲉⲙ ⲛⲉⲛⲥⲛⲏⲟⲩ ⲉ̀ⲧⲁⲩⲉⲛⲕⲟⲧ (solum initium cum notula « scriptum antea ») « Orate pro patribus et fratribus defunctis », ⲧ. ⲉ̀ϫ. ⲛⲏⲉⲧϥⲓ ⲙ̀ⲫⲣⲱⲟⲩϣ... « Orate pro iis qui curam gerunt », ⲧ. ⲉ̀ϫ. ⲡⲱⲛϧ... « Orate pro vita », ⲧ. ⲉ̀ϫ. ⲛⲉⲛⲓⲟϯ ⲛ̀ⲉ̀ⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ... « Orate pro patribus nostris episcopis », ⲧ. ⲉ̀ϫ. ⲡⲥⲱϫⲡ... « Orate pro reliquis », ⲧ. ⲉ̀ϫ. ⲡⲥⲉⲙⲛⲓ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲧⲟⲡⲟⲥ... « Orate pro securitate huius monasterii », ⲧ. ⲉ̀ϫ. ⲛⲏ ⲉⲧⲟ̀ϩⲓ ⲉ̀ⲣⲁⲧⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲙⲁ... « Orate pro iis qui stant in hoc loco », ⲧ. ⲉ̀ϫ. ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉ̀ⲧⲁⲩϩⲟⲛϩⲉⲛ ⲛⲁⲛ... « Orate pro omnibus qui nobis commendati sunt », ⲧ. ⲉ̀ϫ. ⲡⲁⲓⲕⲉⲓⲉ̀ⲣⲁⲧⲓⲟⲛ... « Orate etiam pro hoc clero », ⲧ. ⲉ̀ϫ. ⲛⲉⲛϫⲓⲛⲑⲱⲟⲩϯ (pro ⲡⲉⲛϫⲓⲛⲑⲱⲟⲩϯ)... « Orate pro congregatione nostra » (Tuki, pp. ⲥ̅ⲡ̅ⲅ̅ - ⲧ̅ⲉ̅); f. 31v, sub rubrica arabica « Legitur in hebdomada Paschatis », ⲕⲉ ⲩ̀. ⲑⲟⲩ ⲕⲁⲧⲁⲝⲓⲟⲩⲑⲉⲛⲉ ⲏ̀ⲙⲁⲥ (Tuki, p. ١٦٤).

2 (ff. 32-90v) Canones pro variis feriis et diebus festivis, sub titulo arabico: هولاء القوانين « Hi sunt canones ». [1] (ff. 32-47) Canones novem pro adoratione Crucis, ut apud Tuki, ⲡⲓϫⲱⲙ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓϣⲟⲙⲧ ⲛ̀ⲁⲛⲁⲫⲟⲣⲁ, pp. ٢٦٥-٢٨١, in nonnullis tamen discrepantes, nec eodem continuo ordine; hic enim, pp. ٢٦٩ sq., canonem nostrum septimum (ⲁⲩϯⲓϥⲧ ⲛⲁⲕ « clavis fixerunt te ») ponit inter canones secundum et tertium (f. 35v, initio canonis tertii pro adoratione Crucis ante ⲧⲉⲛⲓ̀ⲛⲓ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲛⲁⲕ, scripserat librarius: ⲟⲩϩⲱⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ϩⲁⲛⲁ̀ⲧⲟⲟⲩ « Canticum matutinum », ut habet etiam cod. Vat. copt. 28, f. 78v; idem autem librarius litteris ⲧⲟⲟⲩ minio cancellatis, superscripsit ⲣⲟⲩϩⲓ « vesper » quod habet Tuki ad eumdem canonem (p. ٢٧١), sed quarto loco positum); [2] (ff. 47-48v) Canon pro nuptiis Cana in Galilaea (T., p. ٢١٢); [3] (ff. 48v-50) Canon pro festo B. M. V. (T., p. ٢٦١); [4] (ff. 50-51) Canon pro cruce (T., p. ٢٣٥) [5] (ff. 51-53v) Canon pro Nativitate sancta (T., p. ٢٠٩); [6] (ff. 53v-54) Canon

pro martyribus et sanctis (T., p. ٢٦٤); [7] (ff. 54v-67) Canones septem pro festis dominicalibus: (ff. 54v-55v) pro Annuntiatione sancta (T., p. ٢٣٣); (ff. 56-58) pro Nativitate gloriosa (T., p. ٢٠٤); (ff. 58-59v) pro Epiphania gloriosa (T., p. ٢٠٨); (ff. 59v-61) pro dominica Palmarum (T., p. ٢٤٤); (ff. 62-63v) pro dominica Paschatis (T., p. ٢٥٢); (ff. 64-65v) pro die Ascensionis (T., p. ٢٥٥); (ff. 65v-67) pro dominica Pentecostis (T., p. ٢٥٧). F. 67, subscriptio: كملت قوانين السبعة اعياد السيدية بسلام الرب امين ⊙ وبدوهم قانون البشارة « Desinunt canones septem pro festis dominicalibus. In pace Domini. Amen. Incipiunt autem a canone Annuntiationis »; [8] (ff. 67v-74v) Canones pro dominicis quattuor mensis kīhak (T., pp. ١٩٤-٢٠٢); f. 74, subscriptio: كملوا قوانين شهر كيهك بسلام الرب امين « Desinunt canones pro mense kīhak. In pace Domini. Amen »; [9] (ff. 75-90v) Canones pro ieiunio Ninivitarum et pro sancta quadragesima (T., pp. ٢١٤-٢٣٣); f. 90, subscriptio: كملت قوانين الصوم المقدس بسلام الرب اميـن « Desinunt canones pro sancto ieiunio. In pace Domini. Amen ».

3 (ff. 91-128) Psalliae. [1] (ff. 91-96v) Psallia pro caelestibus et terrestribus, Batos; inc.: ⲁⲙⲱⲓⲛⲓ ⲧⲏⲣⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲑⲉⲗⲏⲗ ⲙⲁⲣⲉⲛϯϩⲟ ϧⲉⲛ ⲛⲉⲛϣⲗⲏⲗ « Venite omnes cum laetitia, precemur in orationibus nostris », des.: ⲡⲓⲟⲩⲁⲓ ⲡⲓⲟⲩⲁⲓ ⲕⲁⲧⲁ ⲡⲉϥⲣⲁⲛ · ⲉ̀ⲣⲉ ⲡⲟⲩⲥⲙⲟⲩ ϣⲱⲡⲓ ⲛⲉⲙⲁⲛ. ⲉ̀ϣⲟⲡ... « unusquisque secundum nomen eius; benedictio eorum sit nobiscum. Si... »; [2] (ff. 97-102v) item, Adam; inc.: ⲁⲙⲱⲓⲛⲓ ⲙⲁⲣⲉⲛⲟⲩⲱϣⲧ ⲛ̀ϯⲧⲣⲓⲁⲥ ⲉ̀ⲑⲩ « Venite adoremus Trinitatem sanctam », des.: ⲁ̀ⲣⲓ ⲟⲩⲛⲁⲓ ⲛⲉⲙⲁⲛ ϧⲉⲛ ⲧⲉⲕⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ « miserere nostri in regno tuo »; [3] (ff. 103-106v) Psallia pro cantico tertio, Batos; inc.: ⲁⲣⲓⲯⲁⲗⲓⲛ ⲉ̀ⲫⲏ ⲉ̀ⲧⲁⲩⲁϣϥ « Psallite ei quem suspenderunt » (Tuki, ⲡⲓϫⲱⲙ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲑⲉⲟⲧⲟⲕⲓⲁ, p. ⲥⲡⲉ̅ pro ⲥϥⲉ̅); [4] (ff. 106v-109v) Psallia in honorem B. M. V., dicenda mense kīhak, Adam; inc.: ⲁⲙⲱⲓⲛⲓ ⲛⲓⲗⲁⲟⲥ « Venite populi » (T., p. ⲧⲅ̅, pro ⲧⲓⲅ̅); [5] (ff. 109v-111v) Psallia ad ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲓⲏ̅ⲥ̅ « Domine mi Iesu », Batos; inc.: ⲁⲓⲛⲁϩϯ ⲉ̀ⲣⲟⲕ ⲩ̅ⲥ̅ ⲑ̅ⲥ̅ « Credidi tibi, Fili Dei », des.: ⲡⲓⲱ̀ⲟⲩ ⲛⲁⲕ ⲁ̅ⲗ̅. ⲡⲉⲛⲥⲱⲣ ⲩ̅ⲥ̅ ⲑ̅ⲥ̅ « gloria tibi, alleluia, Salvator noster, Fili Dei »; [6] (ff. 111v-116) Psallia in Virginem, Batos; inc.: ⲁⲓⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉ̀ⲛⲓⲥⲁϧ « Audivi doctores » (T., p. ⲥ̅ⲕ̅ⲏ̅); [7] (ff. 116-122) Psallia Domine mi Iesu, Batos; inc.: ⲁⲓⲉⲣϩⲉⲗⲡⲓⲥ ⲉ̀ⲡⲉⲕⲟⲩϫⲁⲓ · ⲫϯ ⲛ̀ⲧⲉ ⲧⲁⲥⲱⲧⲏⲣⲓⲁ̀ « Speravi in salute tua, Deus redemptionis meae », des.: ⲫⲱⲕ ⲡⲉ ⲡⲓⲱ̀ⲟⲩ ⲁ̅ⲗ̅. ⲉϣⲟⲡ...

« tua est gloria, alleluia. Si... »; ff. 126 et 122, manus secunda adiecit notam arabicam « Pro versiculis (tropariis) Evangeliorum »; [8] (ff. 122-128) Psallia Batos; inc.: ⲁⲓⲱϣ ⲛ̀ⲧⲁⲥⲙⲏ ⲉⲡϣⲱⲓ ϩⲁⲣⲟⲕ ⲡⲁ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ « Clamavi voce mea ad te, Domine mi Iesu », des.: ⲁⲣⲓⲟⲩⲓ (sic) ⲛⲁⲓ ⲛ̀ⲛⲉⲛⲯⲩⲭⲏ · ⲇⲟⲝⲁ ⲡⲁⲧⲣⲓ « miserere animarum nostrarum. Gloria Patri »; f. 128 (inc. ⲟⲩⲟϩ ⲕⲁϯ ⲉ̀ⲡⲁϭⲣⲱⲟⲩ) est manus recentioris.

Codex constat fasciculis ⲕ̅ⲉ̅ – ⲗ̅ⲑ̅; sunt autem quiniones praeter fasc. ⲕ̅ⲉ̅, ⲗ̅ⲉ̅ et ⲗ̅ⲑ̅ quorum primus habet ff. 6, secundus ff. 8 et ult. ff. 3 chartae primigeniae; ff. I-III necnon ff. 128 et IV sunt chartae posterioris et notis copticis carent; in ff. pristinis notae copticae fasciculorum appositae sunt paginis extremis in summo mg. interno, in summo autem mg. ext., notae syriacae, inde a [ܟܗ] ad ܠܛ, quarum nonnullae partim vel totaliter resectae sunt, notae vero foliorum (ⲥ̅ⲛ̅ⲉ̅ – ⲧ̅ⲡ̅ⲩ̅) singulis paginis aversis necnon paginis rectis initio fasciculorum; imis ff. rectis impressi sunt numeri 1-128. Ff. extrema fasciculorum distinguit ornamentum eiusdem semper indolis minio tactum, cum invocationibus ⲩ̅ⲥ̅ ⲑ̅ⲥ̅, ⲓ̅ⲥ̅ ⲭ̅ⲥ̅ (f. 105) vel ⲩ̅ⲥ̅ ⲭ̅ⲥ̅ (f. 37) initio et ⲓ̅ⲥ̅ ⲭ̅ⲥ̅ vel ⲩ̅ⲥ̅ ⲑ̅ⲥ̅ (f. 104v) in fine. Minio usus est insuper librarius in litteris marginalibus communibus, in punctis quibus signantur ductus super voces contractas et numeros vel quae infixa sunt litteris ⲫ, ϭ, ϩ; rubra sunt demum signa interpunctionis, tituli, pleraeque paragraphorum lineae initiales, sive integrae sive ex parte, linea quae initio sectionum sequitur lineas litteris maioribus scriptas; lineae istae maiores, saepe minio tactae, plerumque incipiunt littera rubra grandiore; rubricae nunc minio, nunc atramento exaratae sunt. Ff. 1 et 32, fasciae, quae titulos portant arabicos pigmento albo exaratos, et stellae aurum exhibent colore rubro et caeruleo ornatum, ibidemque deauratae sunt litterae lineae primae. Ornamenta deaurata cod. Vat. 27 et cod. Vat. 16 (an. D. 1345) eiusdem sunt indolis non tamen eiusdem aetatis, quum in cod. Vat. 27 f. 18v, librarius pristinus iam seriem patriarcharum Alexandrinorum protraxerit usque ad Gabrielem V (an. D. 1409-1428). In summo f. 1, nota *nº 27*. Ff. I-III, 128v et IV vac.

Integumentum codicis, e corio rubro confectum, auro impressa praebet ornamenta necnon notam codicis *27* ac scuta Pii VI et Francisci de Zelada card. bibliothecarii.

28. An. 1306 (an. Mart. 1023, cf. f. 100v) et 1602-1617 (cf. f. 35v), chart., mm. 172 × 125, ff. 100, lin. 13 et 14.

Diaconale continens Officium diaconi in celebranda s. Liturgia, hymnos, canones varios et tabulam numerorum, bohairice (interdum graece) cum rubricis et notis arabicis. Codex, quem exscripsit Raphael Tuki, in cod. Borgiano coptico 9, ff. 106-156, in plerisque consentit cum cod. Vat. copt. 27; quae maxime discrepant hic recensemus.

1 (ff. 1-62) Officium diaconi, praemissis invocatione ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ بسم الله et titulo: ⲡⲓϣⲉⲙϣⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲇⲓⲁ̀ⲕⲱⲛ خدمة الشماس « Ministerium diaconi ». F. 1v, ante ⲛⲓⲉⲑⲛⲟⲥ addit: ⲙⲁⲣⲉϥⲭⲟⲥ ⲯⲁⲗⲙⲟⲥ ⲣ̅ⲓ̅ⲉ̅ « Dicat

ps. 116 »; f. 2ᵛ, om. quae cod. Vat. 27, f. 2, adiecit scriptura graciliore; f. 3, ante ⲥⲱⲑⲓⲥ (f. 3ᵛ) habet: ⲓ̇ⲧⲁ ⲡⲓⲇⲓⲁ̇ⲕⲱⲛ ⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲝⲁⲥⲑⲉ ⲏ̇ⲡⲉⲣ (sic) ⲧⲏⲥ ⲁ̇ⲅⲓⲁ̇ⲟⲩ (sic) ⲧⲣⲁⲡⲉⲍⲁ· ⲟ ⲗⲁⲟⲥ; om. ⲉ̇ⲡⲓ ⲡⲣⲟⲥ. et ante ⲡⲣⲟⲥ. ⲩ̇. ⲧ. ⲑⲩⲥⲓⲁ̇ add. ⲏ̇ⲣⲏⲛⲏ ⲡⲁⲥⲓⲛ; f. 5, pro ⲁⲃⲃⲁ ⲛⲓⲙ, habet ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲣⲕⲟⲥ; ff. 5-6, sub rubrica arabica « Hoc dicatur post Epistolam » scribit: ⲏ̇ ⲁ̇ⲅⲁⲡⲏ... ⲁⲥⲉϣⲱⲡⲓ, fere ut apud Tuki, ⲡⲓϫⲱⲙ ⲛ̇ⲧⲉ ⲡⲓϣⲟⲙⲧ ⲛ̇ⲁⲛⲁⲫⲟⲣⲁ, pp. ١٧٢-١٧٥, sed loco ⲁⲃⲃⲁ ⲛⲓⲙ nominat ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲣⲕⲟⲥ et post ⲏⲗⲝⲁⲛⲧ̇ⲣⲓⲁⲥ recenset: ⲁ̇ⲅⲓⲡⲑⲓⲁⲥ ⲕⲉ ⲛⲟⲩϥⲓⲁⲥ· ⲗⲓⲃⲏⲥ ⲑⲏⲡⲁⲛⲑⲁⲡⲟⲗⲏⲥ· ⲕⲉ ⲏ̇ⲣⲓⲛⲏⲥ ϥ̇ⲣⲓⲕⲓⲥ ⲕⲉ ⲙⲟⲣⲓⲑⲁⲛⲓⲁⲥ ⲕⲉ ⲕ̇ⲧⲟⲩⲕⲁⲥ ⲕⲉ ⲏ̇ⲅⲟⲩⲙⲉⲛⲏ; f. 7ᵛ, add. ⲭ̅ⲥ̅ ⲁ̇ⲛⲉⲗⲏⲫⲑⲏ... ⲯⲩⲭⲱⲛ ⲛ̇ⲙⲱⲛ (sic); cf. Tuki, p. ١٦٢; ff. 7ᵛ-8, verba ⲁ̇ⲑⲁⲛⲁⲧⲟⲥ ⲟ̇ ⲉⲕ (Vat. 27, f. 5ᵛ) sic complet: ⲡⲁⲣⲑⲉⲛⲟⲩ ⲅⲉⲛⲛⲏⲧⲓⲥ... ⲓⲥ ⲟⲩⲣⲁⲛⲟⲥ· ⲉ̇ⲗⲉⲏⲥⲟⲛ ⲏ̇ⲙⲁⲥ· ⲇⲟⲝⲁ etc. (ff. 5-8, inc.: ⲑⲁϣ, des.: ⲉⲗⲉⲏⲥⲟⲛ ⲏ̇ⲙⲁⲥ, saec. XVII genuinis suffecta sunt); f. 8ᵛ desinit in rubrica « Haec troparia dicuntur ad tinnitum aeris (ناقوس), in festis Domini, B. M. V., angelorum, apostolorum, martyrum et sanctorum, post triplex ⲁⲅⲓⲟⲥ, ante Evangelium »; ff. 9-10ᵛ, ⲫⲛⲁⲩ ⲙ̇ⲡⲓⲥⲙⲟⲩ ⲡⲉ ⲫⲁⲓ « Haec est hora benedictionis », des.: ⲁⲕⲥⲱϯ ⲙ̇ⲙⲟⲛ ⲁⲕⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ « redemisti nos, misertus es nostri ». F. 11ᵛ-13, sub rubrica « Post Evangelium leguntur hae sectiones; prima, pro sanctis »: ⲛⲏ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲛ̇ⲧⲁⲕ... « sancti tui... »; pro martyribus: ϩⲁⲛ ϫⲗⲟⲙ... « coronae... »; ⲛⲓⲙ ⲅⲁⲣ ϧⲉⲛ ⲛⲓⲛⲟⲩϯ... « quis inter deos... »; ⲧⲉⲛⲟⲩⲱϣⲧ ⲙ̇ⲙⲟⲕ... « adoramus te »; f. 14ᵛ, pro ⲡⲣⲟⲥ. ⲏ̇. ⲧ. ⲛⲟⲥⲟⲩ⟨ⲛ⟩ⲧⲱⲛ, habet ⲁ̇ⲍⲱⲛⲧⲟⲛ; om. ⲩ̇. ⲧ. ⲁⲅⲁⲑⲟⲛ ⲩ̇ⲉⲧⲱⲛ..., sed add. f. 15: ⲏ̇. ⲧ. ⲥⲱⲧⲏⲣⲓⲁ· ⲁ̇ⲇⲣⲟⲡⲟⲛ ⲕⲉ ⲉⲕⲧⲓⲛⲟⲛ; ⲏ̇. ⲧ. ⲥⲱⲧⲏⲣⲓⲁ̇ ⲛ̇ⲧⲟⲩⲕⲟⲥⲙ. ⳤⲕⲉ ⲧⲏⲥ ⲧⲟ ⲡⲟⲗ...; dein, ante f. 16, om. ⲥⲱⲑⲏⲥ... ⲥⲧⲁⲑⲓⲧⲉ quae leguntur Vat. 27, f. 7; f. 18ᵛ, manus posterior, post verba ⲫⲏ ⲉⲑⲛⲏⲟⲩ ⲉ̇ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲫⲓⲱⲧ « qui ex patre procedit », litteris minoribus adiecit ⲛⲉⲙ ⲡ̇ϣⲏⲣⲓ « et filio »; ff. 21ᵛ, 22, add.: « in liturgia s. Gregorii dicit diaconus: ⲥⲧⲱⲙⲉ̇ⲛ ⲕⲁⲗⲱⲥ... ⲡⲣⲟⲥⲫⲉⲣⲓⲛ (Tuki, p. ١٨١); ff. 22, 23ᵛ, sub rubrica arabica « In liturgia s. Basilii dicit diaconus ad oblationem in diebus festivis et dominicis », add.: ⲟϩⲓ ⲉ̇ⲣⲁⲧⲉⲛ ⲑⲏⲛⲟⲩ... « state » (Tuki, pp. ١٧٩-١٨٠); f. 24, ante ⲡⲣⲟⲥⲫⲉⲣⲓⲛ om. ⲕ̅ⲉ̅ ⲉ̇ⲗⲏⲥⲟⲛ... ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅...; ff. 24-26, quae a populo sunt dicenda signantur rubrica ⲟ ⲗⲁⲟⲥ, quam ignorat Vat. 27; f. 26ᵛ, ante ⲧⲟⲛ ⲑⲁⲛⲁⲧⲟⲛ om. ⲁⲙⲏⲛ ⲁⲙⲏⲛ ⲁⲙⲏⲛ ⲕⲉ ⲡⲁⲗⲓⲛ ⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲟⲙⲉⲛ... (Vat. 27, f. 13ᵛ); f. 27, post ⲟ ⲑⲉⲟⲥ ⲏⲙⲱⲛ add. pericopae praecedentis (ⲥⲉ ⲉⲙⲛⲟⲩⲙⲉⲛ...) versionem copticam ⲧⲉⲛϩⲱⲥ ⲉⲣⲟⲕ... « cantamus tibi » (Tuki, p. ⲣ̅ⲓ̅ⲅ̅) et ⲕⲗⲓⲛⲁⲑⲉ ⲑⲉⲟⲩ...;

ff. 27^{v}-28^{v}, sub rubrica arabica « In celebranda liturgia s. Gregorii, hic dicitur », add. ⲡⲣⲟⲥ. ⲏ̇. ⲧⲟⲛ ⲫⲩⲗⲟⲭⲣⲓⲥⲧⲟⲩ... ⲥⲱⲧⲏⲣⲁⲥ (sic) ⲏ̇ⲙⲱⲛ (cf. Tuki, pp. ⲥ̄ⲕ̄ⲃ̄ - ⲥ̄ⲕ̄ⲉ̄ et cod. Vat. 27, f. 25^{v}), dein: ⲧⲱⲃϩ ⲉ̀ⲭ. ⲛⲓⲕⲁⲣⲡⲟⲥ..., ⲡⲣⲟⲥ. ⲏ̇. ⲥⲱⲧⲏⲣⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲟⲩⲕⲟⲥⲙⲟⲩ; f. 29, post rubricam arabicam « Hic dicuntur diptycha; liturgiae s. Basilii complementum, post orationem pro presbyteris et diaconis »: ⲉ̀ⲗⲏ̇ⲥⲟⲛ ⲏ̇ⲙⲁⲥ... ⲙⲟⲛⲁⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ (cod. Vat. 27, ff. 14, 14^{v}); ff. 29^{v}-31, add.: ⲧ. ⲉ̀ⲭ. ⲉ̀ⲡϫⲓⲛⲙⲟϣⲓ..., ⲧ. ⲉ̀ⲭ. ⲛⲓ̇ⲥⲓϯ..., ⲧ. ⲉ̀ⲭ. ⲛⲓⲕⲁⲣⲡⲟⲥ... quae, nonnullis in ultima oratione mutatis, habet Vat. 27, ff. 26-27^{v}. In commemoratione defunctorum (ff. 32-38; cf. cod. Vat. 27, ff. 15 sqq.), ff. 32-35^{v}, manus prima recensuit patriarchas Alexandrinos octoginta, nempe a s. Marco usque ad Iohannem VIII (1300-1320), dein, vacuo relicto spatio duarum linearum, imo f. 35^{v}, adiecit, in quantum sub rasura legere est: ⲕⲁⲓ ⲧⲟⲩ ⲡⲛ̄ⲁ̄ⲧⲟⲫⲟ|ⲣⲟⲩ[...] ⲥⲉⲩⲏ̇ⲣⲟⲥ · | ⲡⲁⲧⲣⲓⲁⲣⲭⲟⲩ ⲁⲛ|ϯⲟ̇ⲭⲓⲁ̀ et, interiecta linea punctis et ductibus obliquis effecta, ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ · ⲁⲃⲃⲁ | ⲁⲛⲧⲱⲛⲓ · ⲁⲃⲃⲁ; de patriarcharum nominibus aetate posteriore adiectis, v. infra; f. 36, inter monachos, om. ⲁⲃⲃⲁ ⲡⲁϧⲱⲙ et ⲁⲃⲃⲁ ⲡⲁⲣⲥⲱⲙⲁ; in fine memorat ⲉ̀ⲡⲓⲥⲕ., ⲡⲣⲉⲥⲃ., ⲇⲓⲁ̀ⲕ., ⲩ̀ⲡⲟⲇⲓⲁ̀ⲕ., ⲁ̀ⲛⲁⲅⲛⲱⲥⲧ., ⲯⲁⲗⲙⲱⲧⲟⲥ, ⲙⲟⲛⲁⲍ., ⲁⲗⲗⲁⲓⲕⲟⲛ (sic); f. 38, add.: ⲡⲣⲟⲥ. ⲏ̇. ⲧⲟⲛ... ⲑⲗⲓⲡⲟⲙⲉⲛⲟⲛ; f. 38^{v} sqq., ⲟ̇ ⲗⲁⲟⲥ: ⲕⲩⲣ. ⲉ̀ⲗ..., ⲟ̇ ⲗⲁⲟⲥ: ⲱⲥⲡⲉⲣ..., ⲃⲱⲗ ⲉ̀ⲃⲟⲗ..., ⲁ̀ⲙⲏⲛ ⲡⲣⲟⲥ..., ⲕ̄ⲉ̄ ⲉ̀ⲗ..., et, sub rubrica ⲟ̇ ⲗⲁⲟⲥ: ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ... « Pater noster » integre; f. 41^{v}, Ps. 150 integre (cf. Labib, ⲡⲓϫⲱⲙ ⲛ̀ϯⲙⲉⲧⲣⲉϥϣⲉⲙϣⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲇⲓⲁ̀ⲕⲱⲛ, pp. ⲣ̄ⲝ̄ - ⲣ̄ⲝ̄ⲃ̄); f. 43, post Ps. 150, add. ⲁⲗⲗ... ⲇⲟⲝⲁ ⲡⲁⲧⲣⲓ..., ⲁⲗⲗ... ⲇⲟⲝⲁ ⲥⲓ ⲟ̇ ⲑⲉⲟⲥ, ⲁⲗⲗ... ⲡⲓⲱ̀ⲟⲩ..., ⲁⲗⲗ... ⲓ̄ⲏ̄ⲥ̄ ⲡϣⲏⲣⲓ... ⲥⲱⲧⲉⲙ..., ⲟ ⲓⲉ̀ⲣⲉⲩⲥ: ϫⲉ ⟨ϥ⟩ⲥⲙⲁⲣⲱⲟⲩⲧ... (cf. Labib, pp. ⲣ̄ⲝ̄ⲃ̄, ⲣ̄ⲝ̄ⲅ̄, ⲣ̄ⲝ̄ⲍ̄, qui tamen non habet ⲇⲟⲝⲁ ⲥⲓ..., ⲓ̄ⲏ̄ⲥ̄ ⲡϣⲏⲣⲓ...); f. 43^{v}: psalliae dicendae ad qurbān pro temporis opportunitate, scil. [a] ff. 43^{v}-45, tempore ieiunii: ϯⲛⲏⲥⲧⲓⲁ̀ (Labib, ⲡⲓϫⲱⲙ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲯⲁⲗⲙⲟⲇⲓⲁ ⲉ̄ⲑ̄ⲩ̄ « Liber Psalmodiae sanctae », Heliopoli, 1908, p. ⲫ̄ⲕ̄ⲑ̄); [b] ff. 45^{v}-47, tempore ieiunii et obsequiarum: ⲡⲓⲙⲁⲓⲣⲱⲙⲓ ⲛ̀ⲁ̀ⲅⲁⲑⲟⲥ... « Hominum amator bone » (Labib, p. ⲫ̄ⲕ̄ⲋ̄); [c] ff. 47^{v}-49^{v}, tempore sanctae Pentecostis: ⲧⲟⲧⲉ ⲣⲱⲛ ⲁϥⲙⲟϩ « Tunc repletum est os nostrum » (Labib, p. ⲫ̄ⲛ̄ⲉ̄, pro ⲫ̄ⲛ̄ⲋ̄; de his psalliis v. etiam L. Villecourt, *Les observances liturgiques et la discipline du jeûne dans l'Eglise copte*, in ephemeride *Le Muséon*, t. XXXVI, (1923), pp. 275, 277, 281); f. 49^{v}, sub rubrica ⲟ̇ ⲗⲁⲟⲥ, add. ⲁⲛϭⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲥⲱⲙⲁ « accepimus de corpore » et, ff. 50-51^{v}, ⲡⲭ̄ⲥ̄ ⲡⲓⲗⲟⲅⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫⲓⲱⲧ « Christe, Verbum Patris », des.: ⲧⲉⲛⲟⲩⲱϣⲧ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ⲧⲉⲛϯⲱ̀ⲟⲩ ⲛⲁⲥ « adoramus eam, glorificamus eam », at om. ⲥⲱ-

ⲙⲁⲧⲟⲥ... ⲫⲁⲓ ⲡⲉ ⲡⲥⲱⲙⲁ... quae habet Vat. 27, f. 22; ff. 60-61 (de ff. 52-59 v. infra), sub rubrica bohairico–arabica « diaconus ad lotionem manuum presbyteri post mysteria »: ⲡⲣⲟⲥ. ⲏ̇. ⲧ. ⲁ̇ⲝⲓⲟⲥ... ut Vat. 27, f. 23; ff. 61ᵛ-62, add. varias formulas dimittendi populi, quas vide ap. Tuki, ⲡⲓϫⲱⲙ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓϣⲟⲙⲧ ⲛ̀ⲁⲛⲁⲫⲟⲣⲁ pp. ١٥٦, ١٥٧, nempe: post Orationem vespertinam ⲉⲛ ⲏ̇ⲣⲏⲛⲏ ⲕⲉ ⲏ̇ⲅⲁⲡⲏ, post Orationem matutinam quando celebratur missa ⲗⲁⲭⲟⲩⲧⲏⲣⲟⲛ ⲙ̇ⲡⲁⲛⲧⲏⲥ, post preces matutinas et vespertinas ϯϩⲓⲣⲏⲛⲏ.

Theotokia, Londini, 1923; cod. Vat. copt. 41 communiter consentit cum cod. copt. 69 Bibliothecae Nationalis Parisiensis, quo inter alios usus est auctor laudatus.

1 (ff. 2-19) Feria II, praemissis inscriptionibus ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ̀ ⲥⲭⲩⲣⲟⲥ بسم الله القوى « In nomine Dei fortis » et ⳿ⲧⲉⲣⲙⲉⲛⲓⲁ ⲡⲉϩⲟⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲓⲃ̄ ⲏ̀ⲭⲟⲥ ⲁⲇⲁⲙ تفسير ثداكية اليوم الاثنين لحن ادام « Interpretatio (arabice add.: theotokiae) feriae secundae, tonus Adam ». [1] (ff. 2-5) ⲁⲣⲉϩ ⲉⲣⲟⲓ ⲡⲟ̅ⲥ̅ « Custodi me, Domine » (de Lacy, p. 22); [2] (ff. 5-7v) ⲃⲟⲩⲛ ⲟⲩⲡⲁⲣⲁⲇⲓⲥⲟⲥ « Est paradisus » (de L., pp. 22, 23); [3] (ff. 7v-9v) ⲅⲣⲁⲫⲏ ⲛⲓⲃⲉⲛ « Omnis scriptura » (de L., p. 23); [4] (ff. 9v, 10) ⲇⲁⲩ⟨ⲓ⟩ⲇ ⲛⲉⲙ ⲥⲁⲙⲟⲩⲏⲗ « David et Samuel »; post f. 9, quod des. ⲟⲩⲱⲛϩ ⲉⲃⲟⲗ (de L., p. 23, lin. 13), desideratur f. unum; inc. f. 10 ϣⲏⲣⲓ (de L., p. 23, lin. 25, qui des. ϣⲁ⳿ⲧⲥⲩⲛⲧⲉⲗⲓⲁ; add. cod., f. 10, ⲏ̀ⲥⲁⲏⲁⲥ ⲇⲉ ⲟⲛ... ⲡⲓⲣⲉϥⲉⲣⲟⲓⲕⲟⲛⲟⲙⲓⲛ; [5] (ff. 10v-12v) ⲉ̀ⲣⲉ ⲛⲓⲙ ⲛⲁϣⲥⲁϫⲓ « Quis poterit dicere » (de L., pp. 23, 24); [6] (ff. 12v-14v) ⲍⲏⲗⲁⲥⲓⲁ̀ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲡⲟⲛⲏⲣⲟⲥ « Omnis altercatio maligni » (de L., p. 24); [7] (ff. 15-16v) ⲏⲥ ϩⲁⲛⲣⲱⲙⲓ « Ecce homines » (de L., p. 24); [8] (ff. 17-19) ⲑⲁⲩⲙⲁⲥⲓⲁ ⲅⲁⲣ ⲛⲓⲃⲉⲛ « Prodigium enim omne » (de L., pp. 24, 25); abundant recentioris f. 17v quattuor lineae ultimae quae recurrunt initio f. 18 cod. primigenii.

2 (ff. 19v-39) Feria III, praemissis: ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ̀ بسم الله « In nomine Dei » et ⳿ⲧⲉⲣⲙⲉⲛⲓⲁ̀ ⲙ̀ⲡⲉϩⲟⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲓⲅ̄ ⲏⲭⲟⲥ ⲁⲇⲁⲙ تفسير ثداكية يوم الثلثاء لحن ادام « Interpretatio (ar. add. theotokiae) feriae tertiae, tonus Adam ». [1] (ff. 19v-22) ⳿ⲧⲛⲁⲙⲉⲛⲣⲓⲧⲕ « Diligam te » (de L., p. 30); [2] (ff. 22v-25) ϭⲓ̅ⲥ̅ⲓ ⲙ̀ⲫⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲟ̅ⲥ̅ « Exaltate nomen Domini » (de L., p. 30); [3] (ff. 25-27v) ϫⲉⲙⲛⲟⲙ⳿ⲧ « Roboramini » (de L., pp. 30, 31); [4] (ff. 27v-31) ϩⲓϫⲉⲛ ⲛⲓⲓⲁ̀ⲣⲱⲟⲩ « Super flumina » (de L., p. 31); [5] (ff. 31-34) ϧⲱⲧⲉⲃ ⲛ̀ⲛⲉⲧⲉⲛ ⲙⲉⲗⲟⲥ « Interficite membra vestra » (de L., p. 31); [6] (ff. 34-36v) ϥⲛⲁⲓ̀ⲣⲓ ⲙ̀ⲫⲟⲩⲱϣ « Faciet voluntatem » (de L., pp. 31, 32); [7] (ff. 36v-39) ϣⲁ ⲑⲛⲁⲩ ϫⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅ « Quousque Domine » (de L., p. 32).

3 (ff. 40-59) Feria IV, praemissis: ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ̀ بسم الله « In nomine Dei » et ⲫⲃⲱⲗ ⲛ̀⳿ⲧⲑⲉⲟ̀ⲧⲟⲕⲓⲁ̀ ⲙ̀ⲡⲉϩⲟⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲇ̄ ⲏⲭ(ⲟⲥ) ⲃⲁⲧⲟⲥ تفسير ثداكية يوم الاربعاء لحن واطس « Interpretatio theotokiae feriae quartae; tonus Batos ». [1] (ff. 40-42v) ⲱⲟⲩ ⲛⲓⲃⲉⲛ « Gloria omnis » (de L., p. 37); f. 42v, ⲁⲩⲥⲁϫⲓ ⲛ̀ϩⲁⲛⲧⲁⲓⲟ « Magna dixerunt », solum initium (cf. fol. 102v); [2] (ff. 43-45v) ⲯⲩⲭⲏ ⲛⲓⲃⲉⲛ « Omnis anima » (de L., p. 37); [3] (ff. 45v-48) ⲭⲉⲣⲉ ⲣⲁϣⲓ ⲱ̀ ⲙⲁⲣⲓⲁ̀ « Salve, laetare, o Maria » (de L., pp. 37, 38);

[4] (ff. 48-50v) ⲫϯ ⲉ̀ⲧⲟⲩϯⲱ̀ⲟⲩ ⲛⲁϥ « Deus qui glorificatur » (de L , p. 38); [5] (ff. 50v-54) ⲩⲥ ⲇⲁⲩⲓⲇ ⲛⲉⲙ ⲧⲉϥⲕⲩⲑⲁⲣⲁ « Ecce David cum cithara sua » (de L., p. 38); [6] (ff. 54-56v) ⲧⲁⲯⲩⲭⲏ ⲥⲙⲟⲩ « Anima mea benedic » (de L., pp. 38, 39); [7] (ff. 56v-59) ⲣⲓⲕⲓ ⲥⲁⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲡⲓⲡⲉⲧϩⲱⲟⲩ « Declinate a malo » (de L., p. 39). In imo f. 59, nota arabica: كمل تفسير يوم الاربعاء بسلام من الله امين « Desinit interpretatio diei quartae. In pace Dei. Amen ».

4 (ff. 59v-81) Feria V, praemissis: ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ̀ بسم الله « In nomine Dei » et ⲧⲉⲣⲙⲏⲛⲓⲁ̀ ⲛ̀ϯⲑⲉⲟ̀ⲧⲟⲕⲓⲁ̀ ⲙ̀ⲡⲉϩⲟⲟⲩ ⲉ̅ ⲏⲭ(ⲟⲥ) ⲃⲁⲧⲟⲥ تفسير ثذاكية يوم الخميس لحن واطس « Interpretatio theotokiae feriae quintae; tonus Batos ». [1] (ff. 59v-64) ⲁⲙⲱⲓⲛⲓ ⲧⲏⲣⲟⲩ « Venite omnes » (de L., p. 44); [2] (ff. 64v-67v) ⲃⲁⲣⲁⲭⲓⲁⲥ ⲡⲓⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ « Barachias propheta » (de L., pp. 44, 45); [3] (ff. 67v-70v) ⲅⲩⲣⲓⲉ̀ ⲡⲉ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ « Dominus est Iesus » (de L., p. 45); [4] (ff. 70v-72v) ⲇⲁⲩⲓⲇ ⲅⲁⲣ « David enim » (de L., pp. 45, 46); [5] (ff. 72v-76) ⲉⲑⲃⲉ ⲟⲩ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ « Quare Domine » (de L., p. 46); [6] (ff. 76-79v) ⲋ̅ ⲛ̀ⲉ̀ϩⲟⲟⲩ « Sex diebus » (de L., p. 46; post ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅, ubi des. de L., add. codex, f. 79r.v: ⲙⲁⲣⲉⲛϯⲱ̀ⲟⲩ... ⲕⲁⲧⲁ ⲡⲉⲕⲛⲓϣϯ ⲛ̀ⲛⲁⲓ̀ glorificemus ... secundum magnam misericordiam tuam »); [7] (ff. 79v-81v) ⲍ̅ ⲛ̀ⲁⲣⲭⲏⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ « Septem archangeli » (de L., pp. 46, 47).

5 (ff. 82-102) Feria VI, praemissis: ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ̀ بسم الله « In nomine Dei » et ϯⲉⲣⲙⲏⲛⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲡⲁⲣⲁⲥⲕⲉⲩⲏ̀ ⲏ̀ⲭⲟⲥ ⲃⲁⲧⲟⲥ تفسير ثذاكية يوم الجمعة لحن واطس « Interpretatio (ar. add. theotokiae) feriae sextae; tonus Batos ». [1] (ff. 82-85) ⲁⲓϥⲁⲓ ⲛ̀ⲛⲁⲃⲁⲗ ⲉ̀ⲡϣⲱⲓ « Levavi oculos meos » (de L., p. 52); [2] (ff. 85-87v) ⲃⲏⲗⲥⲉⲗⲓⲏⲗ ⲁⲩϫⲟⲥ ⲉⲑⲃⲏⲧϥ « Belseliel de ipso dixerunt » (de L., pp. 52, 53); [3] (ff. 88-90) ⲅⲉⲛⲟⲥ ⲛⲓⲃⲉⲛ « Generatio omnis » (de L., p. 53); [4] (ff. 90v-93) ⲇⲟⲝⲁⲥⲓ ⲉⲫϯ « Gloria Deo » (de Lacy, p. 53, discrepat in fine); [5] (ff. 93-96) ⲉⲣⲉ ⲁϣ ⲛ̀ⲗⲁⲥ « Quae lingua » (de L., pp. 53, 54); [6] (ff. 96-99v) ⲍⲁⲕⲭⲉⲟⲥ « Zachaeus » (de L., p. 54); [7] (ff. 99v-102) ⲏⲥ ⲅⲁⲃⲣⲓⲏⲗ « Ecce Gabriel » (de L., pp. 54, 55).

6 (ff. 102v-130) Sabbato, praemissis: ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ̀ بسم الله « In nomine Dei » et ϯⲉⲣⲙⲉⲛⲓⲁ̀ ⲡⲥⲁⲃⲃⲁⲧⲟⲛ ⲑⲉⲟ̀ⲇ⟨ⲟⲕ⟩ⲓⲁ ⲏ̀ⲭⲟⲥ ⲃⲁⲧⲟⲥ تفسير ثذاكية يوم السبت لحن واطس « Interpretatio theotokiae sabbati; tonus Batos ». [1] (ff. 102v-106v) ⲁⲩⲥⲁϫⲓ ⲛ̀ϩⲁⲛⲧⲁⲓⲟ « Laudes dixerunt » (de L., p. 66); [2] (ff. 106v-109) ⲃⲁⲕⲧⲏⲣⲓⲁ̀ ⲛⲉⲙ ⲡⲓϣⲃⲱⲧ « Baculus et virga » (de L., pp. 66, 67); [3] (ff. 109v-111v) ⲅⲉⲇⲉⲱⲛ « Gedeon » (de L., p. 67); [4] (ff. 111v-113v)

ⲇⲁⲩⲓⲇ ⲅⲁⲣ « David enim » (de L., p. 67); [5] (ff. 114-116v) ⲉⲩⲉ̀ⲣⲁϣⲓ « Gaudebunt » (de L., p. 67); [6] (ff. 117-120v) ⲍⲟⲣⲟⲃⲁⲃⲉⲗ « Zorobabel » (de L., p. 68); [7] (ff. 120v-123v) ⲏ̀ⲥⲁⲏ̀ⲁⲥ « Isaias » (de L., pp. 68, 69); [8] (ff. 123v-126) ⲑⲁⲓ ⲧⲉ ϯⲡⲩⲗⲏ « Haec est porta » (de L., p. 69); [9] (ff. 126-130) ⲓⲥ ϩⲏⲡⲡⲉ ⲁϥⲓ̀ ⲉ̀ⲃⲟⲗ « En ecce exivit » (de L., pp. 69, 70).

7 (ff. 130v-151) Dominica, praemissis: ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ بسم الله « In nomine Dei » et ⲟⲩⲉⲣⲙⲉⲛⲓⲁ ⲛ̀ⲑⲉⲟⲧⲟⲕⲓⲁ̀ ⲙ̀ⲡⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲕⲩⲣⲓⲁ̀ⲕⲏ ⲁ̀ⲇⲁⲙ تفسير ثاوطكية يوم الاحد ادام « Interpretatio theotokiae diei dominicae; (tonus) Adam ». [1] (ff. 130v-136) ⲁⲓⲛⲁⲟⲩⲱⲛ ⲛⲣⲱⲓ « Aperiam os meum » (de L., pp. 12, 13; cod. Paris. Bibl. Nat. copt. 69, f. 242, similiter incipit, non vero ut legitur apud de L., p. 12, ⲁⲓⲛⲁⲟⲩⲱⲙ ⲛⲣⲱⲙⲓ); [2] (ff. 136-139) ⲃⲉⲗⲍⲉⲗⲉⲏⲗ ⲉⲣⲕⲟⲥⲙⲓⲛ « Beseleel ornavit » (de L., p. 13); recentioris f. 138 undecim lineae ultimae: ⲗⲟⲕⲟⲥ... ⲙⲁⲣⲉⲛϯϩⲟ leguntur etiam initio f. pristini 139 ubi ductu rubro sunt cancellatae; [3] (ff. 139-141v) ⲅ̅ ⲛ̀ⲣⲁⲛ « Tria nomina » (de L., p. 13); post verba ⲡⲓⲩ̀ⲗⲁⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ... ⲙ̀ⲫϯ (f. 140v; de L., p. 13) manus posterior in summo mg. f. 141 duas adiecit lineas: ⲁ ⲛⲓⲥⲱⲧⲡ ⲛ̀ⲥⲁϧ « Electi magistri »... ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉϫⲉⲛ ⲙⲁⲣⲓⲁ̀ « super Mariam »; [4] (ff. 141v-147) ⲇⲉⲥⲡⲟⲧⲁ ⲭ̅ⲉ̅ « Domine Christe » (de L., pp. 13, 14); [5] (ff. 147-148v) ⲉⲧⲁ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲱⲟⲩ ⲟⲩⲱⲣⲡ « Quum Dominus gloriae misisset » (de L., p. 14); des. mutil. ϧⲉⲛ ⲡⲓⲛⲟⲩⲃ ⲉⲧⲧⲟⲩ (de L., p. 14, col. 2, lin. 21); [6] (ff. 149-151) inc. mutil. ⲟⲩⲉⲣⲧⲱ ⲉ̀ⲡⲉⲥϭ̅ⲓ̅ⲏ (de L., p. 15, col. 1, lin. 25; ibid. p. 14, lin. 3 a. fin. inc. hermenia: ⲋ̅ ⲛⲉϩⲟⲟⲩ « Sex diebus »), des. mutil. f. 150v, ϩⲓⲧⲉⲛ ⲛⲉⲥⲡⲣⲉⲥⲃⲩⲁ̀ (de L., p. 15, col. 2, lin. 11); f. 151, manus recentior adiecit: ⲛ̀ⲧⲉϥⲉⲣⲟⲩⲛⲁⲓ ⲛⲉⲙⲁⲛ ⲕⲁⲧⲁ ⲡⲉϥⲛⲓ̀ϣϯ ⲛ̀ⲛⲁⲓ « Ut faciat misericordiam nobiscum secundum magnam misericordiam suam ». Desiderantur hermeniae septima ⲍ̅ ⲛⲥⲟⲡ et octava ⲧⲉⲛⲉⲣⲉⲧⲓⲛ (de L., pp. 15, 16).

Pristini codicis qui scripturae indole affinis est codicibus Vat. copt. 16, 40, 42 (saec. XIV), immo codici Vat. copt. 17 (an. D. 1288), supersunt ff. septem (ff. 10-16, ⲓ̅ⲅ̅ - ⲓ̅ⲑ̅) fasciculi secundi, quiniones ⲅ̅ - ⲋ̅ (ff. 18-57, ⲕ̅ⲁ̅ - ⲝ̅), quinionis ⲍ̅ ff. novem (ff. 59-67, ⲝ̅ⲃ̅ - ⲟ̅); quiniones ⲏ̅ - ⲓ̅ⲅ̅ (ff. 68-127, ⲟ̅ⲁ̅ - ⲣ̅ⲗ̅), quinionis [ⲓ̅ⲉ̅] ff. 8 (ff. 139-146, ⲣ̅ⲙ̅ⲃ̅ - ⲣ̅ⲙ̅ⲑ̅), quinionis [ⲓ̅ⲋ̅] ff. 2 (ff. 149, 150, ⲣ̅ⲛ̅ⲋ̅, ⲣ̅ⲛ̅ⲍ̅); de modo notandi fasciculos et ff. vide cod. Vat. 40. Eiusdem partis pristinae ornamenta in summis pp. extremis fasciculorum et initio sectionum maiorum necnon crucula in f. 39v eadem fere sunt ac in cod. Vat. copt. 40 (cf. e. g. codicis f. 82 et cod. Vat. 40 f. 49); item usus minii, at solus calligraphus cod. Vat. 41 integre scripsit minio lineam secundam vel lineam tertiam sectionum maiorum; initio et in fine fasciculorum leguntur inscriptiones ⲓ̅ⲅ̅ ⲭ̅ⲩ̅, ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ,

ⲛⲓⲕⲁ et ita quidem ut ⲓ̅ⲩ̅ ⲭ̅ⲩ̅ appareat in ff. ultimis (ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅, f. 67ᵛ), ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ vel ⲛⲓⲕⲁ in ff. primis.

Folia recentiora quae, exceptis ff. 151 et 152, saec. XVIII adiectis, saec. XVII tribuenda videntur, eiusdem sunt scriptorii, licet non omnia, ad textum copticum quod spectat, eiusdem manus. Locus scripturae, quae suspenditur, ductibus directis et transversis definitur forma impressis in charta. Foliorum notae sunt: ⲩ̅ – ⲁ̅ⲓ̅ (sic, f. 1ᵛ-9ᵛ), ⲕ̅ (f. 17ᵛ), ⲁ̅ⲝ̅ (sic, f. 58ᵛ), ⲣ̅ⲕ̅ⲁ̅ – ⲣ̅ⲙ̅ⲁ̅ (f. 128ᵛ-138ᵛ), ⲛ̅ (sic pro ⲣ̅ⲛ̅), ⲣ̅ⲛ̅ⲁ̅ (ff. 147, 148); in hisce ff. minio exaratae sunt rubricae, lineae tertia et quarta f. 2, lineae secunda et tertia f. 130ᵛ, initia sectionum minorum et in ff. 2ʳ·ᵛ, 3ʳ, 130ᵛ, 131ʳ interpunctionis signa quae alibi prorsus desiderantur; sola insuper minio tactas habent litteras ϕ, ϧ, ϩ et lineolas super voces contractas. Atramento delineatae sunt portae ff. 2 et 130ᵛ sicut et crux f. 1ᵛ cuius inscriptiones sunt: ⲓ̅ⲥ̅ ⲭ̅ⲥ̅, ⲩ̅ⲥ̅ ⲑ̅ⲥ̅, ⲁ̅, ⲱ̅. Codex nuper instructus est ff. enumeratione imis mgg. impressa, quam secuti sumus.

F. 1, nota lectoris metrice, non tamen norma constante, scripta (prima textus verba, per modum ut dixeris probationis calami, in summa pagina iterantur): اصبر
لحكم الله صبرا الى النها واذا عجزت عن الامور | فنم لها ان الامور اذا التوث واتعقدت (sic) |
نزل الرضا من السماء فحماها فلعلها ولعلها | ولعل من عقد الامور فحاها | يا طالب العلم كن بالله
مقتنمو واقتنم العلم فان | العلم يقتنمو العلم تاج الفتا العلم زينتهو | العلم فى القلب كالمصباح فى الظلمة من
عاش | فى الدنية لا علم ولا ادبا يعيش خربن وفى | كل الامور اعما « Sententiam Dei exspecta perseveranter usque in finem et si debilior sis negotiis dormi super ea, nam negotia quando tortuosa sunt et nodosa, gratia e caelo descendit eaque levat ... qui res nectit eas solvit. O qui scientiam exquiris esto erga Deum docilis (?); scientiam acquire nam scientia acquiri potest; scientia diadema est iuvenis, scientia eius ornamentum est; scientia in corde sicuti lucerna est in tenebris. Qui in mundo vivit scientiae expers animique culturae, vivit inanis et cunctis in rebus caecus »; f. 152ᵛ: كتاب تفسير السبعة ثداكيات « Liber interpretationis septem theotokiarum ». F. 1, nota: *Nº 41; 23* (*3* ductu cancellato). Ff. 151ᵛ, 152ʳ vac.

Integumentum, e corio rubro, auro impressa praebet in dorso ornamenta, notam codicis *41* scutaque Pii VI et Francisci Xaverii de Zelada card. bibliothecarii.

42 (olim 19). An. 1316 (= Mart. 1032; cf. f. 47), chart., mm. 180 × 130, ff. 135, linn. 12.

Canon, seu ordo adorationis, pro die Pentecostes, bohairice et arabice; tituli et rubricae quandoque bohairice solum. Titulus mutilus est: ⲥ[ⲩⲛ ⲑⲉⲱ] ⲟⲩⲕⲁⲛ[ⲱ]ⲛ [ⲉⲁⲩⲥ]ⲉⲙⲛⲏⲧϥ ⲛ̇ϫⲉ [ⲛⲉ]ⲛⲓⲟϯ ⲉ̇ⲑⲟⲩⲁⲃ [... ϧⲉⲛ ⲡ]ⲓⲉ̇ϩⲟⲟⲩ ⲛ̇ⲧⲉ ϯⲡ[ⲉⲛⲧⲏⲕⲟ]ⲥⲧⲏ بسم الله قانون رتبوه [ا]با[ئنا القدي]سين فى يوم [الخم]سين « Cum Deo (ar.: in nomine Dei). Canon quem statuerunt patres nostri sancti pro die Pentecostes ». Huiusmodi canonem, non tamen ex hoc codice, edidit Raphael Tuki (T), ⲡⲓⲙⲉⲣⲟⲥ

ⲙⲙⲁϩⲥⲛⲁⲩϯ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲉⲩⲭⲟⲗⲟⲅⲓⲟⲛ, pp. ⲦⲔⲈ - ⲨⲒⲈ; vide etiam ⲡⲓϫⲱⲙ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲗⲁⲕⲁⲛⲏ ⲛⲉⲙ ⲡⲓϫⲓⲛⲟⲩⲱϣⲧ, *Liber pelvis et adorationum*, auctoribus hegumeno Bāḫūm al-Baramūsī et diacono 'Uriyān Farağ, Cahirae, 1921, pp. ⲤⲔⲎ - ⲦⲔⲈ. In fine, alterius manus, rubricae arabicae idem spectantes argumentum.

1 (ff. 4-46v) Adoratio prima. [1] (f. 4r.v) Rubrica de praeparanda thurificatione cui praemittitur: ϩⲁⲛⲁ̀ⲣⲟ[ⲩϩⲓ ⲛ]ϯ[ⲕⲩⲣⲓⲁ]ⲕ̣(ⲏ) [ٱ]عشية الأحد « Vespere dominicae »; desiderantur quae leguntur ap. Tuki et in ed. Cahir. de praemittendis psalmis, psalliis, etc.; item, ante Adorationem secundam et tertiam et alia similia alibi; [2] (ff. 4v-13) Deut. 5, 22-63; [3] (ff. 13-19v) post monitum de dicenda oratione ante Epistolam, I Cor. 12, 28-13, 12; [4] (ff. 19v, 20) praemissa rubrica « Oratio ante Evangelium », Ps. 96, 7 inc. ⲟⲩⲱϣⲧ, 8 des. ⲁⲥⲟⲩⲛⲟⲥϥ, 1 inc. ⲁ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲉⲣⲟⲩⲣⲟ; [5] (ff. 20-30) Ioh. 17, 1-26; [6] (ff. 30v-32v) psallia post Evangelium: ⲉⲣⲉ ⲛⲓⲁ̀ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ ϩⲓϣⲉⲛⲛⲟⲩϥⲓ ⲛⲁⲛ « Apostoli annuntiaverunt nobis » (T., pp. ⲦⲘⲈ, ⲦⲘⲌ, ed. Cahir., pp. ⲤⲚⲈ, ⲤⲚⲌ; des. cod. ⲡⲓⲙⲁⲓⲣⲱⲙⲓ); [7] (ff. 32v, 33) rubrica de dicendis orationibus pro infirmis, pro peregrinantibus, pro fructibus et pro loci salute (nonnihil discrepant T., pp. ⲦⲘⲎ, ⲦⲘⲐ et Cahir., pp. ⲤⲘⲎ, ⲤⲘⲐ); [8] (ff. 33-46v) epiclesis: ⲡⲓⲁⲧϭⲛⲓ ⲡⲓⲁⲧϭⲱϧⲉⲙ « Immaculate, incontaminate » (T., pp. ⲦⲚ - ⲦⲚⲈ, Cahir., pp. ⲤⲚⲐ - ⲤⲜⲌ).

2 (ff. 47v-85) Adoratio secunda. [1] (ff. 47v-51) Deut. 6, 17-25; [2] (ff. 51v-58) I Cor. 13, 13-14, 17; [3] (f. 58v) Ps. 113, 12, 13; [4] (ff. 59-63) Ioh. 4, 1-12; [5] (ff. 63v-68) psallia Batos: ⲡⲓⲓ̅ⲃ̅ ⲛ̀ⲁ̀ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ « Duodecim apostoli »; des. ⲁϥⲓ ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲥⲱϯ ⲙⲙⲟⲛ « venit et redemit nos »; Tuki, p. ⲦⲜⲈ, et Cahir., p. ⲤⲠⲀ, des. ϧⲉⲛ ⲛⲏⲉⲑⲙⲱⲟⲩⲧ (cod. f. 65v, lin. 2), addito ap. Tuki ⲧⲱⲃϩ ⲙⲡⲟ̅ⲥ̅ ... ⲛⲉⲛⲛⲟⲃⲓ ⲛⲁⲛ ⲉⲃⲟⲗ et utrimque versiculis Evangelii, qui in cod. desiderantur; [6] (ff. 68v-69v) praevio titulo ⲡⲓⲙⲁϩⲃ̅ ⲙ̀ⲙⲉⲣⲟⲥ ⟨ⲛⲧⲉ⟩ⲡⲓⲣⲉϥⲱ̀ⲟⲩ ⲛ̀ϩⲏⲧ الجزء الثاني من نسايل « Secunda pars (orationis) 'Longanimis' » (ar.: « Secunda pars ex ⲛⲓⲥⲟⲗⲥⲉⲗ [i. e. 'refocillationibus']»), invitationes (ⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲝⲁⲥⲑⲉ), a diacono dicendae, pro salute mundi et civitatis, pro aere et fructibus, pro flumine, pro rege (discrepat T., pp. ⲦⲜⲈ - ⲦⲜⲌ); [7] (ff. 69v-85) epiclesis: ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ ⲫⲏ ⲉ̀ⲧⲁϥϯ ⲛ̀ϯϩⲓⲣⲏⲛⲏ « Domine Deus noster qui dedisti pacem » (T., pp. ⲦⲜⲌ - ⲦⲞⲂ, Cahir., pp. ⲤⲠⲈ - ⲤϤⲂ).

3 (ff. 85v-133v) Adoratio tertia. [1] (ff. 85v-95v) Deut. 16, 1-18 des. ⲕⲁⲧⲁ ⲛⲉⲕⲫⲩⲗⲏ; [2] (ff. 95v-104) I Cor. 14, 18-40; [3] (ff. 104v, 105) praemissa rubrica « Oratio Evangelii », Ps. 65, 4, Ps. 71, 11; [4] (ff. 105-115v)

Ioh. 4, 13-42 (T. et Cahir., Ioh. 4, 1-23 des. **ⲟⲩⲙⲉⲑⲙⲏⲓ**); [5] (ff. 116-118ᵛ) psallia Batos: **ⲟⲩⲁⲓ ⲅⲁⲣ ⲡⲉ ⲫϯ ⲫⲓⲱⲧ** « Unus enim est Deus Pater » (T., p. ⲧϥⲑ, et Cahir., p. ⲧⲓⲃ, incipiunt: **ⲟⲩⲡⲛⲉⲩⲙⲁ ⲅⲁⲣ ⲡⲉ ⲫϯ ⲫⲓⲱⲧ**; T., p. ⲧϥⲏ, praemittit aliam psalliam: **ⲡⲭ︦ⲥ︦ ⲡⲓⲗⲟⲅⲟⲥ**); [6] (ff. 118ᵛ, 119) praevio titulo **ⲡⲓⲙⲉⲣⲟⲥ ⲙ̀ⲙⲁϩⲅ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲣⲉϥⲱⲟⲩ ⲛ̀ϩⲏⲧ** الجزو الثالث من نيسلسل « Tertia pars (orationis) ‘ Longanimis ’ » (ar.: « Tertia pars ex **ⲛⲓⲥⲟⲗⲥⲉⲗ** »), invitationes (**ⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲝⲁⲥⲑⲉ**) ad orandum pro captivis, pro defunctis, pro oblationes offerentibus, pro catechumenis (discrepant T., pp. ⲩⲁ - ⲩⲑ et Cahir., pp. ⲧⲓⲇ - ⲧⲓⲍ); [7] (ff. 119ᵛ-133ᵛ) epiclesis: **ϯⲙⲟⲩⲙⲓ ⲉⲑⲃⲉⲃⲓ ⲛ̀ⲥⲛⲟⲩ ⲛⲓⲃⲉⲛ** « Fons saliens omni tempore » (T., pp. ⲩⲑ - ⲩⲓⲇ, et Cahir., pp. ⲧⲓⲍ - ⲧⲕⲇ, leviter discrepant); des. f. 133ᵛ in notam de precibus in fine recitandis quae sunt: pater noster, **ⲥⲉ ⲡⲟ︦ⲥ︦ ⲡⲟ︦ⲥ︦** « Utique Domine, Domine », absolutio, **ⲧⲉⲛⲛⲏⲟⲩ ϩⲁⲣⲟⲕ ⲉ̀ⲡⲭⲓⲛϩⲱⲧⲡ ⲛ̀ⲧⲉϥⲫⲣⲏ ⲫϯ ⲡⲁⲥⲱⲧ(ⲏⲣ)** « Venimus ad te ad solis occasum, Domine, salvator » et benedictio, missis quae sequuntur ap. T., pp. ⲩⲓⲇ - ⲩⲓⲋ, et in ed. Cahir., pp. ⲧⲕⲉ, ⲧⲕⲋ. Desideratur textus arabicus in ff. 119 et 133ᵛ.

Ff. 135ᵛ-134ᵛ, rubricae arabicae, alterius manus. Praemisso: الله المدبر برحمته « Deus regens misericordia sua », inc.: الذى ترتب فى صلاة السجدة مما كتب بخط ابينا الاب البطريرك انبا بنيامين مما نسخه بيده المقدسة فى كتاب الخمسين وفيه السجدة وهو ان يعمل ثلثة قصارى فخار جدد « Ordinationes pro oratione Adorationis, ex eis quae scripta sunt scriptura patris nostri patriarchae abba Benjamini (II [1327-1339]), scripta manu sua sancta in libro Pentecostes, ubi de Adoratione, scil.: Sumant tres orcas fictiles novas »; des.: وبعدها التحليل **ⲥⲉ ⲡⲟ︦ⲥ︦ ⲡⲟ︦ⲥ︦** ويرفع الصلب ويقبلوه والقانون الملائم للسجدة والتسريح بمرتبة (?) ولا يقرا الانجيل الثالث الا الارشى دياقن لا غير [...] « (dicit) deinde absolutionem **ⲥⲉ ⲡⲟ︦ⲥ︦ ⲡⲟ︦ⲥ︦** ‘ Utique Domine, Domine ’ elevat crucem et osculantur eam; (legit) canonem Adorationi ascriptum et dimissionem uti statutum; verum non legit (ipse) evangelium tertium sed archidiaconus, non alius, [...] ».

Post restitutum genuinum ff. ordinem, olim glutinatoris incuria turbatum, nuper instructus est codex nova eorumdem enumeratione imis paginis rectis impressa quam sequimur; inde autem a f. 4 apparent paginarum notae copticae sed in ff. aversis tantum, iuxta numeros pares, non tamen sine oscitantia appositae, paucis deficientibus, aliis autem suffectis vel correctis. Complectitur autem: ff. 11 quorum ultima pagina habet notam p. ⲕ summo in angulo exteriore et notam fasc. ⲁ in angulo interiore quorumque f. 1 est chartae recentioris, quinionem ⲃ (ff. 12-21, ⲕⲃ - ⲙ), quaternionem ⲅ (ff. 22-29, ⲙⲃ - ⲝ),

ff. 11 fasc. ⲇ̅ (ff. 30-40, ⲍ̅ⲃ̅ – ⲡ), quiniones ⲉ̅ – ⲓ̅ⲅ̅ (ff. 41-130, ⲡ̅ⲃ̅ – ⲥ̅ⲍ̅) et ff. 5 fasc. ⲓ̅ⲇ̅ (ff. 181-135, ⲥ̅ⲍ̅ⲃ̅ – ⲥ̅ⲍ̅ⲉ̅, ff. 134, 135 sine nota). « Adorationis » sectiones in singulis ff. rectis memorat inscriptio arabica. Fascia in summo f. 4, ornamenta in summis paginis extremis fasciculorum necnon ornamenta marginalia ff. 4, 47[v], 85[v] quae, foliis 47[v] et 85[v], ipsas litteras grandiores decorant (cf. cod. Vat. 29, p. 106), eamdem fere praebent indolem ac in codd. Vat. copt. 40 et Vat. copt. 41; similis est usus minii in rubricis, in litteris ⲫ, ϧ, in signis interpunctionis, in ductibus super voces contractas; minio integre exaratae sunt lineae tertia et quarta sectionum maiorum. Inscriptiones in foliis extremis fasciculorum sunt ⲓ̅ⲩ̅ ⲭ̅ⲩ̅ ⲛ̅ⲁ̅ⲓ̅ ⲛ̅ⲏ̅ⲓ̅ (in f. 91 ⲛ̅ⲁ̅ⲓ̅ ⲛ̅ⲁ̅ⲓ̅) « Iesu Christe miserere mei »; desiderantur in ff. 51, 110[v], 121, 131. F. 3[v] occupat ornamentum fere integre deletum: crux scil. cuius remanet pars inferior coloribus rubro et flavo ornata necnon consuetae inscriptiones ⲓ̅ⲩ̅ ⲭ̅ⲩ̅ ⲁ̅ϥ̅ϭ̅ⲣ̅ⲟ̅ ⲛ̅ⲓ̅ⲕ̅ⲁ̅, ⲝⲩⲗⲟⲛ ⲍⲱⲏⲥ, ⲡⲓϣϣⲏⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲱⲛϧ « Iesus Christus vicit, lignum vitae »; mediam autem f. partem tenent vestigia crucis graecae quam vocant, circulo inclusae, super pristinum ornamentum depictae. Scriptura duplicem exhibet formam litterae ⲙ, cum ductu inferiore tum directo, tum curvo, de qua dictum est ad cod. Vat. copt. 16. Tituli et rubricae scriptura graciliore exarata sunt, unciali vero rotunda linn. 1, 2 sectionis primae (f. 4[v]), linn. 3, 4 sectionis secundae (f. 47[v]), linn. 1-3 sectionis tertiae (f. 85[v]).

In f. 47, titulus donationis: بسم الاب والابن والروح القدس الاله الواحد | هذا الكتاب المبارك وقف على كنيسة | الست السيدة الطاهرة مارة مريم | بحارة الروم السفلى بالقاهرة المحروسة | من يخرج عنها ببيع او برهن او بعارية | او بوجه من سائر الوجوه يكون مبعود | من (نعمة روح القدس (supra lineam ولا يكن له نصيب مع | المؤمنين وكتب فى شهر بشنس سنة الف واثنين وثلاثين للشهداء | الاطهار امين امين امين والسبح لله دائما ابدا « In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, Dei unici. Hic liber benedictus legatum adscriptus est ecclesiae Dominae, Dominae purae, Dominae Mariae in Ḥārat ar-Rūm inferiore Cahirae (a Deo) custoditae. Qui educet illum ad vendendum, dandum in pignus aut arrham, vel alio quovis modo, e gratia Spiritus Sancti excludetur nec erit ei pars cum credentibus. Scriptum est mense bašnas anni 1032 martyrum purorum (= an. D. 1316). Amen; amen; amen. Et Deo laus in perpetuum, in aeternum ». F. 1, notae variae: *num. 19, nov. 53* (?) (*53* mutatum in *42*), dein, plumbo scriptum, *copht. 42*; f. 2: *305, Missale l*(itte)*ra egyptia cophitu cum glossa Arabica* (*glossa* postea ductibus cancellatum, superscripto: *interpretatio*); ex hac nota conficitur codicem in Bibliothecam Vaticanam ante an. 1481 advectum esse; sub eodem enim titulo laudatur in inventario manuscripto illius anni, cod. Vat. lat. 3947, f. 89 (vide etiam codices Vat. lat. 7135, f. 47, Vat. lat. 7136, f. 541, necnon cod. Vat. lat. 3951, Invent. an. 1533, f. 63); *13*; f. 3: *III libellus diversar*(um) *or*(ati)*onum sacrar*(um) *cophtice et arabice* (manus posterior cancellavit: *et arabice*, atque adiecit: *cu*(m) *interpretatione Arabica*). Vac. ff. 1[v], 2[v], 134[r].

In dorso integumenti e membrana confecti, auro impressa sunt *copt*(icus) et stemmata Leonis XIII et I. B. Pitra card. bibliothecarii, necnon super corium rubrum *Vat.* | *42*.

43 (olim 23). Saec. XIV-XV, chart., mm. 130 × 83, ff. 47, linn. 12.

Troparia evangeliorum pro tempore ieiunii, pro dominicis per annum necnon pro festis quibusdam, bohairice cum rubricis arabicis.

1 (ff. 2-8) Tempore ieiunii, sub invocatione: بسم الله الرؤوف الرحيم « In nomine Dei clementis misericordis »; cf. cod. Vat. copt. 39, ff. 112-118v. [1] (ff. 2-3) In ieiunio Ninivitarum, feria II, mane, ⲁⲗⲗⲁ ⲁ̀ⲣⲓⲟⲩⲓ (V. 39, f. 112); feria III, mane, ⲁ̀ⲗⲗⲁ ⲃⲱⲗ ⲉ̀ⲃⲟⲗ (V. 39, f. 112); feria IV, mane, ϯϩⲓⲣⲏⲛⲏ (V. 39, f. 112v); [2] (ff. 3-4) dominica I, vesp., ⲛ̀ⲑⲱⲧⲉⲛ (V. 39, f. 98); mane, ϩⲓⲟⲩⲓ (V. 39, f. 92); ad missam, ϩⲁⲛⲭ̀ⲣⲏⲙⲁ (V. 39, f. 99v); [3] (f. 4r.v) dominica II, vesp., ⲁ ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ (V. 39, f. 113); mane, ⲟⲩ ⲡⲉ ⲧⲉⲧⲉⲛⲙⲉⲩⲓ (V. 39, f. 114); ad missam, ⲁ ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ (solum initium, cum rubrica arabica: « integre »; cf. f. 4); [4] (ff. 4v-5v) dominica III, vesp., ⲑⲁⲓ ⲧⲉ ⲓ̀ⲗ̅ⲏ̅ⲙ̅ (V. 39, f. 114v); mane, ⲙⲁϣⲉ ⲛⲱⲧⲉⲛ (V. 39, f. 114v); ad missam, ⲁⲓⲉⲣⲛⲟⲃⲓ (solum initium, cum rubrica arabica: « usque ad finem »; V. 39, f. 114v); [5] (ff. 5v-7v) dominica IV, vesp., ⲛ̀ⲑⲱⲧⲉⲛ (solum initium, cum rubrica arabica: « scriptum est ad dominicam I ieiunii vesp. » [v. f. 3]; ita communiter in codice quoties occurrit troparium iam antea scriptum integre, praeterquam paucis in locis infra notandis); mane, ⲫⲏ ⲉ̀ⲧⲁϥϩⲏⲓ (V. 39, f. 115); ad missam, ⲯⲩⲭⲏ (V. 39, f. 115); item, ⲙⲁⲣⲉⲛⲟⲩⲱϣⲧ (V. 39, f. 115v); item, ⲱ̀ ⲫⲏ ⲉ̀ⲧⲁϥⲛⲟϩⲉⲙ « O qui salvavit »; [6] (ff. 7v, 8) dominica V, vesp., ϭⲓ̀ⲥⲙⲏ (V. 39, f. 115v); mane, ϥⲛⲁ̀ⲓ (solum initium, cum rubrica arabica: « usque ad finem » v. infra f. 45v; V. 39, f. 116); ad missam, ⲕⲟⲗⲩⲙⲃⲏⲑⲣⲁ ⲁⲩⲙⲟⲩϯ ⲉ̀ⲣⲟⲥ (V. 39, f. 107); [7] (f. 8r.v) dominica VI, vesp., ⲑⲁⲓ ⲧⲉ ⲓ̀ⲗ̅ⲏ̅ⲙ̅ (v. f. 4v); mane, item; ad missam, ⲕⲉ ⲅⲁⲣ (V. 39, f. 108v); sequitur, f. 8v, nota arabica: « hebdomada septima et Pascha scripta sunt post menses totius anni »; in codice desiderantur.

2 (ff. 9-13) Mense tūt. [1] (ff. 9-10) Dominica I, vesp., ⲙ̀ⲡⲉ ⲟⲩⲟⲛ (V. 39, f. 91); mane, ⲛ̀ⲑⲟⲕ ⲟⲩϩⲟⲩⲟ̀ (V. 39, f. 91v); ad missam, ⲕϭⲟ̀ⲥⲓ (V. 39, f. 91v); [2] (f. 10r.v) dominica II, vesp., ⲧϣⲱⲙⲓ ⲅⲁⲣ (V. 39, f. 92); mane, ϩ̀ⲓⲟⲩⲓ (v. f. 3); ad missam, tono Adam, ⲁⲭⲟⲥ (V. 39, f. 92); [3] (ff. 10v-11v) dominica III, vesp., ϩⲓⲟⲩⲓ (v. f. 3); mane, ⲙ̀ⲡⲉⲣⲉⲣⲡⲱⲃϣ̀ (V. 39, f. 93); ad missam, ⲧⲫⲁϣⲓ (V. 39, f. 93); [4] (ff. 11v-13) dominica IV, vesp., ⲧ̀ϣⲉⲣⲓ (V. 39, f. 93v); mane, ⲟⲩ ⲡⲉ ⲡⲓⲛⲁϩϯ (V. 39, f. 93v: ⲟⲩⲛⲓϣϯ ⲡⲉ ⲡⲉⲛⲁϩϯ); item, ϫⲱⲟⲩⲛ (V. 39, f. 93v); ad missam, ⲏⲡⲡⲉ ϯⲥ̀ϩⲓⲙⲓ (V. 39, f. 94).

3 (ff. 13-16v) Mense bābah. 1 (f. 13r.v) Dominica I, vesp., ⲉ̄ ⲛ̀ϣⲟ (V. 39, f. 94); mane, Adam, ϫⲉ ⲙⲁⲧⲁⲙⲉ (V. 39, f. 94); ad missam, ⲃⲱⲗ (V. 39, f. 94v); 2 (f. 14r.v) dominica II, vesp., ⲥⲓⲙⲱⲛ (V. 39, f. 95); mane, Adam, ⲁⲥⲓ ⲉ̀ⲡⲓⲙ̀ϩⲁⲩ (V. 39, f. 95v); ad missam, ⲙ̀ⲡⲉⲣⲉⲣϩⲟϯ (V. 39, f. 95v); 3 (f. 15r.v) dominica III, vesp., ⲥⲓⲙⲱⲛ (v. f. 14); mane, ⲁⲥⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲙⲁⲣⲓⲁ̀ (V. 39, f. 106v); ad missam, ⲕⲟⲩⲣ ⲙ̀ⲃⲉⲗⲗⲉ (V. 39, f. 97); 4 (ff. 15v-16v) dominica IV, vesp., ⳉⲟⲩⲥⲓⲁ̀ (V. 39, f. 97); mane, Adam, ⲕⲁⲗⲟⲥ (V. 39, f. 97); ad missam, ⲁ ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ (V. 39, f. 97v).

4 (ff. 16v-19) Mense hatūr. 1 (ff. 16v, 17) Dominica I, vesp., ⲱⲟⲩⲛⲓⲁ̀ⲧⲟⲩ (V. 39, f. 97v); mane, Adam, ⲁⲥⲓ ⲉ̀ⲡⲓⲙ̀ϩⲁⲩ (v. f. 14); ad missam, ⲛ̀ⲑⲱⲧⲉⲛ (v. f. 3); item, ϫⲉ ⲛⲁⲓ ⲛⲉ (V. 39, f. 98); 2 (f. 17r.v) dominica II, vesp., ⲛ̀ⲑⲱⲧⲉⲛ (v. f. 3); mane, Adam, ⲉⲑⲃⲉ ⲫⲁⲓ (V. 39, f. 98v); ad missam, ϫⲉ ⲛⲁⲓ ⲛⲉ (v. f. 17); 3 (f. 18r.v) dominica III, vesp., ϫⲉ ⲁ̀ⲙⲱⲓⲛⲓ (V. 39, f. 99); mane, Adam, ⲁⲥⲓ ⲉ̀ⲡⲓⲙ̀ϩⲁⲩ (v. f. 14); ad missam, ϩⲱϯ ⲉ̀ⲣⲟⲓ (V. 39, f. 99); 4 (ff. 18v, 19) dominica IV, vesp., ⲛⲏ ⲉⲧϩⲏϣ (V. 39, f. 99v); mane, Adam, ⲁⲥⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲙⲁⲣⲓⲁ̀ (v. f. 15); ad missam, ϩⲁⲛϫ̀ⲣⲏⲙⲁ (v. f. 3v).

5 (ff. 19v-27) Mense kīhak. 1 (ff. 19v-20v) Dominica I, vesp., ⲏⲡⲡⲉ ϯⲥ̀ϩ⟨ⲓ⟩ⲙⲓ (V. 39, f. 94); mane, ⲟⲩⲟϩ ϣⲱⲡ ⲉ̀ⲣⲟⲕ (V. 39, f. 100); ad missam, ⲕϭⲟ̅ⲥⲓ (integre; etiam f. 9v); 2 (ff. 20v-21v) dominica II, vesp., ⲧϣⲉⲣⲓ (v. f. 11v); mane, ⲛⲓⲗⲉⲙⲱⲛ (V. 39, f. 100v); ad missam, ⲧⲉⲛϯ ⲛⲉ (V. 39, f. 101); 3 (ff. 21v-22v) dominica III, vesp., ⳉⲱⲟⲩⲛ (integre; etiam f. 12v); mane, ϫ̀ⲉ⟨ⲣⲉ⟩ ϯϭⲣⲟⲙⲡⲓ (V. 39, f. 101v); ad missam, ⲧⲉⲛϭ̅ⲓ̅ⲥⲓ ⲙ̀ⲙⲟ (integre; V. 39, f. 102, habet initium solum); 4 (ff. 22v-24) dominica IV, vesp., ⲉϥⲉⲟⲩⲟⲛϩ (V. 39, f. 102); ⳅⲉⲟϣ̀ (sub eadem rubrica, cf. V. 39, f. 102v et f. 96v); mane, ϫⲉ ⲧⲁϩⲓⲣⲏⲛⲏ (V. 39, f. 102v); ad missam, ⲙ̀ⲡⲉ ⲟⲩⲟⲛ (v. f. 9); item, ⲉⲑⲃⲉ ⲫⲁⲓ (V. 39, f. 102); 5 (ff. 24-25v) die 28 kīhak, vesp., ⲱ̀ ⲛⲓⲛⲁⲕϩⲓ (V. 39, f. 102v); mane, ϫⲉ ⲉⲥⲉ̀ⲙⲓⲥⲓ (V. 39, f. 103); ad missam, ϧⲉⲛ ⲛⲁⲓ ⲧⲉⲛⲣⲁϣⲓ (V. 39, f. 103v); 6 (ff. 25v-27) die 29 kīhak, vesp., ⲉⲑⲃⲉ ⲫⲏ ⲉ̀ⲧⲁⲩⲙⲁⲥ⟨ϥ⟩ (V. 39, f. 104); item, ⲉⲧⲁⲩⲙⲁⲥϥ (V. 39, f. 104); mane, ϫⲉ ⲡⲓⲁⲧⲥⲁⲣⳉ (V. 39, f. 103); ad missam, ⲕⲁⲧⲁ ⲫⲣⲏϯ ⲉ̀ⲧⲁϥϫⲟⲥ ⲛ̀ϫⲉ ⲙⲉϫ̀ⲓⲁⲥ « Sicut dixit Michaeas ».

6 (ff. 27v-31v) Mense tūbah. 1 (f. 27v) Dominica I, vesp., ⲛⲏ ⲉⲧϩⲉϣ (v. f. 18v); mane, ⲛ̀ⲑⲟⲕ ⲟⲩϩⲟⲩⲟ̀ (v. f. 9); ad missam, ⲉⲧⲁⲩⲙⲁⲥϥ̀ (v. f. 25v); 2 (ff. 27v-28v) die 10 tūbah, vesp., ⲙ̀ⲡⲉ ⲟⲩⲟⲛ (v. f. 9); mane, ϯⲅⲁⲗⲓⲗⲉⲁ̀ (V. 39, f. 105); ad missam, ϫⲉ ⲫⲁⲓ ⲡⲁ-

ϣⲏⲣⲏ (V. 39, f. 106); [3] (ff. 28^{v}-29^{v}) dominica II, vesp., ⲙ̀ⲡⲉⲣⲉⲣϩⲟϯ (v. f. 14^{v}); mane, ⲛ̀ⲑⲟϥ ⲁϥⲥⲁϫⲓ ⲛⲉⲙⲱⲟⲩ « Ipse locutus est eis »; ad missam, ⲁϥⲁ̀ⲙⲟⲛⲓ (V. 39, f. 107); [4] (ff. 29^{v}, 30) dominica III, vesp., ⲕⲟⲗⲉⲙⲃⲉⲙⲣⲁ (sic; v. f. 8); mane, ⲟⲩⲱⲓⲛⲓ ⲡⲉ (V. 39, f. 107); ad missam, ϩⲁⲛϫⲗⲟⲙ (V. 39, f. 107^{v}); [5] (ff. 30-31^{v}) dominica III, vesp., ⲁϥⲉⲣⲙⲉⲑⲣⲉ (V. 39, f. 107^{v}); mane, Adam, ⲡⲓⲱⲓⲕ (V. 39, f. 108); ad missam, ⲣⲱⲙⲓ ⲙ̀ⲃⲉⲗⲗⲉ (V. 39, f. 108).

7 (ff. 31^{v}-33) Mense amšir. [1] (ff. 31^{v}, 32) Dominica I, vesp., ⲥⲓⲙⲱⲛ (v. f. 14); mane, ⲙ̀ⲡⲉⲣⲉⲣⲡⲱⲃϣ̀ (v. f. 10^{v}); ad missam, Adam, ⲡⲓⲱⲓⲕ (v. f. 30^{v}); [2] (ff. 32$^{r.v}$) dominica II, vesp., ϥⲉⲛϩⲟⲧ (V. 39, f. 109); mane, Adam, ⲟⲩⲱⲓⲛⲓ (v. f. 29^{v}); ad missam, ⲉ̅ ⲛ̀ϣⲟ (v. f. 13); [3] (ff. 32^{v}, 33) dominica III, vesp., ϫⲉ ⲱ̀ ⲙⲱⲩ̈ⲥⲏⲥ (V. 39, f. 109); mane, Adam, ⲡⲓⲟⲩⲱⲓⲛⲓ (V. 39, f. 109^{v}); ad missam, Adam, ⲡⲓⲱⲓⲕ (v. f. 30^{v}).

8 (ff. 33^{v}-37) In festis. [1] (ff. 33^{v}-35^{v}) Die 8 amšīr, in introitu Domini in templum, vesp., ⲁⲙⲱⲓⲛⲓ ⲁ̀ⲛⲁⲩ (V. 39, f. 111); mane, ⲫⲏⲁⲧϣⲧⲁϩⲟϥ (V. 39, f. 111); ad missam, ⲓⲏ̅ⲥ ⲡⲭ̅ⲥ (V. 39, f. 111); post طرح Batos, ⲧⲱⲃϩ ⲙ̀ⲡⲟ̅ⲥ (V. 39, f. 111^{v}); post طرح Adam, ϩⲓⲧⲉⲛ ⲛⲓⲉⲩⲭⲏ (V. 39, f. 111^{v}); ad diapsalma in طرح Adam, ⲫⲏ ⲉⲧϣⲟⲡ ⲫⲏ ⲉ̀ⲛⲁϥϣⲟⲡ... « Qui est, qui erat... »; [2] (f. 35^{v}) die 13 misrī, in Transfiguratione, ϫⲉ ⲫⲁⲓ ⲡⲉ ⲡⲁϣⲏⲣⲓ (v. f. 28); [3] (ff. 35^{v}, 36) in nuptiis Canae et pro coronatione (coniugum), ⲅ̅ ⲛ̀ϩⲩⲇⲣⲓⲁ̀ (V. 39, f. 127); [4] (f. 36) ad evangelium pro sponsalibus, ⲟⲩⲱⲓⲛⲓ (v. f. 29^{v}); [5] (f. 36) ad evangelium coronationis, ⲛⲁⲓ ⲉ̀ⲧⲁϥϩⲟⲧⲡⲟⲩ (V. 39, f. 127^{v}); [6] (f. 36^{v}) de septem panibus, ⲡⲓⲍ̅ ⲛ̀ⲱⲓⲕ (V. 39, ff. 127^{v} et 125); [7] (f. 36^{v}) de quinque panibus, ⲉ̅ ⲛ̀ϣⲟ (v. f. 13); [8] (ff. 36^{v}, 37) in descensu Spiritus Sancti, ⲛ̀ⲑⲟϥ ⲁϥϭⲓ (V. 39, f. 128).

9 (ff. 37-38^{v}) Mense bašnas. [1] (ff. 37-38) Dominica III, vesp., ϯⲁ̀ⲅⲁⲡⲏ (V. 39, f. 121); mane, Adam, ⲁⲥⲓ ⲉⲡⲓⲙ̀ϩⲁⲩ (v. f. 14); ad missam, ⲉ̀ϣⲱⲡ ⲁⲛϣⲁⲛⲙⲉⲛⲣⲉ (V. 39, f. 121); item, ⲡⲓⲱⲓ⟨ⲕ⟩ (v. f. 30^{v}); [2] (f. 38$^{r.v}$) dominica IV, vesp., ⲟⲩ ⲡⲉ ⲉ̀ⲧⲉ ⲇⲁⲩⲓⲇ (V. 39, f. 121^{v}); mane, Adam, ⲁⲥⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲙⲁⲣⲓⲁ (v. f. 15); ad missam, ⲁ ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ (v. f. 4).

10 (ff. 38^{v}-41^{v}) Mense ba'ūnah. [1] (ff. 38^{v}-39^{v}) Dominica I, vesp., ⲏⲗⲓⲁⲥ (V. 39, ff. 122 et 109^{v}); mane, Adam, ϫⲉ ⲙⲁⲧⲁⲙⲉ (v. f. 13^{v}); ad missam, ϫⲉ ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ (V. 39, f. 122; codex des.; ⲙⲁⲣⲉⲥⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲧⲉⲕⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ · ϫⲉ ⲫⲱⲕ ⲡⲉ ⲡⲓⲱⲟⲩ ϣⲁ ⲉ̀ⲛⲉϩ « adveniat regnum

tuum, quia tua est gloria in aeternum »); item, ⲁⲓⲉⲣⲉ̀ⲧⲓⲛ (V. 39, f. 122); [2] (ff. 39v-40v) dominica II, vesp., ϯϣⲱⲙⲓ (v. f. 10); mane, Adam, ⲁⲥⲛⲁⲩ ⲉⲡⲓⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ (V. 39, f. 123v); ad missam, ⲃⲱⲗ ⲛ̀ⲛⲉⲛⲥⲛⲁⲩϩ (V. 39, f. 94v); [3] (f. 40v) dominica III, vesp., ⲁⲓⲉⲣⲉ̀ⲧⲓⲛ (v. f. 39v); mane, Adam, ⲉⲑⲃⲉ ⲫⲁⲓ (v. f. 17v); ad missam, ⲕⲟⲩⲣ ⲙ̀ⲃⲉⲗⲗⲉ (v. f. 15); [4] (ff. 40v-41v) dominica IV, vesp., Adam, ⲙⲉⲛⲣⲉ ⲛⲉⲧⲉⲛϫⲁϫⲓ (V. 39, f. 122v); mane, Adam, ⲁ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ ⲧⲱⲛϥ (V. 39, f. 87v, salutatio, pars prima; cf. infra f. 42); ad missam, ⲁϥⲁ̀ⲙⲟⲛⲓ (v. f. 29).

11 (ff. 41v-43v) Mense abīb. [1] (ff. 41v-43) Dominica I, vesp., ⲱ̀ⲟⲩⲛⲓⲁ̀ⲧⲟⲩ (V. 39 f. 123); mane, Adam, ⲁϥⲟⲩⲟⲛϩϥ̀ ⲉ̀ⲙⲁⲣⲓⲁ̀ « Manifestavit se Mariae » (V. 39, f. 87v, pars altera salutationis ⲁ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ); ad missam, ⲛⲉⲛⲓⲟϯ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲛ̀ⲁ̀ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ (V. 39, f. 85v, salutatio); [2] (f. 43r.v) dominica II, vesp., ϩⲁⲛⲫ̀ⲣⲏⲙⲁ (sic; v. f. 3v); mane, ϥⲱϯ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲛⲓⲥⲕⲁⲛⲇⲁⲗⲟⲛ (V. 39, f. 110); ad missam, ϥ̀ⲛⲁⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲡ̀ϣⲏⲣⲓ (v. f. 7v); [3] (f. 43v) dominica III, vesp., ⲱ̀ⲟⲩⲛⲓⲁⲧϥ des. mut. (V. 39, f. 123v).

12 (ff. 44-45) [Mense misrī]. [1] (f. 44r.v), absque rubrica, ⲝⲟⲩⲥⲓⲁ̀ (v. f. 15v); mane, Adam, ϫⲉ ⲙⲁⲧⲁⲙⲉ (v. f. 13v); ad missam, ⲡⲓⲱ̀ⲛⲓ (V. 39, f. 124: ⲉⲝⲟⲩⲥⲓⲁ et ⲡⲓⲱⲛⲓ, sub rubrica: « in dominica I mensis misrī et in dominicis quae supersunt »); [2] (ff. 44v, 45) dominica II, vesp., ϩⲁⲛⲭ̀ⲣⲏⲙⲁ (v. f. 3v); mane, Adam, ⲁⲥⲓ ⲉ̀ⲡⲓⲙϩⲁⲩ (v. f. 14); ad missam, ⲁⲣⲓⲧ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ (V. 39, f. 116); [3] (f. 45) dominica III, vesp., ⲁϥⲁ̀ⲙⲟⲛⲓ (v. f. 29); mane, ⲁϥⲟⲩⲟⲛϩϥ (v. f. 42); ad missam, ⲛⲓⲗⲉⲙⲱⲛ (v. f. 21); [4] (f. 45v) dominica IV, vesp., ϥⲛⲁⲓ̀ ⲛ̀ϫⲉ ⲡ̀ϣⲏⲣⲓ (v. f. 7v); mane, Adam, ϫⲉ ⲙⲁⲧⲁⲙⲉ (v. f. 13v).

13 (f. 46r.v) Pro festis, initio mut. [1] (f. 46) Fragmentum (finis troparii ϣⲁⲣⲉ ⲡⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ): ⲉⲣⲱⲟⲩ ⲟⲩⲟϩ ϣⲁϥⲛⲁϩⲙⲟⲩ « super eos et servat eos » (V. 39, f. 126v, sub titulo: « In commemoratione ss. angelorum, vesp. »); [2] (f. 46) troparium in apostolos, ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲁ̀ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ (V. 39, f. 126v, sub titulo: « In comm. ss. angel., mane »); [3] (f. 46v) troparium in prophetas, ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲡ̀ⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ (V. 39, f. 128v, coll. f. 127); des. cum nota arabica: وهذا ما وجد فيه والسبح لله دائما « Et hoc est quod repertum est in ipso (antigrapho), et gloria Deo in aeternum ».

14 (f. 47r.v) Fragmentum alterius codicis manusque diversae; praemissa rubrica: هذا الطبح يقرا للبطرك والاسقف بطول السنة « Hoc ⲧⲱⲃϩ (orate) dicitur pro patriarcha et episcopo, per annum », inc.: ⲧⲱⲃϩ ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ « Orate ut Christus Deus noster misereatur

nostri »; des.: ⲛ̀ⲧⲉϥϭⲓ ⲛ̀ⲛⲓϯϩⲟ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲧⲱⲃϩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲏⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ ⲛ̀ⲧⲁϥ ⲛ̀ⲧⲟⲧⲟⲩ « ut accipiat orationes et preces sanctorum suorum ». Similia habet Tuki, ⲡⲓϫⲱⲙ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓϣⲟⲙⲧ ⲛ̀ⲁⲛⲁⲫⲟⲣⲁ, pp. ١٧١-١٧٢, lin. 3; at codex, post ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲭⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ, pro ⲉⲧⲧⲁⲓⲏⲟⲩⲧ... ⲧⲱⲛ ⲟⲣⲓⲱⲛ ⲁⲩⲧⲏⲥ (Tuki, p. ١٧١, lin. 13 – p. ١٧٢, lin. 15), habet tantum: ⲉ̅ⲑ̅ ⲛ̀ⲟⲥⲓⲟⲧⲁⲧⲟⲥ ⲕⲉ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲡⲓⲙⲉⲛⲣⲓⲧ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲉ̅ⲑ̅ ⲁⲃⲃⲁ ⲛⲓⲙ̅; in reliquis insuper leviter discrepat (cf. etiam Cl. Labib, ⲡⲓϫⲱⲙ ⲛ̀ϯⲙⲉⲧⲣⲉϥϣⲉⲙϣⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲇⲓⲁⲕⲱⲛ, Heliopoli, 1920, pp. ϥ̅ⲇ̅ – ϥ̅ⲉ̅); in fine: وتكمل على جارى العدة « concluditur pro more ».

Constat codex quattuor quinionibus et ff. 7. Soli quiniones 1-3 arabice notati sunt: [ال]كرس الاول, ثانى كراس, الكرس الثالث, in fasciculorum foliis primis rectis; carent folia et fasciculi notis copticis uncialibus; instructus est autem codex ff. notis copticis cursivis ⲁ̅ – ⲙ̅ⲑ̅ (ff. 1-47, nota ⲁ̅ cum angulo externo f. 1 avulsa, deficientibus insuper notis ⲙ̅ⲇ̅ et ⲙ̅ⲋ̅ propter duo ff. deperdita, unum post f. 43, alterum post f. 45) appositis in ff. 3-10 aversis, in rectis autem ff. 2, 11-47. Nuper signatus est codex enumeratione imis mgg. impressa, quam secuti sumus. Praeter stellam partim minio obductam quae medium occupat f. 1ᵛ, nullo decoratur ornamento; ad scripturam quod spectat et minii usum, communem quamdam exhibet indolem cum cod. Vat. copt. 42 (saec. XIV); est tamen scripturae magis incomptae, nec forsan immerito saec. XV tribueretur.

F. 1, notae diversarum manuum: *Copt. XLIII*, in schedula folio agglutinata; *VI Libellus parvus orationum sacrar*(um) *cophtice*; *21* (*1* mutatum in *3?*); *Vat. 23*; *Nov. 54* (*54* ductu deletum); *23*; *Copt. 43*. F. 2, in summo margine, ·*326*· (cf. cod. Vat. lat. 7136, f. 95 [olim 542; catalogum tempore Iulii II confectum], collato cod. Vat. lat. 7135, f. 47).

In dorso tegumenti, quod membrana confectum est, auro impressa sunt in schedula corii rubri *Vat.* | *43*, extra vero schedulam, *copt*(icus) necnon scuta Leonis XIII et I. B. Pitra card. bibliothecarii.

44 (olim 13). Saec. XIV in. (inter an. 1305 et 1320; cf. infra), chart., mm. 265 × 185, ff. 126, linn. 28-30.

Codex continens ritus ordinationum, benedictiones et orationes varias, librum chrismatis et ordinem renovationis ecclesiae antiquae restitutae; bohairice et arabice, paucis exceptis pro opportunitate notandis; accedunt (f. 2) elenchus arabicus episcopatuum Egypti et (f. 126ᵛ) nota indolis litterariae ad psychologiam spectans, manibus posterioribus adiecta.

I (ff. 2ᵛ-60ᵛ) Ritus ordinationum; in ritu ordinationis lectoris, subdiaconi, diaconi, presbyteri, hegumeni et archidiaconi desideratur textus arabicus orationum, ne spatio quidem relicto ad eumdem excipiendum.

Ritum edidit Tuki (= T.), **ⲡⲓϫⲱⲙ ⲉϥⲉⲣⲁⲡⲁⲛⲧⲟⲕⲧⲓⲛ ⲉ̀ϫⲉⲛ ⲛⲓⲉⲩⲭⲏ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ, ⲡⲓⲙⲉⲣⲟⲥ ⲛ̀ϩⲟⲩⲓⲧ**, Romae, 1761, pp. ⲁ̅ - ⲣ̅ⲛ̅ⲁ̅; eiusdem textus versionem latinam ab Antonio Scholz confectam legere est apud Henricum Denzinger (= D.), in ea operis sui *Ritus Orientalium* parte quae inscribitur *Ritus ordinationum ecclesiae Alexandrinorum Iacobitarum*, Wirceburgi, 1863, t. II, pp. 1-63; cf. t. I, p. VI; vide etiam P. Antoine, *L'ordination sacerdotale chez les coptes unis*, in ephemeride *Revue de l'Orient chrétien*, t. XXVIII, 1931-1932, pp. 362-376. De antiquioribus huius Ritus translationibus quarum Denzinger varias laudat lectiones, vide t. II, pp. 1, 2; de variis ritibus, vide etiam A. I. Butler, *The Ancient Coptic Churches of Egypt*, t. II, Oxonii, 1884, pp. 301-323.

1 (ff. 2^v-4^v) Ordinatio lectoris (T., pp. ⲁ̅ - ⲍ̅, D., pp. 2-4) sub titulo **ⲧⲁⲕⲟⲩⲗⲟⲩⲑⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓϫⲓⲛⲫⲱϣ ⲛ̀ⲟⲩⲁ̀ⲛⲁⲅⲛⲱⲥⲧⲏⲥ**, ترتيب قسمة الاغنسطس « Ordo ordinationis lectoris » (T., p. ⲁ̅, D., p. 2; addunt « qui fiet post amplexum »). F. 2^v, ritus praevii (T., pp. ⲁ̅, ⲃ̅, D., p. 2; addunt « capite nudo »); ff. 2^v, 3, oratio **ⲧⲉⲛϯϩⲟ ⲟⲩⲟϩ ⲧⲉⲛⲧⲱⲃϩ** « Rogamus et obsecramus » (T., p. ⲃ̅, D., p. 2); f. 3, ante orationem **ⲫϯ ⲡⲓⲛⲓϣϯ ⲛ̀ⲣⲁⲙⲁⲟ̀** « Deus, magne in divitiis » om. rubricam « Archidiaconus dicit: Orate » (T., p. ⲅ̅, D., p. 2); in eadem oratione, post verba « huiusce liturgiae », om. « et effudisti dona... qua sanctificasti eos » (T., p. ⲅ̅, D., p. 3); f. $3^{r.v}$, oratio **ⲫϯ ⲡⲓⲛⲓϣϯ ⲟⲩⲟϩ ⲙ̀ⲙⲁⲓⲣⲱⲙⲓ** « Deus magne et amator hominum », cum rubrica praevia (T., pp. ⲅ̅, ⲇ̅, D., p. 3); f. 3^v, ante orationem **ⲫⲛⲏⲃ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲫϯ ⲡⲓⲡⲁⲛⲧⲟⲕⲣⲁⲧⲱⲣ** « Domine, Domine, Deus omnipotens », pro « ad occidentem » (T., p. ⲇ̅, D., p. 3) habet rubrica « ad orientem »; ff. 3^v, 4, ante catechesin, pro rubrica « Post haec da ei librum... sed archidiaconus legit super eum hanc catechesin » (T., p. ⲉ̅, D., pp. 3, 4), habet: « Et osculatur altare et manum episcopi ipsique adstantium et da ei de mysteriis sanctis et diaconus legat super eum hanc catechesin »; f. $4^{r.v}$, post catechesin **ⲡⲁϣⲏⲣⲓ ⲡⲓϣⲟⲣⲡ ⲙ̀ⲃⲁⲑⲙⲟⲥ ⲡⲉ ⲫⲁⲓ** « Fili mi, hic primus est gradus » (T., pp. ⲋ̅, ⲍ̅, D., p. 4), codex habet rubricam: « Post haec da ei librum ut ferat eum super pectus suum et osculetur altare et episcopum et eos qui ei adstant et da ei de mysteriis sanctis » (T. et D. in fine catecheseos omittunt hanc rubricam cuius tamen partes exhibent in monitione praevia; hac in re, cum cod. consentiunt codices Vat. copt. 45, ff. 32, 33^v et Vat. copt. 46, f. $177^{r.v}$, non autem cod. Vat. copt. 49, f. 7^v); f. 4^v, versio arabica catecheseos, inc.: يا بني هذه اول المنزلة « Fili mi, hic primus est gradus ».

2 (ff. 5-7ᵛ) Ordinatio subdiaconi (T., pp. ⲍ̅ - ⲓ̅ⲉ̅, D., pp. 4-7), sub titulo ⲉⲑⲃⲉ ⲟⲩϩⲩⲡⲟⲇⲓⲁ́ⲕⲱⲛ ⲉⲩⲛⲁⲫⲟϣϥ « De subdiacono ordinando », ar.: من اجل قسمة الابودياقن « De ordinatione subdiaconi ». F. 5, ritus praevii (T., p. ⲍ̅, D., p. 4); ff. 5ʳ·ᵛ, oratio ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲫ̅ϯ̅ ⲛⲧⲉ ⲛⲓϫⲟⲙ « Domine Deus virtutum » (T., pp. ⲍ̅ - ⲑ̅, D., p. 4, 5); f. 5ᵛ, oratio archidiaconi ⲡⲓϩⲙⲟⲧ ⲉⲑⲙⲟϩ « Gratia quae implet » (T., p. ⲑ̅ et D., p. 5: « Gratia Domini nostri Iesu Christi quae supplet »; in fine, post ⲕⲉ ⲉ̅ⲗ̅. add. « ter »); ff. 5, 6, oratio ⲁϩⲁ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲁⲣⲓⲧϥ « Utique, Domine, fac eum » cum rubrica praevia (T., pp. ⲑ̅, ⲓ̅, D., p. 5); f. 6, oratio ⲫⲛⲏⲃ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲫ̅ϯ̅ ⲡⲓⲡⲁⲛⲧⲟⲕⲣⲁⲧⲱⲣ ⲫⲏ ⲉ̀ⲧⲁϥⲟⲩⲟⲛϩ ⲉ̀ⲃⲟⲗ « Domine Deus omnipotens, qui declarasti » cum rubrica (T., pp. ⲓ̅, ⲓ̅ⲁ̅, D., p. 5); f. 6ʳ·ᵛ, rubrica et oratio ⲥⲟⲙⲥ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲉ̀ϩⲣⲏⲓ ⲉ̀ϫⲉⲛ ⲡⲉⲛϣⲉⲙϣⲓ « Respice, Domine, super ministerium nostrum » (T., p. ⲓ̅ⲁ̅ et D., p. 5: « super nos et super ministerium nostrum »); f. 6ᵛ, in ipso ritu constitutionis subdiaconi, om. recensionem graecam verborum archidiaconi « N., subdiacone sanctae ecclesiae Dei » (T., p. ⲓ̅ⲃ̅, D., p. 6); ibid., verbis episcopi « Vocamus te N. subdiaconum in ecclesiam ... » (T., p. ⲓ̅ⲃ̅, D., p. 6) addit: « Amen » ac formulam iterat, praemissa rubrica « converte te ad occidentem, da tres cruces super eum dicens »; ff. 6ᵛ, 7, oratio ⲧⲉⲛϣⲉⲡϩⲙⲟⲧ ⲛ̀ⲧⲟⲧⲕ ⲫⲛⲏⲃ « Agimus tibi gratias, Domine », praevia rubrica « Da tres cruces super eum, dic hanc orationem, conversus ad orientem » (T., p. ⲓ̅ⲃ̅, D., p. 6 « Episcopus facit tres cruces super eum, sub invocatione Trinitatis ... »); f. 7, oratio ⲉⲟⲩⲱⲟⲩ « In gloriam », praemissa rubrica de impositione orarii ⲟⲩⲛⲁⲣⲓⲟⲛ (sic, T. ⲱⲣⲁⲣⲓⲟⲛ, p. ⲓ̅ⲅ̅; ar.: الاورارية); f. 7ʳ·ᵛ, catechesis bohairice, inc.: ⲡⲁϣⲏⲣⲓ ⲁⲩⲧⲉⲛϩⲟⲩⲧⲕ ⲉ̀ⲟⲩⲧⲱⲧⲉⲣ « Fili mi, creditus est tibi gradus » cum praeviis rubricis (T., pp. ⲓ̅ⲅ̅ - ⲓ̅ⲉ̅, D., pp. 6, 7); f. 7ᵛ, catecheseos versio arabica, inc.: يا بنى اتمنت على درجة « O fili mi, creditus est tibi gradus »; ibid., in fine, arabice tantum, القانون السابع لابوليدس « Canon septimus Hyppoliti »: يكون له قضايل الشماس ولا تجعل عليه يدا. ولا يقسم. وهو يترك بغير زوجة بعد ان يشهد له ويزكى من جهة جيرانه انه بعيدا من النساء ⊙ « Ipsi sint diaconi beneficia; non tamen ipsi imponetur manus, nec ordinationem accipiet, et ipse remaneat innuptus postquam testati fuerint de ipso atque a vicinis suis proclamatus fuerit mundus et remotus a mulieribus » (T., p. ⲓ̅ⲉ̅, D., p. 7, qui in titulo nomen reticent Hippolyti, in pluribus discrepant; cf. etiam W. Riedel, *Die Kirchenrechtsquellen des Patriarchats Alexandrien*, Lipsiae, 1900, p. 204).

3 (ff. 8-11) Ordinatio diaconi (T., pp. ιε̅ - κε̅, D., pp. 7-10), sub titulo ⲉⲑⲃⲉ ⲡⲧⲁϩⲟ ⲉ̀ⲣⲁⲧϥ ⲛ̀ⲟⲩⲇⲓⲁⲕⲱⲛ تكريز الشماس « De constitutione diaconi ». F. 8, in fine rubricae de ritibus praeviis, om. « conversa facie ad orientem » (T., p. ιε̅, D., p. 7); f. 8^{r.v}, oratio ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲫ︦ϯ︦ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓϫⲟⲙ « Domine Deus virtutum » (T., pp. ιε̅ - ιζ̅, D., p. 7); f. 8^{v}, acclamatio archidiaconi ⲡϩⲙⲟⲧ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲓⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ « Gratia Domini nostri Iesu Christi », omissa in rubrica voce ⲡⲣⲟⲥⲫⲱⲛⲏⲥⲓⲥ (T., p. ιζ̅, D., p. 8); f. 9, oratio (epiclesis) ⲫⲛⲏⲃ ⲡⲟ̅ⲥ̅... ⲡⲓⲁ̀ⲗⲏⲑⲓⲛⲟⲥ « Domine, Domine... vere » cum rubrica praevia (T., pp. ιη̅ - κ̅, D., p. 8; orationum ⲁϩⲁ et ⲫⲛⲏⲃ ordinem invertunt); f. 9^{r.v}, oratio episcopi ⲁϩⲁ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲁ̀ⲣⲓⲧϥ « Utique, Domine, fac eum », omisso in rubrica: « ad orientem » (T., p. ιη̅, D., p. 8; in codice, conclusio ϯⲛⲟⲩ « nunc » ut ap. D.; T. ⲫⲏ ⲉⲧϣⲟⲡ... « qui est... »); f. 9^{v}, oratio ⲥⲟⲙⲥ ⲡⲟ̅ⲥ̅ « Respice, Domine » cum rubrica praevia (T., p. κ̅, D., p. 8; post orationem ⲥⲟⲙⲥ « Respice », om. « Converte te... », ⲧⲉⲛⲑⲱϩⲉⲙ... « Vocamus te... », « Archidiaconus... », ⲁ̅ⲇ̅ ⲇⲓⲁⲕⲟⲛⲟⲥ..., ⲡⲁⲛⲓⲙ ⲛ̀ⲇⲓⲁ̀ⲕⲟⲛⲟⲥ...; cf. T., pp. κ̅, κα̅, D., p. 8); f. 9^{v}, rubrica « Converte te ad occidentem, signa frontem eius... » cum formula ordinationis ⲉⲛⲫⲱϣⲉⲛ ⲙⲙⲟⲕ... ⲧⲉⲛⲑⲱϩⲉⲙ ⲙ̀ⲙⲟⲕ..., « Ordinamus te..., vocamus te... » (T., p. κα̅, D., p. 9); ff. 9^{v}, 10, oratio ⲧⲉⲛϣⲉⲡϩⲙⲟⲧ « Gratias agimus », praemissa rubrica « Da tres cruces super faciem eius... » (T., pp. κα̅, κβ̅, D., p. 9); f. 10, oratio ⲟⲩⲱⲟⲩ « Gloria », praemissa rubrica de impositione zonarii (T., p. κγ̅, D., p. 9); f. 10^{r.v}, catechesis ⲡϩⲱⲃ ⲛ̀ⲟⲩⲙⲉⲧⲣⲉϥϣⲉⲙϣⲓ ⲫⲏ ⲉ̀ⲧⲁⲩⲧⲉⲛϩⲟⲩⲧⲕ ⲉ̀ⲣⲟϥ ⲱ̀ ⲡⲁϣⲏⲣⲓ « Opus ministerii quod tibi commissum est, fili mi » (T., pp. κγ̅ - κε̅, D., pp. 9, 10; ante catechesin omittit cod. rubricam « Ordinatus osculatur... », T., p. κγ̅, D., p. 9); ff. 10^{v}, 11, ⲡⲁⲛⲓⲙ ⲛ̀ⲇⲓⲁ̀ⲕⲱⲛ ⲛ̀ ⲧⲏⲥ ⲁ̀ⲅⲓⲁⲥ... « N. diaconus sanctae... » cum praevia rubrica « Episcopus benedicit ei..., episcopus dicit » (T., p. κε̅, D., p. 10); f. 11, catecheseos versio arabica, inc.: اعلم ايها الولد المبارك ان هذه الدرجة التي وهبك الله « Scito, puer benedicte, gradum tibi a Deo collatum »; des. f. 11: كمل تكريز الشماس « Expleta est ordinatio diaconi ».

4 (ff. 11^{v}-15) Ordinatio presbyteri (T., pp. κη̅ - λ̅ⲙ̅, D., pp. 11-16), sub titulo ⲉⲑⲃⲉ ⲡⲧⲁϩⲟ ⲉ̀ⲣⲁⲧϥ ⲛ̀ⲟⲩⲡⲣⲉⲥⲃⲩ̀ⲧⲉⲣⲟⲥ تكريز القسيس « De constitutione presbyteri ». F. 11^{v}, ritus praevii (T., pp. κη̅, κθ̅, D., pp. 11, 12); ff. 11^{v}, 12, oratio ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲫ︦ϯ︦ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓϫⲟⲙ « Domine Deus virtutum » (T., pp. κθ̅ - λ̅ⲁ̅, D., p. 12); f. 12^{r.v}, oratio archidiaconi ⲡϩⲙⲟⲧ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ « Gratia Domini nostri » (T., p. λ̅ⲁ̅, D., p. 12); f. 12^{v},

oratio ⲁϩⲁ ⲡ̄ⲟ̄ⲥ̄ ⲁ̀ⲣⲓⲧϥ « Utique, Domine, fac eum » sub rubrica « Ora deinde facie tua conversa ad orientem » (T., pp. ⲗ̄ⲁ̄, ⲗ̄ⲃ̄, D., p. 12); omittit monitum praevium « Populus dicit ... » (T., p. ⲗ̄ⲁ̄, D., p. 12), similiter f. 13v et in seqq. passim; ff. 12v, 13, oratio ⲫⲛⲏⲃ ⲡ̄ⲟ̄ⲥ̄... ⲫⲏ ⲉ̀ⲧⲁϥⲑⲁⲙⲓⲟ̀ « Domine, Domine ... qui creasti » cum rubrica praevia (T., pp. ⲗ̄ⲃ̄, ⲗ̄ⲅ̄, D., p. 12; cod. om. « faciens eam crescere et eos qui sunt antistites in ea », ut videtur per homoeoteleuton post ⲉϥⲑⲣⲟ; cf. T., p. ⲗ̄ⲃ̄); f. 13r.v, oratio ⲁϩⲁ ⲡ̄ⲟ̄ⲥ̄ ⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉ̀ⲣⲟⲛ « Utique, Domine, audi nos », praemisso « Orate » (T., p. ⲗ̄ⲅ̄, D., p. 13); f. 13v, oratio ⲥⲟⲙⲥ ⲉ̀ϧⲣⲏⲓ ⲉ̀ϫⲱⲛ « Respice super nos » cum rubrica praevia (T., pp. ⲗ̄ⲇ̄, ⲗ̄ⲉ̄, D., p. 13); f. 13v, in formula ordinationis, in cuius rubrica om. « pollice tuo », scribit ⲧⲉⲛⲧⲱⲃϩ « oramus te » pro ⲧⲉⲛⲑⲱϩⲉⲙ « vocamus te », ut habet T., p. ⲗ̄ⲉ̄, utque emendavit cod. Borgianus copticus 77, f. 38; inter exclamationem archidiaconi ⲡⲁⲛ̄ⲓ̄ⲙ̄ ⲙ̀ⲡⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ ⲧⲟⲛ ⲁ̀ⲅⲓⲟⲛ ⲑⲩ̀ⲥⲓⲁⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ « N. presbyter sancti altaris » et episcopi exclamationem ⲉⲛⲑⲱϩⲉⲙ ⲙ̀ⲙⲟⲕ ⲛ̄ⲓ̄ⲙ̄ ⲙ̀ⲡⲣⲉⲥⲃⲩ̀ⲧⲉⲣⲟⲥ « Vocamus te N. presbyterum » om. exclamationis archidiaconi formulam bohairicam ⲡⲁⲛ̄ⲓ̄ⲙ̄ ⲙ̀ⲡⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲓⲑⲩⲥⲓⲁⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ « N. presbyter altaris », quam habent T., p. ⲗ̄ⲉ̄, D., p. 13; f. 14, oratio ⲟⲩⲱⲟⲩ « Gloria », praemissa rubrica de facienda triplici cruce ac tradenda stola (T., p. ⲗ̄ⲋ̄, D., p. 13); f. 14, oratio ⲧⲉⲛϣⲉⲡϩⲙⲟⲧ « Gratias agimus » cum rubrica praevia (T., p. ⲗ̄ⲋ̄, D., p. 13); f. 14r.v, catechesis, bohairice, inc.: ⲁⲣⲓⲉ̀ⲙⲓ ⲛⲁⲕ ⲱ̀ ⲡⲓⲥⲟⲛ ϫⲉ ⲁϣⲧⲉ ⲧⲙⲁⲓⲉ̀ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲑⲱϩⲉⲙ « Scito, frater, quae sit dignitas vocationis » (T., pp. ⲗ̄ⲍ̄ - ⲗ̄ⲑ̄, D., p. 14); ff. 14v, 15, rubrica « Qui ordinatus est osculatur altare et episcopum et adstantes, datur ei de mysteriis, episcopus ter manus ei imponit ... » ut ap. T., p. ⲙ̄, et D., pp. 15, 16, qui eam annectunt admonitioni arabicae de excipiendis confessionibus; haec non legitur in cod. qui desinit, f. 15, cum catecheseos versione arabica, inc.: اعلم ايها الاخ قدر هذه الموهبة « Scito, frater, huius doni dignitatem » et subscriptione: كمل تكريز القسيس بمعونة الله ⊙ « Expleta est ordinatio sacerdotis auxilio Dei ».

5 (ff. 15v-18v) Ordinatio hegumeni (T., pp. ⲙ̄ - ⲙ̄ⲑ̄, D., pp. 16-18), sub titulo ⲉⲑⲃⲉ ⲡⲑⲱϣ ⲛ̀ⲟⲩϩⲩⲅⲟⲩⲙⲉⲛⲟⲥ تكريز القمص « De ordinatione hegumeni ». F. 15v, ritus praevii (T., p. ⲙ̄, D., p. 16); ff. 15v, 16, oratio ⲡ̄ⲟ̄ⲥ̄ ⲫ̄ⲧ̄ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓϫⲟⲙ « Domine Deus virtutum » (T., pp. ⲙ̄ - ⲙ̄ⲃ̄, D., p. 16); f. 16r.v, acclamatio (ⲡⲣⲟⲥⲫⲱⲛⲏⲥⲓⲥ) archidiaconi ⲡϩⲙⲟⲧ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛ̄ⲟ̄ⲥ̄ ⲓ̄ⲏ̄ⲥ̄ ⲡ̄ⲭ̄ⲥ̄ « Gratia Domini nostri Iesu Christi » (T., pp. ⲙ̄ⲃ̄, ⲙ̄ⲅ̄, D., p. 16); f. 16v, oratio episcopi ⲁϩⲁ ⲡ̄ⲟ̄ⲥ̄ ⲁ̀ⲣⲓⲧϥ « Utique, Domine,

fac eum » cum rubrica praevia (T., p. ⲙ̅ⲅ̅, D., p. 16); ff. 16ᵛ, 17, oratio (epiclesis) ⲫⲛⲏⲃ ⲡⲟ̅ⲥ̅... ⲫⲏ ⲉⲧⲥⲱⲟⲩⲛ « Domine, Domine... qui cognoscis » cum rubrica praevia (T., pp. ⲙ̅ⲅ̅ - ⲙ̅ⲉ̅, D., p. 17); f. 17ʳ·ᵛ, oratio ⲥⲟⲙⲥ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉ̀ϫⲱⲛ « Respice, Domine, super nos » cum rubrica praevia (T., pp. ⲙ̅ⲉ̅, ⲙ̅ⲋ̅, D., p. 17); f. 17ᵛ, formulae: ⲧⲉⲛⲑⲱϩⲉⲙ ⲙ̀ⲙⲟⲕ « Vocamus te », ⲡⲁⲛ̅ⲓ̅ⲙ̅ ⲛ̀ϩⲩⲅⲟⲩⲙⲉⲛⲟⲥ « N. hegumenus » (exclamatio archidiaconi), ⲡⲁⲛ̅ⲓ̅ⲙ̅ ⲛ̀ϩⲩ̀ⲅⲟⲩⲙⲉⲛⲟⲥ « N. hegumenus » (exclamatio episcopi) cum rubricis propriis, ut ap. T., pp. ⲙ̅ⲋ̅, ⲙ̅ⲍ̅, D., p. 7, verum in fine, post verba episcopi ⲡⲓⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ, addit ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲕⲱⲧ ⲛ̀ϯⲁ̀ⲅⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲉⲕⲕ̀ⲗⲏⲥⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫϯ ⲁⲙⲏⲛ « pax et aedificatio sanctae Ecclesiae Dei. Amen » omittitque orationem ⲟⲩⲱ̀ⲟⲩ « Gloria » et rubricam praeviam quae leguntur ap. T., p. ⲙ̅ⲍ̅, lin. 3-11 (cf. D., pp. 17, 13); ff. 17ᵛ, 18, oratio ⲧⲉⲛϣⲉⲡϩⲙⲟⲧ « Gratias agimus » (T., pp. ⲙ̅ⲍ̅, ⲙ̅ⲏ̅, D., p. 18) cum rubrica praevia « Convertere ad occidentem » quam monet nota marginalis arabica corrigendam esse in « ad orientem »; f. 18ʳ·ᵛ catechesis, bohairice, inc.: ⲁⲣⲓⲉ̀ⲙⲓ ⲛⲁⲕ ⲱ̀ ⲡⲓⲥⲟⲛ ϫⲉ ⲟⲩⲧⲁⲝⲓⲥ ⲛ̀ⲁϣ ⲛ̀ⲣⲏϯ ⲡⲉⲧⲁⲩⲧⲉⲛϩⲟⲩⲧⲕ ⲉ̀ⲣⲟⲥ « Scito, frater, qualis gradus tibi commissus sit » cum rubrica praevia « Osculetur (ordinatus) altare... » ut ap. T., p. ⲙ̅ⲏ̅, D., p. 18, omissis tamen quae addunt uncis inclusa ⲟⲩⲧⲉⲥⲧⲓⲛ ⲓⲉⲣⲟⲛ ⲑⲉⲓⲟⲛ; f. 18ᵛ, catecheseos interpretatio arabica, inc.: اعلم الك ايها الاخ قدر هذه الرتبة « Scito, frater, huius gradus dignitatem »; des. f. 18ᵛ: والحمد لله دائما « Et laus Deo in perpetuum ».

6 (f. 19ʳ·ᵛ) Ordinatio archidiaconi (T., pp. ⲕ̅ⲉ̅ - ⲕ̅ⲏ̅, D., pp. 10, 11), sub titulo ⲉⲑⲃⲉ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲗⲓⲁ̀ⲕⲱⲛ من اجل الارشي دياقن « De archidiacono ». F. 19, oratio ⲫⲛⲏⲃ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲫϯ ⲡⲓⲛⲓϣϯ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲛⲁⲓ « Domine, Domine Deus, magne in misericordia » cum rubrica praevia (T., pp. ⲕ̅ⲉ̅, ⲕ̅ⲋ̅, D., p. 10); f. 19ʳ·ᵛ, oratio episcopi ⲛⲑⲟⲕ ⲟⲛ ϯⲛⲟⲩ ⲡⲉⲛⲛⲏⲃ « Tu iterum nunc, Domine noster », praemissa invitatione diaconi (T., pp. ⲕ̅ⲋ̅ - ⲕ̅ⲏ̅, D., pp. 10, 11); f. 19ᵛ, oratio ϯⲛⲟⲩ ⲟⲛ ⲡⲉⲛⲛⲏⲃ « Nunc iterum, Domine noster », praemissa invitatione diaconi (T., p. ⲕ̅ⲏ̅, D., p. 11).

7 (ff. 20-32) Ordinatio episcopi (T., pp. ⲛ̅ - ⲟ̅ⲑ̅, D., pp. 18-27), sub titulo ⲡⲧⲁϩⲟ ⲉ̀ⲣⲁⲧϥ ⲙ̀ⲡⲓⲉ̀ⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛⲉⲙ ϯⲧⲁⲝⲓⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲧⲉϥⲭⲓⲣⲟⲗⲟⲛⲓⲁ, ar.: اقامة الاسقف ورتبة تكريزه « Constitutio episcopi et ordo eius manuum impositionis », bohairice et arabice. Ff. 20-21, rubrica de ritibus praeviis; T., pp. ⲛ̅, ⲛ̅ⲁ̅, in nonnullis discrepat: p. ⲛ̅, lin. 6, post « elegitur » (cod. f. 20, lin. 4) om. « ab omni populo » (cf. D., p. 18, n. 12); p. ⲛ̅ⲁ̅, linn. 9, 10, pro ⲙⲟⲛⲟⲅⲉⲛⲏⲥ ⲛ̀ ⲧⲣⲓⲁ̀ⲧⲓⲕⲟⲛ (cod. f. 20ᵛ, lin. 15)

habet ⲙⲟⲛⲟⲅⲉⲛⲏⲥ ⲩⲓⲟⲥ (cf. D., p. 19, n. 8); ff. 21-22^{v}, decretum electionis (ⲡⲓⲯⲩⲫⲓⲥⲙⲁ تزكية) episcopi (i. e. « cleri et populi testimonium ad patriarcham Alexandrinum de bonis moribus electi episcopi eiusque meritis », ita A. Mai, *Catalogus codicum Bibliothecae Vaticanae* [*Scriptorum Veterum nova collectio*, t. IV. 2], p. 89; F. Cabrol et H. Leclercq, *Dictionnaire d'archéologie chrétienne et de liturgie*, t. III, Parisiis, 1914, col. 2582), inc.: ϧⲉⲛ ⲫⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲫⲓⲱⲧ... ⲉⲛⲥ̀ϧⲁⲓ ϣⲁ ⲡⲓⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲛ̀ⲟⲣⲑⲟⲇⲟⲝⲟⲥ « In nomine Patris... Scribimus ad beatum orthodoxum » (ap. T., pp. ⲛ̅ⲁ̅ - ⲛ̅ⲉ̅, D., pp. 19, 20, nonnulla discrepant nec idem continuo sententiarum est ordo); ff. 22^{v}-23^{v}, allocutio (ⲡⲣⲟⲥⲫⲱⲛⲏⲥⲓⲥ مدايح) diaconi ϯⲡⲟⲗⲓⲥ ⲉ̀ⲧⲁⲥⲙⲉⲛⲣⲉ ⲡⲭ̅ⲥ̅ « Civitas Christum amans » (T., pp. ⲛ̅ⲉ̅ - ⲛ̅ⲋ̅, D., pp. 20, 21); ff. 23^{v}-24^{v}, oratio, ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲫϯ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓϫⲟⲙ « Domine Deus virtutum » cum rubrica praevia (T., pp. ⲛ̅ⲋ̅ - ⲛ̅ⲑ̅; p. ⲛ̅ⲋ̅, lin. 5, post verba « super altare » [cod. f. 23^{v}, lin. 12 a. fin.] om. « ordinandus genua flectat super altare »; cf. D., p. 21); ff. 24^{v}-25^{v}, hortationes orationesque archidiaconi ⲙⲁⲣⲉⲛϫⲟⲥ ⲧⲏⲣⲉⲛ..., ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲓⲡⲁⲛⲧⲟⲕⲣⲁⲧⲱⲣ ⲫⲏ ⲉⲧϧⲉⲛ ⲧⲫⲉ « Dicamus omnes... », « Domine omnipotens qui es in caelis », cum rubricis praeviis et invocationibus populi ⲕ̅ⲉ̅ ⲉ̅ⲗ̅ (T., pp. ⲛ̅ⲑ̅ - ⲝ̅ⲃ̅; post ⲡⲁⲣⲑⲉⲛⲟⲥ [cod. f. 25, lin. 3 a. fin.], add. T., p. ⲝ̅ⲁ̅, lin. 6: ⲛⲥⲏⲟⲩ ⲛⲓⲃⲉⲛ « omni tempore », D., p. 22); ff. 25^{v}-26^{v}, oratio ⲫⲛⲏⲃ... ⲫⲓⲱⲧ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲙⲉⲧϣⲉⲛϩⲏⲧ « Domine... pater misericordiarum » cum rubricis praeviis (T., pp. ⲝ̅ⲃ̅, ⲝ̅ⲅ̅; p. ⲝ̅ⲃ̅, in rubrica praevia add. initio: « Populus dicit quinquagesies ⲕ̅ⲉ̅ ⲉⲗⲉⲓⲥⲟⲛ », et ante « brachiis eius »: « humeris eius et », D., p. 22); f. 26^{v}, exclamatio (ⲉⲕⲫⲱⲛⲏⲥⲓⲥ) archidiaconi ⲡⲓϩⲙⲟⲧ ⲉⲧϯ ⲙ̀ⲡⲓⲟⲩϫⲁⲓ « Gratia dans salutem » (T., pp. ⲝ̅ⲅ̅, ⲝ̅ⲇ̅, D., p. 23); f. 27, oratio ⲁϩⲁ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲁ̀ⲣⲓⲧϥ « Utique, Domine, fac eum » cum rubrica praevia (T., p. ⲝ̅ⲇ̅, D., p. 23); f. 27, hortatio archidiaconi ⲟ̀ϩⲓ ⲉ̀ⲣⲁⲧⲉⲛⲑⲏⲛⲟⲩ « State » (T., p. ⲝ̅ⲉ̅, D., p. 23); ff. 27-28^{v}, oratio impositionis manuum seu ordinationis (ⲭⲓⲣⲟⲇⲟⲛⲓⲁ تكريز) ⲫⲏ ⲉⲧϣⲟⲡ ⲫⲛⲏⲃ... ⲡⲓⲟⲩⲁⲓ ⲙ̀ⲙⲁⲩⲁⲧϥ ⲉ̀ⲧⲉⲙ̀ⲡⲟⲩⲙⲁⲥϥ « Qui es, Domine... une sole ingenite », cum rubrica praevia « Episcopi extendunt manus suas et tangunt brachia eius. Patriarcha dicit hanc orationem manuum impositionis » (T., pp. ⲝ̅ⲉ̅ - ⲝ̅ⲋ̅, D., pp. 23, 24; in rubrica, ante « brachia » addunt « colla et »); ff. 28^{v}, 29, oratio (archiepiscopi) ⲁⲣⲓⲕⲁⲧⲁⲝⲓⲟⲓⲛ ⲡⲟ̅ⲥ̅ « Dignare, Domine », praevia sola invitatione archidiaconi « Dominum rogemus » (T., pp. ⲝ̅ⲏ̅, ⲝ̅ⲑ̅, D., p. 24, praemittunt insuper: ⲟ ⲁⲣⲭⲓⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲗⲉⲅⲉⲓ); f. 29$^{r.v}$, oratio ϫⲟⲩϣⲧ ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉϫⲱⲛ « Respice super nos » cum rubrica

praevia (T., p. ⲝⲑ, D., p. 25); f. 29^{v}, formulae ⲉⲛⲑⲱϩⲉⲙ ⲡⲁⲛⲓⲙ ⲛ̀ⲉ-ⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ « Vocamus N. episcopum », ⲟⲩⲱⲟⲩ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲧⲁⲓⲟ « Gloria et honor », ⲉⲛⲑⲱϩⲉⲙ ⲙ̀ⲡⲓⲥⲱⲧⲡ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫϯ « Vocamus electum Dei », cum rubricis propriis (T., pp. ⲝⲑ, ⲟ, D., p. 25); f. 30$^{r.v}$, acclamationes populi ⲁⲝⲓⲟ :, et hortationes archidiaconi ⲙⲁⲣⲉⲛϫⲟⲥ ⲧⲏⲣⲉⲛ « Dicamus omnes », ⲧⲱⲃϩ ⲉⲑⲃⲉ « Orate pro » (T., pp. ⲟⲁ, ⲟⲃ, D., pp. 25, 26); f. 30^{v}, oratio patriarchae (ⲙ̀ⲡⲓⲡⲁⲡⲁ) ⲧⲉⲛϣⲉⲡϩⲙⲟⲧ « Gratias agimus » cum rubrica praevia (T., pp. ⲟⲃ, ⲟⲅ, D., p. 26); f. 31$^{r.v}$, rubrica finalis, in qua desiderantur quae uncis quadratis inclusa habet D., p. 26, quaeque leguntur ap. T., p. ⲟⲇ, lin. 8, p. ⲟⲍ, linn. 6, 7; in eadem autem rubrica, f. 31^{v}, linn. 10, 11, post verba « det ei de mysteriis sanguinis eius », addit: ⲓⲧⲁ ⲧⲉϥϯ ⲛⲁϥ ⲙ̀ⲡⲉϥϣⲁⲓ « deinde det ipsi nasum suum » (cod. Vat. copt. 45, f. 20^{v}, ad hunc locum habet ويعطيه النفخة « et det ei sufflationem »), quae verba postea ductu sunt cancellata, deleta simul eorumdem versione arabica; sequitur: « imponat dexteram suam capiti eius... », ut ap. T., p. ⲟⲍ, qui praemittit: « det eis de mysteriis sanctis et de calice sanguinis pretiosissimi et insufflans in faciem eius » (D., p. 26, in fine); f. 32, adhortatio arabica, inc.: ايها الاخ الحبيب المبارك هذه الدرجة « Frater dilecte, benedicte, hic gradus » (T., pp. ⲟⲏ, ⲟⲑ); f. 32, lin. paenult., sub titulo من الدسقلية « Ex didascalia »: يعيدوا له ... من بين الاموات « Celebrabitur ei ... a mortuis » (T., p. ⲟⲑ, ll. 6, 7, D., p. 27, ll. 12, 13, titulum omittunt; cf. etiam F. X. Funk, *Didascalia et constitutiones apostolorum*, t. II, Paderbornae, 1905, p. 130, cap. 36, n. 26; I. E. Rahmani, *Testamentum Domini Nostri Iesu Christi*, Moguntiae, 1899, p. 33); des. f. 32: تم ذلك « Absolutum est ».

Inc.: ⲁⲣⲓⲁⲥⲡⲁⲍⲉⲥⲑⲉ ⲛ̀ⲛⲉⲧⲉⲛⲉⲣⲏⲟⲩ « Salutate invicem »; des.: ⲛⲁⲓ ⲉⲥⲉϣⲱⲡⲓ ⲛⲁⲛ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲉⲑⲣⲉⲛϣⲁϣⲛⲓ ⲉⲣⲱⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲡⲓϩⲙⲟⲧ ⲛⲉⲙ ϯⲙⲉⲧⲙⲁⲓⲣⲱⲙⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ... ⲁ̀ⲙⲏⲛ « quae ut assequamur fiat nobis omnibus per gratiam et charitatem Domini nostri ... Amen » (*P. G.* 62, col. 464, lin. 6, *Ἀσπάσασθε τοὺς ἀδελφοὺς* – col. 468, *ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι ... Ἀμήν*).

26 (ff. 196v-200v) Homilia in I Thess. 3, 5, sub titulo ⲟⲙⲟⲓⲱⲥ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲙⲁϩ̅ⲇ̅ ⲛ̀ⲗⲟⲅⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓⲭⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟ(ⲥ) · ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲕⲱⲛⲥⲧⲁⲛⲧⲓⲛⲟⲩⲡⲟⲗ(ⲓⲥ) ⲉϥⲉⲣⲉⲣⲙⲏⲛⲉⲩⲓⲛ ⲛ̀ϯϣⲟⲣⲡ ⲛ̀ⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲙ̀ⲡⲣⲟⲥⲑⲉⲥⲥⲁⲗⲗⲟⲛⲓⲕⲉⲓⲥ · ⲑⲁⲓ ⲉⲧⲉ ⲧⲉⲥⲁⲣⲭⲏ ϫⲉ ⲉⲑⲃⲉ ⲫⲁⲓ ⲁⲛⲟⲕ ϩⲱ ϯϣϩⲱⲟⲩ ⲛ̀ϩⲏⲧ ⲁⲛ · ⲁⲓⲟⲩⲱⲣⲡ ⲉⲉⲙⲓ ⲉⲡⲉⲧⲉⲛⲛⲁϩϯ · ⲛⲉⲙ ⲉⲑⲃⲉ ϯⲁⲅⲁⲡⲏ « Similiter e sermone quarto sancti Iohannis Chrysostomi, archiepiscopi Constantinopolitani, interpretantis primam epistolam ad Thessalonicenses, cuius initium est ' Propterea et ego amplius non sustinens, misi ad cognoscendam fidem vestram ', et de charitate ».

Inc.: ⲑⲁⲓ ⲟⲩⲛ ϯⲛⲟⲩ ⲙⲁⲣⲉⲛϭⲟⲥ « Hanc igitur plantemus nunc »; des.: ⲉⲥⲉϣⲱⲡⲓ ⲛ̀ⲧⲉϥⲭⲱ ⲛⲁⲛ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲧⲉⲛϣⲁϣⲛⲓ ⲉⲛⲓⲁ̀ⲅⲁⲑⲟⲛ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲉⲧϧⲉⲛ ⲑⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ ϧⲉⲛ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ... ⲁ̀ⲙⲏⲛ « fiat ut dimittat nobis, ut assequamur bona omnia quae sunt in regno caelorum, in Christo ... Amen » (*P. G.* 62, col. 420, lin. 3 a. fin., *Ταύτην οὖν φυτεύσωμεν* – col. 422, *εἰ δὲ ἀφεθῇ, πάντων ἐπιτευξόμεθα τῶν ἐν οὐρανῷ ἀγαθῶν ἐν Χριστῷ ... Ἀμήν*).

27 (ff. 201-211) Homilia in I Thess. 4, 14-16, sub titulo ⲟⲙⲟⲓⲱⲥ ⲛ̀ⲑⲟϥ ⲟⲛ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓⲭⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ · ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲕⲱⲛⲥⲧⲁⲛⲧⲓⲛⲟⲩⲡⲟⲗ(ⲓⲥ) ⲉϥⲉⲣⲉⲣⲙⲏⲛⲉⲩⲓⲛ ⲛ̀ϯϣⲟⲣⲡⲓ ⲛ̀ⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲙ̀ⲡⲣⲟⲥⲑⲉⲥⲥⲁⲗⲗⲟⲛⲓⲕⲉⲓⲥ · ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ · ϫⲉ ⲫⲁⲓ ⲅⲁⲣ ⲁⲛϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲛⲱⲧⲉⲛ ϧⲉⲛ ⲡⲥⲁϫⲓ ⲙ̀ⲡⲟ̅ⲥ̅ · ϫⲉ ⲁⲛⲟⲛ ϧⲁ ⲛⲏ ⲉⲧⲟⲛϧ · ⲛⲏ ⲉⲑⲛⲁⲥⲉⲡⲓ ⲉⲧⲡⲁⲣⲟⲩⲥⲓⲁ ⲙ̀ⲡⲟ̅ⲥ̅ · ⲛ̀ⲛⲉⲛⲫⲟϩ ⲉⲛⲏ ⲉⲧⲁⲩⲛ̀ⲕⲟⲧ · ϫⲉ ⲛ̀ⲑⲟϥ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲁϩⲥⲁϩⲛⲓ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲥⲙⲏ ⲛ̀ⲁⲣⲭⲏⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲥⲁⲗⲡⲓⲅⲅⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ̅ϯ̅ ⲉϥⲉ̀ⲓ ⲉⲡⲉⲥⲏⲧ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲧⲫⲉ · ⲛⲓⲣⲉϥⲙⲱⲟⲩⲧ ⲉⲧϧⲉⲛ ⲡⲭ̅ⲥ̅

ⲉⲩⲉⲧⲱⲟⲩⲛⲟⲩ ⲛ̀ϣⲟⲣⲡ · ⲁⲛⲟⲛ ϩⲱⲛ ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲱⲥ ⲁⲛⲟⲛ ϧⲁ ⲛⲏ ⲉⲧⲟⲛϧ ⲉⲑⲛⲁⲥⲱϫⲡ ⲉⲩⲉϩⲟⲗⲙⲉⲛ ⲛⲉⲙⲱⲟⲩ ⲉⲩⲥⲟⲡ · ϧⲉⲛ ϩⲁⲛϭⲏⲡⲓ ϫⲉ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲉⲣⲁⲡⲁⲛⲧⲁⲛ ⲉⲡⲟ̅ⲥ̅ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲁⲏⲣ ⲡⲁⲓⲣⲏϯ ⲉⲛⲉϣⲱⲡⲓ ⲛⲉⲙ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲛ̀ⲥⲛⲟⲩ ⲛⲓⲃⲉⲛ « Similiter idem rursus sanctus Iohannes Chrysostomus, archiepiscopus Constantinopolitanus, interpretans primam epistolam ad Thessalonicenses, dicens ‘Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui vivimus, qui residui sumus in adventum Domini, non praeveniemus eos qui dormierunt, quoniam ipse Dominus in iussu, in voce archangeli et in tuba Dei descendet de caelo; mortui in Christo resurgent primi; deinde nos quoque qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus, ut occurramus Domino in aere; et sic semper cum Domino erimus’ ».

Inc.: ⲛⲓⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ ⲧⲏⲣⲟⲩ « Prophetae omnes »; des.: ⲙ̀ⲡⲟⲩⲓ̀ ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉϫⲉⲛ ⲡϩⲏⲧ ⲛ̀ⲛⲓⲣⲱⲙⲓ ⲛⲁⲓ ⲉⲥⲉϣⲱⲡⲓ ⲛⲁⲛ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲉⲑⲣⲉⲛϣⲁϣⲛⲓ ⲉⲣⲱⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲑⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ̀ ϧⲉⲛ ⲡⲓϩⲙⲟⲧ ... ⲁ̀ⲙⲏⲛ « nec intravit in cor hominum; quibus contingat nobis omnibus ut fruamur in regno caelorum, per gratiam ... Amen » (*P. G.* 62, col. 439, *Οἱ προφῆται μὲν* - col. 446, *μήτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη · ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι ... Ἀμήν*).

28 (ff. 211ᵛ-217ᵛ) Homilia in II Thess., sub titulo ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲛⲓⲏ̀ⲑⲓⲕⲟⲛ ⲟⲙⲟⲓⲱⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓⲭ̀ⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ · ⲉϥⲉⲣⲉⲣⲙⲏⲛⲉⲩⲓ̀ⲛ ⲛ̀ϯⲙⲁϩⲃ̅ϯ ⲛ̀ⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲙ̀ⲡⲣⲟⲥⲑⲉⲥⲥⲁⲗⲗⲟⲛⲓⲕⲉⲓⲥ « Ex Ethicis, similiter sancti Iohannis Chrysostomi interpretantis secundam epistolam ad Thessalonicenses ».

Inc.: ϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ϧⲉⲛ ϯϣⲟⲣⲡⲓ ⲛ̀ⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ « Dicit in prima epistola »; des.: ⲉⲧⲁⲩⲱϣ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲛⲏ ⲉ̀ⲧⲁⲩⲙⲉⲛⲣⲓⲧϥ ⲛⲁⲓ ⲉⲥⲉϣⲱⲡⲓ ⲛⲁⲛ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲉⲑⲣⲉⲛⲉⲣⲡⲉⲙⲡϣⲁ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲡⲓϩⲙⲟⲧ ... ⲁ̀ⲙⲏⲛ « quae promissa sunt diligentibus eum, contingat nobis omnibus ut iisdem digni simus; per gratiam ... Amen » (*P. G.* 62, col 467, lin. 2 a. fin., *Εἰπὼν ἐν τῇ προτέρᾳ ἐπιστολῇ* - col. 472, *τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ*).

29 (ff. 218-225) Homilia in II Thess., sub titulo ⲟⲙⲟⲓⲱⲥ ⲟⲛ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ · ⲡⲓⲭ̀ⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ · ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲛⲓⲏ̀ⲑⲓⲕⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲁϥ · ⲉϥⲉⲣ⟨ⲉⲣ⟩ⲙⲏⲛⲉⲩⲓ̀ⲛ ⲛ̀ϯⲙⲁϩⲥⲛⲟⲩϯ ⲛ̀ⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲙ̀ⲡⲣⲟⲥⲑⲉⲥⲥⲁⲗⲗⲟⲛⲓⲕⲉⲓ̀ⲥ « Similiter rursus sanctus Iohannes Chrysostomus, ex eius Ethicis, interpretantis secundam epistolam ad Thessalonicenses ».

Inc.: ⲓⲥϫⲉ ⲟⲩϩⲁⲡ ⲙ̀ⲙⲏⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ︦ϯ︦ ⲡⲉ « Si iudicium rectum est Dei »; des.: ⲛ̀ⲧⲉⲛⲥⲱⲧⲡ ⲛⲁⲛ ⲛ̀ϯⲁ̀ⲣⲉⲧⲏ · ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲉⲛϣϫⲉⲙϫⲟⲙ ⲛ̀ϣⲁϣⲛⲓ ⲛ̀ⲛⲓⲁ̀ⲅⲁⲑⲟⲛ ... ⲁ̀ⲙⲏⲛ « ut eligamus nobis virtutem et possimus

consequi bona ... Amen» (*P. G.* 62, col. 475, lin. 23 a. fin., *Εἴπερ δίκαιον παρὰ θεῷ* - col. 480, *καὶ τὴν ἀρετὴν αἱρώμεθα, καὶ δυνηθῶμεν ἐπιτυχεῖν τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν ... καὶ φιλανθρωπίᾳ*).

30 (ff. 225-230) Homilia in II Thess., sub titulo **ⲟⲙⲟⲓⲱⲥ ⲟⲛ ⲡⲁⲓⲥⲁϧ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲧ · ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓⲭⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ · ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲕⲱⲛⲥⲧⲁⲛⲧⲓⲛⲟⲩⲡⲟⲗ(ⲓⲥ) ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ϯⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲙ̀ⲡⲣⲟⲥⲑⲉⲥⲥⲁⲗⲟⲛⲓⲕⲉⲓ̈ⲥ · ⲏⲑⲓⲕⲟⲛ** «Similiter rursus idem doctor, sanctus Iohannes Chrysostomus, episcopus Constantinopolitanus, ex epistola ad Thessalonicenses. Ethica».

Inc.: **ⲕⲉ ⲅⲁⲣ ⲓⲥϫⲉⲛ ⲉⲓⲭⲏ** «A tempore enim quo versatus sum»; des.: **ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲧⲁϩⲉ ⲡⲉⲛⲃⲓⲟⲥ ⲉⲣⲁⲧϥ · ⲉϥⲉⲣⲉⲩⲑⲏⲛⲓⲛ ϧⲉⲛ ⲙⲉⲧⲁⲕⲣⲓⲃⲏⲥ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲕⲁⲧⲁ ⲫ︦ϯ︦ ϫⲉ ϩⲓⲛⲁ ... ⲁ̀ⲙⲏⲛ** «ut instituamus vitam nostram rectam cum omni cura, secundum Deum, ita ut ... Amen» (*P. G.* 62, col. 482, lin. 15 a. fin., *Καὶ γὰρ ὅτε ἦμεν* - col. 486, *καὶ μετὰ πάσης ἀκριβείας τὸν ἑαυτῶν βίον εὐθύνειν, ἵνα... καὶ τὰ ἑξῆς*).

31 (ff. 230v-236) Homilia in I Cor., sub titulo **ⲟⲙⲟⲓⲱⲥ ⲟⲛ ⲡⲁⲓⲥⲁϧ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲧ · ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓⲭⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟ(ⲥ) ⲛ̀ⲧⲉ ⲕⲱⲛⲥⲧⲁⲛⲧⲓⲛⲟⲩⲡⲟⲗ(ⲓⲥ) ⲉϥⲉⲣⲉⲣⲙⲏⲛⲉⲩⲓⲛ ⲛ̀ϯϣⲟⲣⲡⲓ ⲛ̀ⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲙ̀ⲡⲣⲟⲥⲕⲟⲣⲓⲛⲑⲓⲟⲩⲥ · ⲏ̀ⲑⲓⲕⲟⲛ** «Similiter rursus idem doctor, sanctus Iohannes Chrysostomus, archiepiscopus Constantinopolitanus, interpretans primam epistolam ad Corinthios. Ethica».

Inc.: **ⲁⲛⲟⲕ ϩⲱ ⲙ̀ⲡⲓϣϫⲉⲙϫⲟⲙ ⲛ̀ⲥⲁϫⲓ ⲛⲉⲙⲱⲧⲉⲛ** «Ego quoque non possum loqui vobiscum»; des.: **ⲉⲧϧⲉⲛ ⲑⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ̈ ⲑⲁⲓ ⲉⲥⲉϣⲱⲡⲓ ⲛⲁⲛ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲉⲑⲣⲉⲛⲉⲣⲡⲉⲙ̀ⲡϣⲁ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ϩⲓⲧⲉⲛ ⲛⲓⲙⲉⲧϣⲉⲛϩⲏⲧ ... ⲁ̀ⲙⲏⲛ** «in regno caelorum; quod contingat nobis omnibus ut simus ipso digni, per misericordias ... Amen» (f. 230v, lin. 12, **ⲉⲑⲃⲉ ⲫⲁⲓ ⲟⲛ ⲉϥⲥϧⲁⲓ ⲛ̀ⲛⲓⲣⲉⲙⲉⲫⲉⲥⲟⲥ** – f. 233, lin. 8, **ⲛ̀ϩⲟⲩⲟ ⲙⲁⲗⲗⲟⲛ ϧⲁⲧⲉⲛ ⲫ︦ϯ︦** = *P. G.* 61, col. 13, lin. 30, *Διὰ τοῦτο καὶ Ἐφεσίοις γράφων* - col. 14, lin. 3 a. fin., *πολλῷ μᾶλλον παρὰ θεῷ*; f. 233, lin. 9, **ⲟⲩ ϫⲉ ⲟⲩⲛ ⲡⲉ ⲡⲉϫⲁϥ ⲡⲉ ⲡⲓⲭⲣⲏⲥⲧⲓⲁ̀ⲛⲟⲥ** – f. 236, **ⲑⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ̈ ... ⲁ̀ⲙⲏⲛ** = ibid., col. 20, lin. 26 a. fin., *Τί οὖν φησιν ὁ χριστιανός* - col. 22, *καὶ τῶν τῆς θείας βασιλείας ἐπιτυχανόντων · ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι... Ἀμήν*).

32 (ff. 236-247) Homilia in I Cor., sub titulo **ⲟⲙⲟⲓⲱⲥ ⲟⲛ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓⲭⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ϯϣⲟⲣⲡⲓ ⲛ̀ⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲙ̀ⲡⲣⲟⲥⲕⲟⲣⲓⲛⲑⲓⲟⲩⲥ** «Similiter rursus sanctus Iohannes Chrysostomus ex prima epistola ad Corinthios».

Inc.: **ⲓⲥϫⲉ ⲇⲉ ⲟⲩⲟⲛ ⲡⲉⲧⲕⲱⲧ ϩⲓϫⲉⲛ ⲧⲁⲓⲥⲉⲛϯ** «Si quis aedificat super hoc fundamentum»; des.: **ⲛ̀ⲧⲉⲛϫⲫⲟ ⲛⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲓⲟⲩⲁ̀ϩⲉⲙ ⲙⲓⲥⲓ**

ⲛ̀ⲕⲉⲥⲟⲡ · ϫⲉ ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲉⲛϣⲁϣⲛⲓ ⲉⲛⲓⲁ̀ⲅⲁⲑⲟⲛ ⲉⲧⲑⲏϣ ⲉϣⲱⲡⲓ ϧⲉⲛ ⲑⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ ... ⲁ̀ⲙⲏⲛ « ut lucremur regenerationem iterum, ut scilicet assequamur bona quae statuta sunt futura in regno ... Amen » (*P. G.* 61, col. 75, *Εἴ τις ἐποικοδομεῖ ἐπὶ τὸν θεμέλιον τοῦτον* - col. 82, *καὶ ἑαυτοὺς ἀνακτησώμεθα, ἵνα καὶ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἐπιτύχωμεν, χάριτι ... Ἀμήν*).

33 (ff. 247-256ᵛ) Homilia in I Cor., sub titulo ⲟⲙⲟⲓⲱⲥ ⲟⲛ ⲡⲁⲓⲥⲁϧ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲧ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲭⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ · ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲕ ⲛⲥⲧⲁⲛⲧⲓⲛⲟⲩⲡⲟⲗ(ⲓⲥ) ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲛⲓⲏ̀ⲑⲓⲕⲟⲛ ⲉϥⲉⲣ⟨ⲉⲣ⟩ⲙⲏⲛⲉⲩⲓ̀ⲛ ⲛ̀ϯϣⲟⲣⲡⲓ ⲛ̀ⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲙ̀ⲡⲣⲟⲥⲕⲟⲣⲓⲛⲑⲓⲟⲩⲥ « Similiter rursus idem doctor, sanctus Iohannes Chrysostomus, archiepiscopus Constantinopolitanus, ex Ethicis, interpretans primam epistolam ad Corinthios ».

Inc.: ⲛⲟⲃⲓ ⲛⲓⲃⲉⲛ « Omne peccatum »; des.: ϧⲉⲛ ⲡⲓⲉϩⲟⲟⲩ ⲉⲧⲉⲙⲙⲁⲩ · ϧⲉⲛ ⲡⲓϩⲙⲟⲧ ... ⲁ̀ⲙⲏⲛ « in illo die, per gratiam ... Amen » (*P. G.* 61, col. 146, lin. 20, *Πᾶν ἁμάρτημα* - col. 152, *κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, χάριτι ... Ἀμήν*).

34 (ff. 256ᵛ-262) Homilia in I Tim.; de paenitentia, sub titulo ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲙⲁϩⲓ̅ⲃ̅ ⲛ̀ⲗⲟⲅⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓⲭⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲉϥⲉⲣ⟨ⲉⲣ⟩ⲙⲏⲛⲉⲩⲓ̀ⲛ ⲛ̀ϯϣⲟⲣⲡⲓ ⲛ̀ⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲙ̀ⲡⲣⲟⲥⲧⲓⲙⲟⲑⲉⲟⲛ · ⲉⲑⲃⲉ ϯⲙⲉⲧⲁⲛⲟⲓ̀ⲁ « E sermone duodecimo sancti Iohannis Chrysostomi interpretantis primam epistolam ad Timotheum; de paenitentia ».

Inc.: ⲙⲁⲣⲉⲛⲙⲉⲛⲣⲉ ⲫ̀ϯ ϫⲉ ⲟⲩⲛ ϯⲛⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲟϯ « Diligamus Deum ergo nunc cum timore »; des.: ⲉⲩⲱ̀ⲫⲉⲗⲓⲁ ⲛ̀ⲛⲉⲛⲯⲩⲭⲏ ⲉⲩⲱⲟⲩ ⲇⲉ ... ⲁ̀ⲙⲏⲛ « in subsidium animarum nostrarum, in gloriam autem ... Amen » (*P. G.* 62, col. 583, lin. 16, *Μετὰ φόβου τοίνυν ἀγαπῶμεν τὸν θεόν* - col. 586, *τῶν μεγάλων αὐτοῦ δωρεῶν · ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι ... Ἀμήν*).

F. 256ᵛ, in mg. ext. iuxta titulum, manu posteriore: [ⲱ]ϣ ⲉⲑⲃⲉ ϯⲙⲉⲧⲁⲛⲟⲓ̀ⲁ « Lege: de paenitentia »; dein, alia manu: ⲡⲓⲗⲟⲅⲟⲥ ⲛ̀ϧⲁⲉ̀ · ⲟⲛ · ⲉⲩϫⲱ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ ϧⲉⲛ ϯⲙⲁϩ̅ⲇ̅ ⲛ̀ⲕⲩⲣⲓⲁ̀ⲕⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲉ̀ⲡⲏⲡ · « Sermo ultimus, pariter; leguntur dominica quarta epēp ».

35 (ff. 262-267) Homilia in Tit., sub titulo ⲟⲙⲟⲓⲱⲥ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ · ⲡⲓⲭⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ · ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲕⲱⲛⲥⲧⲁⲛⲧⲓⲛⲟⲩⲡⲟⲗ(ⲓⲥ) ⲉϥⲉⲣ⟨ⲉⲣ⟩ⲙⲏⲛⲉⲩⲓⲛ ⲛ̀ϯⲉ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲙ̀ⲡⲣⲟⲥⲧⲓⲧⲟⲛ « Similiter sanctus Iohannes Chrysostomus, archiepiscopus Constantinopolitanus, interpretans epistolam ad Titum ».

Inc.: ϩⲟⲥⲟⲛ ϫⲉ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ⲑⲙⲉⲧⲛⲓϣϯ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲝⲓⲱⲙⲁ « Ad modum enim magnitudinis dignitatis »; des.: ⲛ̀ϯⲁ̀ⲣⲉⲧⲏ · ⲟⲩⲟϩ ⲡⲁⲓⲣⲏϯ ⲛ̀ⲧⲉⲛϣⲁϣⲛⲓ ⲉⲛⲓⲉⲡⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲁ̀ ⲉⲧⲁⲩⲱϣ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ ⲛⲁⲛ ϧⲉⲛ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ... ⲁ̀ⲙⲏⲛ

« virtutis, et ita consequamur promissa quae nobis statuta sunt in Christo ... Amen » (*P. G.* 62, col. 667, lin. 4. a. fin., *Ὅσῳ γὰρ μέγα τὸ ἀξίωμα* - col. 670, *τὴν ἀρετὴν, οὕτω τύχωμεν τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν ἐν Ἰησοῦ ... Ἀμήν*).

36 (ff. 267-272^v) Homilia in Tit., sub titulo ⲟⲙⲟⲓⲱⲥ ⲟⲛ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓⲭⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ · ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ϯⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲙ̀ⲡⲣⲟⲥⲧⲓⲧⲟⲛ « Similiter sanctus Iohannes Chrysostomus in epistolam ad Titum ».

Inc.: ⲙ̀ⲡⲉⲣϯ ϩⲑⲏⲧⲉⲛ ⲡⲉϫⲁϥ ⲉⲛⲓⲙⲩⲑⲟⲥ ⲙ̀ⲙⲉⲧⲣⲉϥϫⲉϣϥⲱ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲓⲟⲩⲇⲁⲓ « Nolite attendere, ait, fabulis insanis Iudaeorum » ; des.: ⲛ̀ⲧⲉⲛⲉⲣⲡⲉⲙⲡϣⲁ ⲛ̀ⲛⲁⲩ ⲉⲫϯ ϧⲉⲛ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ... ⲁⲙⲏⲛ « ut digni simus qui videamus Deum ; per Christum ... Amen » (*P. G.* 62, col. 679, lin. 15, *Μὴ προσέχοντες, φησὶν, Ἰουδαϊκοῖς μύθοις* - col. 682, *ἵνα τὸν θεὸν ἰδεῖν καταξιωθῶμεν, ἐν Χριστῷ ... Ἀμήν*).

37 (ff. 272^v-278^v) Homilia in Coloss., sub titulo ⲟⲙⲟⲓⲱⲥ ⲟⲛ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ · ⲡⲓⲭⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ · ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲕⲱⲛⲥⲧⲁⲛⲧⲓⲛⲟⲩⲡⲟⲗ(ⲓⲥ) ⲉϥⲉⲣ<ⲉⲣ>ⲙⲏⲛⲉⲩⲓⲛ ⲛ̀ϯⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲙ̀ⲡⲣⲟⲥⲕⲟⲗⲗⲁⲥⲁⲓⲥ « Similiter idem sanctus Iohannes Chrysostomus, archiepiscopus Constantinopolitanus, interpretans epistolam ad Colossenses ».

Inc.: ⲡⲓⲥⲁϫⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲙⲁⲣⲉϥϣⲱⲡⲓ ϧⲉⲛ ⲑⲏⲛⲟⲩ « Verbum Domini sit in vobis » ; des. mutila cum paginae nota ⲫ̅ⲝ̅ⲇ̅ : ⲉⲑⲃⲉ ⲟⲩ ⲕⲱϣ ⲉⲡϣⲱⲓ ⲟⲩⲃⲏⲓ « quare clamas ad me ? » (*P. G.* 62, col. 359, lin. 11 a. fin., *Ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ ἐνοικείτω* - col. 364, lin. 14, *Τί βοᾷς πρός με;*).

38 (ff. 279-280^v) Fragmentum homileticum complectens folia duo (scil. duo ultima ff. fasc. ⲗ̅ⲉ̅), versus marginem externum mutila, quorum prius habet paginarum notam ⲫ̅ⲟ̅ⲇ̅, alterum notam ⲫ̅ⲟ̅ⲉ̅ amisit. Inc.: ⲟⲩⲟϩ ⲉⲣⲉ ⲛⲏ ⲉⲧⲟⲓ ⲛ̀ⲙ̀ⲕⲁϩ ⲛ̀ϩⲏⲧ ⲥⲑⲉⲣⲧ[ⲉⲣ ·] ⲙ̀ⲡⲓⲛⲁⲩ ⲉⲧⲟⲩⲛⲁⲣⲁϣⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲛⲓⲛⲁⲏⲧ « et qui tristes sunt turbantur, qua hora laetabuntur misericordes » ; des.: ⲟⲩⲟϩ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲥⲟⲩⲥⲟⲩ [... ⲛ]ⲉⲙ ⲛ̀ϫⲁⲓ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲧ « et in momento ... et omnia quae ».

Elencho codicum copticorum bohairicorum, opera Chrysostomo adscripta continentium, quem confecit de Lacy 'o Leary, *Littérature copte (Dictionnaire d'archéologie chrétienne et de liturgie*, t. IX, coll. 1609, 1610), adde: fragmentum homiliae octavae in Matthaeum (cod. Tischendorf XXVIII, ff. 5-7) ; alia fragmenta exhibent *Catenae in Evangelia aegyptiacae* quas edidit P. de Lagarde, Gottingae, 1886 (vide ibid. p. VI), necnon codices Tischendorf XXVIII, ff. 8-15, Brit. Mus., Add. 14,740 A, ff. 10, 11, 24, et Cahirenses 36, 36$^{\text{Add.}}$

Varia manu in marginibus adiectae sunt diversae indolis annotationes lectionem publicam homiliarum spectantes : ⲱϣ « Lege », ϣⲁ « Usque »,

ad definiendas partes publice legendas, et ⲥ ante interrogationes (cf. Ad. Hebbelynck, *Le Muséon*, t. XXXV, 1922, pp. 306, 307); plurium sectionum initium (ff. 51^{v}, 66^{v}, 74) signatur vocabulo ⲥⲟⲕⲥ « Trahe » quod vocis tonum forsan respicit (cf. W. E. Crum, *A. coptic dictionary*, Oxonii, 1929 sqq., p. 362); ff. 35, 110^{v}, in mg.: ϫⲁⲕ (?) « Desine ». F. 23^{v}, ad incisum ⲟⲩ ⲅⲁⲣ ⲡⲉ ⲉⲧⲉ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟϥ ... ⲉϥⲉϣⲱⲡⲓ ⲉϥⲃⲏⲗ ϧⲉⲛ ⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ « Quid est quod dicit Dominus ... erit solutum in caelis », in mg. legitur ⲥⲟϩⲓ « Stat », adiecto manu recente « Manet »; f. 220^{v}, in mg., iuxta verba ⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉϯⲡⲁⲛⲉⲣⲉⲥⲓⲥ ... « Audi effatum ... », legitur ⲛⲁⲙⲉ « Vere ». Homiliae 2-37 signantur notis ⲁ̅-ⲗ̅ⲋ̅ (nota ⲗ̅ in f. 225 praetermissa, nota ⲅ̅ resecta) necnon vocibus سحت (= ⲥϧⲏⲧϥ ?) (ff. 6^{v}, 23, 31, 35, 45^{v}, 51^{v}, 59, 66^{v}, 74, 98, 112, 122^{v}, 132, 136^{v}, 141, 153^{v}, 158, 166^{v}, 172, 179, 184^{v}, 188^{v}, 196^{v}, 201, 211^{v}, 218, 225, 230^{v}, 236, 247, 256^{v}, 262, 267, 272^{v}) et *σχηφ* vel (?) *σχετφ* (ff. 45^{v}, 51^{v}, 66^{v}, 122^{v}) iuxta titulum; in summo f. 22^{v}: *σχητ* (?).

Codicis sectiones 1-19 exscripsit Tuki in cod. Borg. copt. 119, sectiones 20-38, in cod. Borg. copt. 111, pp. 1-579; item sectiones 1, 2, in cod. Borg. copt. 111, pp. 805-822, et sectionem 21 in cod. Borg. copt. 111, pp. 601-611.

Ductus directi stilo sicco carneae plagulae membranae impressi binas definiunt scripturae lineas, transversi vero, plumbo in singulis paginis effecti, spatium marginibus et litteris marginalibus servatum; spatium partis scriptae est circiter mm. 305 × 165. Complectitur codex quaterniones ⲁ̅ – ⲕ̅ⲁ̅ (ff. 1-168, pp. ⲁ̅ – ⲧ̅ⲗ̅ⲋ̅), ff. sex quaternionis ⲕ̅ⲃ̅ (ff. 169-174, pp. ⲧ̅ⲗ̅ⲍ̅ – ⲧ̅ⲙ̅ⲃ̅, ⟨ⲧ̅ⲙ̅ⲍ̅⟩ – ⲧ̅ⲛ̅ⲃ̅); ff. sex quatern. ⲕ̅ⲅ̅ (ff, 175-180, pp. ⲧ̅ⲛ̅ⲅ̅ – ⲥ̅ⲛ̅ⲋ̅ pro ⲧ̅ⲛ̅ⲋ̅, ⟨ⲧ̅ⲛ̅ⲑ̅⟩ – ⲥ̅ⲝ̅ⲃ̅ pro ⲧ̅ⲝ̅ⲃ̅, ⟨ⲧ̅ⲝ̅ⲉ̅⟩ - ⲥ̅ⲝ̅ⲏ̅ pro ⲧ̅ⲝ̅ⲏ̅); quaterniones ⲕ̅ⲇ̅ – ⲗ̅ⲉ̅ (ff. 181-276, pp. ⲧ̅ⲝ̅ⲑ̅ – ⲫ̅ⲝ̅) et ff. quattuor quatern. ⲗ̅ⲋ̅ (ff. 277-280, pp. ⲫ̅ⲝ̅ⲁ̅ – ⲫ̅ⲝ̅ⲇ̅, ⟨ⲫ̅ⲟ̅ⲅ̅⟩ – [ⲫ̅ⲟ̅ⲋ̅]). Paginarum notae appositae sunt plagulis aversis secundum numeros pares necnon, secundum numeros impares, in summo angulo externo folii initialis fasciculorum; desiderantur notae ⲕ̅ⲏ̅, ⲣ̅ⲕ̅, ⲣ̅ⲝ̅ⲃ̅, ⲧ̅ⲋ̅; f. 17^{r} mendose signatur ⲙ̅ⲑ̅ pro ⲗ̅ⲅ̅; item, ff. 175^{v}-180^{v}, ⲥ̅ⲛ̅ⲇ̅ – ⲥ̅ⲝ̅ⲏ̅ pro ⲧ̅ⲛ̅ⲇ̅ – ⲧ̅ⲝ̅ⲏ̅, f. 102^{v}, ⲥ̅ⲃ̅ pro ⲥ̅ⲇ̅, f. 103^{v}, ⲥ̅ⲇ̅ pro ⲥ̅ⲋ̅, et, f. 226^{v}, ⲥ̅ⲝ̅ pro ⲩ̅ⲝ̅; quaternionum notae occupant summum angulum internum in fasciculorum paginis extremis. Eaedem paginae extremae in medio summo mg. exhibent crucem vel ornamentum levi calami ductu delineata, quandoque pigmentis rubro et viridi obducta, inter varias inscriptiones: ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲓⲱⲛϧ « Iesus vita »; ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅; ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲗⲟⲅⲟⲥ ⲡ̅ⲣ̅ⲥ̅; ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲛⲓⲕⲁ; ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲟ ⲑ̅ⲥ̅ ⲏⲙⲱ(ⲛ); ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲡⲓⲱⲛϧ; ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲩ̅ⲥ̅ ⲑ̅ⲩ̅; ⲗⲟⲅⲟⲥ ⲡ̅ⲣ̅ⲥ̅; ⲗⲟⲅⲟⲥ ⲧⲟⲩ ⲡ̅ⲣ̅ⲥ̅; ⲛⲓⲕⲁ; ⲝⲓⲗⲟⲛ ⲍⲱⲏⲥ; ⲩ̅ⲥ̅ ⲑ̅ⲩ̅; ⲩ̅ⲥ̅ ⲑ̅ⲩ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅; ⲩ̅ⲥ̅ ⲗⲟⲅⲟⲥ ⲧⲟⲩ ⲑⲉⲟⲩ; ⲩ̅ⲥ̅ ⲧⲟⲩ ⲑ̅ⲩ̅; ⲩ̅ⲥ̅ ⲭⲣⲓⲥⲧⲟⲥ ⲑⲉⲟⲩ. Partis mediae fasciculorum utraque plagula signatur ductu rubro obliquo: in mg. summo externo pro plagulis aversis, in imo mg. ext. pro plagulis rectis; in mediis summis plagulis aversis, crucula quattuor punctis effecta; in ff. 1, 81, 88^{v}, 89$^{r.v}$, 96^{v}, 97$^{r.v}$, 104^{v}, 105, inscriptiones et paginarum atque fasciculorum notae minio exaratae sunt, alibi atramento;

interpunctionis signa constant ductu directo simplice vel duplice. Codex eminet scripturae venustate atque parco ornatu. In sola plagula initiali textus incipit littera praegrandi varie picta; reliquarum sectionum littera initialis mensura vix excedit litteras marginales communes quae, paucis exceptis, pigmento carent. In f. 1, ornamentum, lineis inter se innexis confectum atque coloribus rubro, croceo et viridi distinctum, involvit titulum marginesque externum et imum invadit; similia ornamenta, at leviora, circumdant titulos reliquarum sectionum, praeterquam in ff. 74, 158, 272^{v}, ubi solis constant ductibus pictis, et in ff. 153^{v}, 230^{v}, ubi desunt colores, atque in ff. 136^{v}, 188^{v}, 267, quae nudum habent homiliae titulum; f. 74 exhibet insuper ornamentum marginale rubri et viridis coloris in forma ramorum et botruum. Minio scripta sunt sectionis initialis titulus ipsiusque textus linea prima caeteris grandior atque lineae secunda, tertia et quarta; quandoque signa ·> quae passim sacrae Scripturae excerpta comitantur. Singulas sectiones concludunt ductus directi cum punctis; item subscriptionem f. 184 quam etiam comitantur signa ·>. Tituli, subscriptiones ff. 200^{v} et 211, notae foliorum et fasciculorum eorumque inscriptiones exarata sunt unciali oblonga, textus autem unciali rotunda; subscriptio f. 184 dextrorsum inclinatur. Codex, cuius specimina ediderunt Henricus Hyvernat, *Album*, tab. XX (f. 184), et Eugenius Tisserant, *Specimina codicum orientalium*, Romae, 1914, tab. 76 (f. 45^{v}), prae scripturae indole, coaetaneus videtur codici Brit. Mus., Or. 8812, qui est an. Mart. 605, seu an. D. 889. Textus imi f. 105, madore semi deletus, calamo recente hinc illinc suppletus est; foliorum 9-20 margines externi resecti sunt absque tamen textus iactura.

F. 184, titulus donationis: ⲥⲩⲛ ⲑ(ⲉⲱ) ⲁϥϣⲱⲡⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲁⲓϣⲉⲛⲉⲣⲫⲙⲉⲩⲓ ⲛ̀ⲧⲉ | ⲡⲁⲓⲁⲅⲁⲑⲟⲛ ⲛ̀ϫⲱⲙ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲉⲛ ⲡϯⲙⲁϯ ⲙ̀ⲫ︦ϯ︦ | ⲛⲉⲙ ⲡϥⲓⲣⲱⲟⲩϣ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲗⲁⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲥ · ⲡⲁⲡⲁ | ⲃⲓⲕⲧⲱⲣ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲥⲕⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲛⲓϣϯ ⲁⲃⲃⲁ | ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ ⲁⲣⲓⲡⲉϥⲙⲉⲩⲓ ⲉϥⲟⲛϧ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡ︦ⲟ︦ⲥ︦ ⲉⲣⲡⲓⲛⲁⲓ ⲛⲉⲙⲁϥ | ⲛⲉⲙ ⲛⲉϥϣⲏⲣⲓ ⲙ̀ⲡⲛ̅(ⲁⲧ)ⲓⲕⲟ(ⲛ) ⳤ ⲁϥϣⲁⲛⲥⲓⲛⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ | ϧⲉⲛ ⲡⲁⲓⲃⲓⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡ︦ⲟ︦ⲥ︦ ϯ ⲙ̀ⲧⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲉϥⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲁ | ⲙ̀ⲯⲩⲭⲏ ⲛⲉⲙ ⲛⲏⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲛ̀ⲧⲁϥ · | ⳤ ⲁⲣⲓⲫⲙⲉⲩⲓ ⲙ̀ⲡⲁⲡⲁ ⲑⲉⲟⲇⲱⲣⲟⲥ ⲡⲓⲣⲉϥⲱϣ | ⲧⲉ ⲡ︦ⲟ︦ⲥ︦ ⲉⲣⲡⲓⲛⲁⲓ ⲛⲉⲙ ⲧⲉϥⲯⲩⲭⲏ · ϫⲉ ⲛ̀ⲑⲟϥ | ⲁⲧϥⲓ ⲫⲣⲱⲟⲩϣ ⲛ̀ⲛⲓⲅⲣⲁⲫⲏ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲁϥⲥϧⲏⲧⲟⲩ | ⲉⲣⲉ ⲡ︦ⲟ︦ⲥ︦ ⲓ︦ⲏ︦ⲥ︦ ⲡ︦ⲭ︦ⲥ︦ ⲥϧⲏⲧ ⲡⲉϥⲣⲁⲛ ϧⲉⲛ ⲡϫⲱⲙ | ⲛ̀ⲛⲏⲉⲧⲟⲛϧ ⲁⲙⲏⲛ ⳤ ⲁⲙⲏⲛ ⳤ ⲁⲙⲏⲛ « Cum Deo. Factum est hoc memoriale huius boni libri, Deo beneplacito et cura fidelium, per papam Victorem sanctuarii magni abba Macarii. Mementote eius viventis, ut Dominus misereatur eius et filiorum eius spiritualium atque ut quum transierit ex hac vita Dominus det requiem beatae eius animae cum sanctis suis. Et recordemini papae Theodori lectoris, ut Dominus misereatur animae eius, quia ipse curam gessit scripturarum sacrarum, scribens eas; Dominus Iesus scribat nomen eius in libro viventium. Amen et amen et amen »; ff. 200^{v} et 211, librarii subscriptio: ⲥⲙⲟⲩ ⲉⲣⲟⲓ ⲭⲱ ⲛⲏⲓ ⲉⲃⲟⲗ · ⲁⲛⲟⲕ ϧⲁ ⲡⲓⲥⲃⲟⲩⲓ « Benedic mihi, dimitte mihi, humili »; f. 266^{v}, in mg. externo, nota lectoris: ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲛⲁⲓ ⲛⲧⲉ ϯⲫ (sic) « Macarius, in misericordia Dei ». F. 1, in imo mg.: ⲕ︦ⲍ︦ (notae similes partim saltem eiusdem manus, alibi apparent in codicibus Vaticanis 58-69). Folium custodiae modo initio adiectum inscriptiones exhibet: in plagula aversa, *Ass. 6,* | *n. 56;* in plagula recta, manu recentiore: *De hoc codice* | *Zoega catalog. p. 4. sqq.;* ff. 1 et 280^{v}, sigilla bibliothecae apostolicae Vaticanae et bibliothecae nationalis Parisiensis.

In dorso tegumenti, e corio rubro confecti, auro impressa sunt nota *57*, trimontium et stellae familiae Albani, i. e. Clementis XI, necnon scutum Benedicti Pamfili card. bibliothecarii.

58 (a I. S. Assemani emptus 7). Membr., mm. circiter 345 × 268, ff. 194.

Opera homiletica et hagiographica e variis codicibus, bohairice.

I (ff. 1-9ᵛ) Saec. IX, ff. 9, linn. 34.

Encomium quadraginta novem martyrum ac magistriani eiusque filii, sub titulo ϯϫⲓⲛⲥⲉⲙⲛⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲉⲛⲕⲁⲥ ⲛ̀ⲛⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲙ̀ⲙ̅ⲑ̅ ⲉⲧⲉⲛⲉⲣϣⲁⲓ ⲛⲱⲟⲩ ⲙ̀ⲫⲟ⟨ⲟⲩ⟩ ⲡⲓⲙ̅ⲑ̅ ⲛ̀ϧⲉⲗⲗⲟⲓ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲙⲁⲅⲓⲥⲧⲣⲓⲁ̀ⲛⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲡⲉϥϣⲏⲣⲓ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ · ⲁⲥϣⲱⲡⲓ ϧⲉⲛ ⲡⲁⲓⲧⲟⲡⲟⲥ (ult. ⲡ corr. ex ⲗ) ⲫⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲙ̀ⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ⲧⲟⲫⲟⲣⲟⲥ ⲁ̀ⲃⲃⲁ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ϣⲓⲏⲧ · ⲛ̀ⲥⲟⲩⲉ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁ̀ⲃⲟⲧ ⲙⲉⲭⲓⲣ ⲛⲁϩⲣⲁϥ ⲛⲁⲃⲃⲁ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓϩⲩⲅⲟⲩⲙⲉⲛⲟⲥ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲡⲓⲣⲉⲙⲭⲉⲃⲣⲟ ⲙⲉⲛⲉⲥⲓⲛⲉ · ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ︦ϯ︦ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « Depositio ossium sanctorum martyrum quorum hodie festum agimus, quadraginta novem seniorum cum magistriano eiusque filio sancto; facta est in hoc ipso monasterio (ⲧⲟⲡⲟⲥ) patris nostri pneumatophori abba Macarii Scetensis, die quinto mensis mekhir, coram abba Iohanne hegumeno sancto ex Ǧebro Menesine (E. Amélineau, *La géographie de l'Égypte à l'époque copte*, Parisiis, 1893, p. 149). In pace Dei. Amen ».

Codicem ediderunt, cum praefatione et versione gallica, Seymour de Ricci et Eric O. Winstedt, *Les quarante-neuf vieillards de Scété*, in *Notices et extraits des manuscrits de la Bibliothèque Nationale*, t. XXXIX, Parisiis, 1917, pp. 323-358.

In summo angulo externo folii 1, sub charta nova qua refectum est, legitur: ⲥⲟⲩⲉ̅ ⲙⲙⲉⲭ(ⲓⲣ) « Die 5 (mensis) mekhir », manu recentiore additum; alia manus in mg. adiecit, f. 5, ante ⲟⲩⲟϩ ⲡⲁⲓⲣⲏϯ: ϣⲁ « Usque »; f. 6, ante verba ⲟⲩⲟϩ ϧⲉⲛ ϯⲟⲩⲛⲟⲩ: ⲱϣ « Lege »; ibid., ante ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓⲗⲁⲟⲥ: ϣⲁ; f. 8ᵛ, ante ⲛⲁⲓ ⲇⲉ: ⲱϣ; f. 9, ante ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲙ̀ⲡⲓⲥⲏⲟⲩ: ϣⲁ, et ante ϧⲉⲛ ⲥⲟⲩⲇ̅: ⲱϣ.

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 117, ff. 103-111ᵛ.

Ductus stilo sicco plagulae carneae membranae impressi quaternas definiunt scripturae lineas, ductus transversi, plumbo exarati, margines et columellam litteris marginalibus servatam; spatium partis scriptae est circiter mm. 280 × 170. Constat codex quaternione ⲁ̅ (ff, 1-8, pp. ⟨ⲁ̅⟩ – ⲓ̅ⲋ̅, in plagulis aversis secundum numeros pares notatae) et folio uno (f. 9) notis destituto; fasciculi nota ⲁ̅, f. 8ᵛ, vix apparet; insuper, in angulis summis internis foliorum 1 et 9, manus recentior notis ⲕ̅ⲅ̅, ⲕ̅ⲇ̅, fasciculos signavit; in summo f. 8ᵛ, crucula inter inscriptiones ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ atque levia ornamenta, atramento exarata; f. 9 inscriptionibus caret. Partis mediae fasciculi utraque plagula signatur ductu rubro in forma nexus: in imo mg. pro plagula aversa, in summo mg. externo pro plagula recta; in summis plagulis aversis, excepto f. 9ᵛ, ductus leves

in forma crucis. Titulum involvunt fasciae lineis variis effectae; initium codicis distinguit ornamentum in forma ramorum; f. 7, simile ornamentum, at levius, signat paragraphum quae inc. ⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉ̀ⲧⲁⲓⲕⲉⲛⲓϣϯ ⲛ̀ϣⲫⲏⲣⲓ (op. laud., p. 343) atque, ibid., levius ornamentum paragraphum quae inc. ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩⲉⲣⲉ̀ⲡⲓⲑⲩⲙⲓⲛ; desunt pigmenta. In titulo, in inscriptionibus f. 8^{v}, in subscriptione, et in notis paginarum usus est calligraphus unciali oblonga, in ipso textu unciali rotunda. Vox ⲫ︦ϯ︦ signatur lineola concava; accentus efficiuntur vel ductu simplici, vel ductu cum lineola curva; interpunctionis signa duplici ductu directo. Ad scripturae indolem quod spectat, codex in pluribus affinis videtur codici Brit. Mus. Orient. 8812 et codici Vat. copt. 57, de quorum aetate superius dictum. F. 9^{v}, post triplicem ductuum lineam qua finis codicis signatur, subscriptio (om. de Ricci et Winstedt in op. laud.): ⲡⲁⲓ ⲗⲟⲅⲟⲥ ⲫⲁ ⲡⲁⲓⲱⲧ ⲛ̄ⲛ̄ ⲍⲁⲭⲁⲣⲓⲁ · | ⳨ ⲡⲁⲥⲟⲛ ⲓⲉⲣⲉⲙⲓⲁⲥ ⲡⲉϥⲥⲟⲛ ⳨ ⲡⲁⲥⲟⲛ | ⲅⲁⲩⲣⲓⲏⲗ ⲡ︦ⲟ︦ⲥ︦ ⲓ︦ⲏ︦ⲥ︦ ⲡⲭ︦ⲥ︦ ⲥⲙⲟⲩ ⲉⲣⲱⲟⲩ | ⳨ ⲛ̀ⲧⲉϥϯ ⲙ̀ⲧⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲯⲩⲭ(ⲏ) ⲉⲙⲡⲁⲓⲱⲧ | ⲛ̄ⲛ̄ ⲛⲓϫⲓ ⲡⲟⲩⲓⲱⲧ ⲁⲙⲏⲛ « Hic sermo est patris abba Zachariae et fratris Ieremiae, fratris eius, et fratris Gabriel. Dominus Iesus Christus benedicat eis et det requiem animae patris apa Niği patris eorum. Amen ».

2 (ff. 10-23^{v}) Saec. X med., ff. 14, linn. 29-32.

Sermo Zachariae, episcopi urbis Sẖōou, de Iesu oblato in templo, sub titulo ⲟⲩⲗⲟⲅⲟⲥ ⲉ̀ⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟϥ ⲛⲭⲉ ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ ⲁⲃⲃⲁ ⲍⲁⲭⲁⲣⲓⲁⲥ ⲡⲓⲟ̀ⲥⲓⲱ̀ⲧⲁⲧⲟⲥ ⲛⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲡⲟⲗⲓⲥ ⲙ̀ⲙⲁⲓⲭ︦ⲣ︦ⲥ︦ ⲥϧⲱⲟⲩ ⲉⲑⲃⲉ ⲧϫⲓⲛⲓ ⲙⲡ︦ⲟ︦ⲥ︦ ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉ̀ⲓ̈ⲗ︦ⲏ︦ⲙ︦ ⲉϥⲟⲓ ⲛⲕⲟⲩϫⲓ ⲛ̀ⲁ̀ⲗⲟⲩ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲣⲏϯ ⲉ̀ⲧⲁϥϭⲓⲧϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲥⲩⲙⲉⲱⲛ ϩⲓϫⲉⲛ ⲛⲉϥϫⲓϫ ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲥⲙⲟⲩ ⲉⲣⲟϥ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ︦ϯ︦ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « Sermo quem habuit pater noster sanctus abba Zacharias, sanctissimus episcopus urbis Christum amantis Sẖōou (E. Amélineau, *La Géographie de l'Égypte*, Parisiis, 1893, p. 410), de ascensu Domini in Ierusalem dum esset parvus puer et de modo quo accepit eum Simeon in manibus suis et benedixit ei. In pace Dei. Amen ».

Codicem edidit, cum praefatione et versione gallica, Henricus de Vis, *Homélies coptes de la Vaticane*, t. II, in *Coptica*, t. V, Hauniae, 1929, pp. 1-30; homiliarum editionem diligenter commentatus est H. I. Polotsky, in ephemeride *Orientalische Literaturzeitung*, 1930, pp. 871-881.

F. 10, in summo margine, manu posteriore: ⲥⲟⲩⲏ︦ ⲙⲙⲉⲭⲓⲣ « Die 8 (mensis) mekhir »; ff. 11$^{r.v}$, 12, in mg., ⲕ manu rudi; f. 17, in mg. externo, manu recentiore: ⲥⲟⲕⲥ « Trahe », ante Canticum Simeonis, cuius finem signat crux eiusdem forsan manus; ff. 12^{v}, 15, 17, 21, in mg. externo, cruculae punctis vel ductibus effectae signant orationum initium. Occurrunt in textu paucae correctiones diversarum manuum.

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 111, pp. 666-836.

Codex eiusdem est manus estque eiusdem indolis palaeographicae ac codices Vaticani coptici 58^{6}, 58^{7}, 58^{10}, 58^{11}, 62^{1}-62^{8} (demptis ff. 156-158), 67^{2}, 67^{3}, 68^{2}, 68^{3}, 68^{8}-68^{10},

69[4], Cahirenses Mus. Copt. 1, 1Add., 2, 3, 3A, 37, 37Add., 48 I et II, Cantabrigiensis bibl. Univers. Add. 1885, 8, Lipsienses Tischendorf XXIV, ff. 3, 9, 12, 22-24, 30-33, 49, Tischendorf XXV, ff. 1, 4, 11-13, 15, 22, 23, 30, 31, Londinensis Brit. Mus. Or. 1241 (35), Mancunienses bibl. John Rylands 440, 445; specimina scripturae ediderunt H. Hyvernat, *Album*, tabb. XXXIII et XL 1, et H. G. Evelyn White, *The Monasteries of the Wadi 'n Natrûn*, t. I, Neo Eboraci, 1926, tabb. III A et B, VII A necnon, in fronte operis, specimen codicis Tischendorf XXIV, f. 49, qui codex, ut arbitratur auctor, scriptus esset circa an. D. 985. Nonnullis in subscriptionibus, ut suo loco dicetur, librarius prodit nomen suum: Khaēl, filius Matoi. Ductus stilo sicco plagulae carneae membranae impressi sunt super quaternas scripturae lineas; ductus transversi margines definiunt; spatium scripturae servatum est circiter mm. 300 × 180. Constat codex quaternione ⲁ̄ (ff. 10-17) et foliis 6 quaternionis ⲃ̄ (ff. 18-23, resectis duobus ultimis foliis); in plagula aversa f. 17, notas numericas ⲓ̄ⲉ̄ et ⲃ̄ (sic pro ⲁ̄) pristinae manus, separat ornamentum in forma crucis, atramento delineatum, inter inscriptiones ⲓ̄ⲏ̄ⲥ̄ ⲡⲭ̄ⲥ̄; in plagula recta f. 18, idem fere ornamentum, cum inscriptionibus ⲛⲁⲓ ⲡ̄ⲭ̄ⲥ̄, separat notas ⲃ̄ et ⲓ̄ⲋ̄; paginarum notae ⲕ̄ – ⲗ̄ⲁ̄ (ff. 10v-16v), ⲓ̄ⲏ̄ – ⲕ̄ⲏ̄ (ff. 18v-23v), secundum numeros pares in foliis aversis appositae, sunt manus posterioris. In angulo summo interno f. 17v necnon in margine superstite ultimi folii aversi (resecti) quaternionis ⲃ̄, manus recentior notis ⲓ̄ⲁ̄ et ⲓ̄ⲃ̄ fasciculos signavit. Exceptis notis numericis ff. 17v et 18r et inscriptionibus fasciculorum, quae sunt uncialis oblongae, codex exaratus est unciali rotunda. Prima orationis linea scripta est litteris grandioribus. Litterae marginales sunt mensurae inaequalis caeterisque passim maior est littera marg. ⲁ; spatium interpunctionis signis servatum, quod est vacuum, saepius sequitur littera solito amplior; accentus lineola simplici vel puncto efformantur. Pigmenta rubra, crocea et viridia decorant ornamentum lineis inter se innexis confectum quod, titulum involvens, protrahitur in marginem externum; f. 17, ad canticum Simeonis, leve ornamentum postea, ut videtur, adiectum. Tituli verba ultima ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ̄ⲧ̄ ⲁⲙⲏⲛ adiecta sunt scriptura gracili oblonga; pluribus in foliis, litteras semi deletas atramento restituit manus recentior. F. 10, in imo margine: ⲣ̄ⲟ̄ⲏ̄.

3 (ff. 24-34v) Saec. X in., ff. 11, linn. 33-35.

Sermo s. Iohanni Chrysostomo adscriptus de Michaele archangelo, de divina misericordia et de latrone paenitente, sub titulo ⲟⲩⲗⲟⲅⲟⲥ ⲉⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓⲭⲣⲩⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲕⲱⲥⲧⲁⲛⲧⲓⲛⲟⲩⲡⲟⲗⲓⲥ ⲉⲡⲓⲛⲓϣϯ ⲛ̀ⲁⲣⲭⲏⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲙⲓⲭⲁⲏⲗ ⲡⲁⲣⲭⲏⲥⲧⲣⲁⲧⲏⲅⲟⲥ ⲛ̀ⲛⲁⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ̀ ⲛⲉⲙ ⲉⲑⲃⲉ ϯⲙⲉⲧⲙⲁⲓⲣⲱⲙⲓ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲙⲉⲧϣⲁⲛϩⲑⲏϥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ̄ⲧ̄ · ⲁϥⲥⲁϫⲓ ⲇⲉ ⲟⲛ ⲉⲑⲃⲉ ⲡⲓⲥⲟⲛⲓ ⲉⲧⲁⲩⲁϣϥ ⲥⲁ ⲟⲩⲓ̀ⲛⲁⲙ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲟ̄ⲥ̄ ⲓ̄ⲏ̄ⲥ̄ ⲡ̄ⲭ̄ⲥ̄ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ̄ⲧ̄ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « Sermo quem habuit sanctus Iohannes Chrysostomus, archiepiscopus Constantinopolitanus, de magno archangelo Michaele, summo militiae duce caelestium, et de divinis hominum dilectione et misericordiis; locutus est

praeterea de latrone crucifixo ad dexteram Domini nostri Iesu Christi. In pace Dei. Amen ».

Codicem edidit, cum praefatione et versione gallica, I. Simon, *Homélie copte inédite sur S. Michel et le Bon larron, attribuée à S. Jean Chrysostome*, in ephemeride *Orientalia*, t. III, Romae, 1934, pp. 217-242.

F. 24, in summo mg., manu posteriore: **ⲥⲟⲩⲓ̄ⲃ̄ ⲙ̀ⲙⲉϫⲓⲣ ϧⲉⲛ ⲁⲃⲃⲁ ⲃⲉⲛⲟϥⲉⲣ** « Die 12 (mensis) mekhir; in abba Benofer »; f. 26v, in imo mg., eadem scriptura qua titulus, adiecta sunt verba **ⲁ ⲫⲣⲏ ⲟϩⲓ ⲉ̀ⲣⲁⲧϥ**... **ϯⲣⲟⲙⲡⲓ ⲧⲏⲣⲥ** prius mendose scripta f. 27v, linn. 1-3 ubi deinde deleta, additis in mg. externo: **ϣⲱϥⲧ** « Mendum », in mg. vero interno: **ϫⲁⲕ** « Desine » et paulo infra, ad. lin. 4: **ⲱϣ** « Lege ». Item, ex industria, magna ex parte deletae sunt folii 28v lineae 4-13: **ⲡⲓⲙⲁϩⲓ̄ⲁ̄ ⲛ̀ⲥⲟⲡ**... **ⲉⲧⲁϥⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲣⲟϥ** quibus refertur apparitio Michaelis undecima, scil. Constantino; ad locum deletum, in mg. externo, duplex legitur nota: [1] **ϫ[ⲁ] ⲫⲁⲓ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲡⲉⲣⲱϣϥ ϫ̣[ⲉ] ⲉⲧⲉⲓ̄ⲁ̄ ⲛ̀ⲟ̣[ⲩ]ⲙⲉⲑⲛⲟⲩϫ [ⲡⲉ] ⲱϣ ⲙ̀ⲡⲓⲙⲁϩⲓ̄ⲃ̄ ⲛ̀ⲥⲟⲡ ⲉⲧⲉ ⲥⲟⲩⲓ̄ⲃ̄ ⲛⲁⲑ̣[ⲱⲣ] ⲡⲉ** « Relinque hoc, ne legas illud, quum undecim (scil. undecima apparitio) sit mendax; lege duodecimam vicem, quae est die duodecimo athōr (apparitionem scil. sub patriarcha Eumenio) »; [2] **ⲉⲩⲙⲉⲛⲓⲟⲥ ⲉⲧⲟⲓ ⲛ̀ϣⲟⲣⲡ ⲉⲕⲱⲥⲧⲁⲛⲧⲓⲛⲟⲥ ϫⲁ ⲕⲱⲥⲧⲁⲛⲧⲓⲛⲟⲥ ⲉⲃⲟⲗ** « Quum Eumenius sit prior Constantino, relinque Constantinum »; ibid, in mg., ad narrationem duodecimae apparitionis: **ⲱϣ** « Lege »; f. 31, post nuntiatum sermonem de latrone, in mg. **ϫⲁⲕ** « Desine »; paucae correctiones in ipso textu. F. 26v, in mg., **ⲍ**, **ⲋ**, et, f. 27, **ⲏ**, **ⲍ**, cuius rei ratio non apparet.

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 111, pp. 621-637.

Codex ab eodem librario Matoi exaratus est ac codices Vaticani coptici 64[1]-64[7] et 66[11], Cahirenses Mus. copt. 10, 10Add., 19, 19Add., 52, 63, Lipsienses Tischendorf XXIV, ff. 4, 7, 8, 14, 25-27, Tischendorf XXVIII, ff. 5-7, Mancuniensis bibl. John Rylands 437; specimina scripturae phototypice edita vide ap. H. Hyvernat, *Album*, tabb. XXXIV et XXXVII, H. G. Evelyn White, *The Monasteries of the Wadi 'n-Natrûn*, t. I, Neo Eboraci, 1926, tabb. IV B, VII B, X A et XIV A. Codicis lineas binas scripturae definiunt ductus stilo sicco plagulae carneae membranae impressi dum plumbo delineata sunt margines et, interdum, columellae litteris marginalibus servatae; spatium scriptum est circiter mm. 270 × 165. Complectitur codex quaternionem **ⲁ̄** (ff. 24-31, pp. ⟨**ⲁ̄**⟩ - **ⲓ̄ⲋ̄**) et folia tria ternionis **ⲃ̄** (ff. 32-34, pp. **ⲓ̄ⲍ̄** – **ⲕ̄ⲃ̄**). Titulum, foliorum et fasciculorum notas, inscriptiones **ⲓ̄ⲏ̄ⲥ̄** in summis plagulis aversis, invocationes **ⲓ̄ⲏ̄ⲥ̄ ⲡ̄ⲭ̄ⲥ̄** (f. 31v) et **ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ** « miserere nostri » (f. 32), exaravit calligraphus unciali oblonga, textum vero unciali rotunda venusta; accentus efformantur tum levi lineola tum puncto in lineolam curvam producto; signat vocem coarctatam **ⲫϯ** lineola convexa. Inscriptiones ff. 31v,

32, separat crux lineis inter se innexis atramento effecta; partis mediae fasciculi ⲁ̅ utraque plagula signatur levi cruce atramento delineata: in imo mg. pro plagula aversa, in summo mg. pro plagula recta. Titulum circumdat ornamentum lineis inter se innexis confectum, obductum pigmentis rubro et croceo; iisdem coloribus illita est littera initialis homiliae cuius linea prima caeteras mensura excedit punctaque praebet rubra quibusdam litteris infixa. Caret textus interpunctionis signis praeterquam in fine paragraphi quartae f. 27ᵛ et paragraphi tertiae f. 29; f. 26, linn. 1-4, inter particulam ⲛⲉⲙ et nomen sequens, signum ·>; ibidem, sicut in ff. 24ᵛ, 25ᵛ, 31, 32ᵛ, post singula enumerationis membra relinquitur spatium vacuum; insuper plurima exhibet spatia vacua non tantum inter vocabula, verum etiam inter vocabulorum syllabas, maxime in penultima paragraphorum linea.

4 (ff. 35-64ᵛ) Saec. X-XI, ff. 30, linn. 30-33.

Martyrium sancti Eusebii, filii Basilidis, sub titulo ϯⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁⲑⲗⲟⲫⲟⲣⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲅⲉⲛⲛⲉⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲙ̀ⲙⲁ⟨ⲣ⟩ⲧⲩⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲉⲩⲥⲉⲃⲓⲟⲥ ⲡϣⲏⲣⲓ ⲛ̀ⲃⲁⲥⲓⲗⲓⲧⲏⲥ ⲡⲓⲥⲧⲣⲁⲧⲏⲗⲁⲧⲏⲥ ⲉⲧⲁϥϫⲟⲕⲥ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲥⲟⲩⲕ̅ⲅ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲙⲉⲭⲓⲣ · ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ̅ϯ̅ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « Martyrum athlophori et nobilis et martyris Domini nostri Iesu Christi, sancti Eusebii, filii Basilidis stratelatis, quod consummavit die vigesimo tertio mensis mekhir. In pace Dei. Amen ».

Codicem edidit cum versione gallica H. Hyvernat, *Les actes des martyrs de l'Égypte*, t. I, Parisiis, 1886, pp. 1-39.

In summo f. 30, manu posteriore: ⲥⲟⲩⲕ̅ⲅ̅ ⲙ̀ⲙⲉⲭⲓⲣ « Die 23 (mensis) mekhir »; paucae occurrunt in textu emendationes diversarum manuum.

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 117, ff. 265-284.

Ductus stilo sicco plagulae carneae membranae impressi binas definiunt scripturae lineas necnon marginum spatium; spatium partis scriptae est circiter mm. 265 × 175. Continet codex, praeter f. 35, quaterniones ⲁ̅ – ⲅ̅ (ff. 36-59, pp. ⟨ⲁ̅⟩ – ⲙ̅ⲏ̅) et 5 ff. priora quaternionis ⲇ̅ (ff. 60-64, pp. ⲙ̅ⲑ̅ – [ⲛ̅ⲏ̅]): paginarum notae apponuntur iuxta numeros pares in plagulis aversis necnon secundum numeros impares initio fasciculorum ⲃ̅ – ⲇ̅: fasciculorum paginas extremas, praeterquam in f. initiali, in summo mg. signant ornamenta lineis inter se innexis effecta quorumque pigmenta fere evanuerunt, inter inscriptiones ⲓ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅, ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅, ⲓ̅ⲥ̅ ⲭ̅ⲥ̅, ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲫ̅ϯ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅, varie distributas. Ornamenta, lineis inter se innexis effecta pigmentisque rubro, croceo et viridi obducta, decorant titulum et mg. externum folii 36 cuius imum mg. signant rami pigmentis viridi et rubro tacti; iisdem coloribus pictae sunt littera initialis praegrandis atque imago crucis folii 35ᵛ quod, licet extra seriem quaternionum positum, ad codicem pertinet; f. 57, initium paragraphi ⲉⲩⲥⲉⲃⲓⲟⲥ ⲇⲉ ϩⲱϥ ... signant littera marginalis praegrandis et, in mg. externo, ornamentum atramento delineatum; simile ornamentum in imo mg. externo f. 62; in summo mg. f. 41ᵛ, tres cruculae punctis effectae; in summo mg. f. 48, crucula atramento delineata. Textus linea prima, cui infixa sunt puncta rubra, caeteras mensura excedit;

interpunctionis signa apparent tantum in plagulis extremis fasciculorum, spatia vacua eodem modo sparsa ac in codice superiore (Vat. 58[3]); accentus, quibus caeterum raro utitur librarius, linea tum recta tum inclinata signantur; fere semper desideratur ductus super vocem coarctatam ⲫ̅ϯ̅. Calligraphus, tum in titulo, tum in textu, eadem usus est scriptura unciali sat rudi et incompta, in qua vix rationem habuit ductuum membranae impressorum; f. 36, litteras semi deletas atramento restituit manus recentior.

F. 35[v], iuxta crucem pictam inscriptio, inverse legenda: ϧⲉⲛ ⲫⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲫⲓⲱⲧ ⲛⲉⲙ | ⲡϣⲏⲣⲓ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ | ϯⲧⲣⲓⲁⲥ ⲛ̀ⲟⲙⲟⲟⲩⲥⲓⲟⲥ ⲉⲥϧⲉⲛ | ⲟⲩⲙⲉⲧⲛⲟⲩϯ ⲉ̀ⲛⲟⲩⲱⲧ ⲁⲙⲏⲛ | ϯϯϩⲟ ⲁⲣⲓⲡⲁⲙⲉⲟⲩⲓ ⲛⲁⲅⲁⲡⲏ | ⲛⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲛ̀ⲓⲟϯ ⲙ̀ⲙⲟⲛⲁⲭ(ⲟⲥ) ⲡⲓⲕⲗⲏⲣⲟⲥ | ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲗⲁⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲟⲩ<ⲟ>ⲛ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲧⲛⲁ|ⲱϣ ϧⲉⲛ ⲡⲁ<ⲓ>ϫⲱⲙ ⲫⲁⲓ ϩⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ | ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲡⲁⲛⲟⲩϯ ⲑⲁϣ ⲟⲩⲕⲟⲩϫⲓ ⲛ̀|ⲛⲁⲓ ⲧⲁϫⲟⲃⲓ ⲛ̀ⲧⲁⲗⲉⲡⲱⲣⲟⲥ ⲛ̀|ⲯⲩⲭⲏ ϧⲉⲛ ⲡⲉϥⲃⲏⲙⲁ ⲉ̀ⲧⲟⲓ ⲛ̀|ϩⲟϯ ⲧⲉϥⲭⲁ ⲟⲩⲕⲟⲩϫⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲁ|ⲛⲟⲃⲓ ⲛⲏⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϫⲉ ⲥⲉⲟϣ ⲙ̀|ⲙⲁϣⲱ ⲡⲁⲣⲁ | ⲡⲓϣⲱ ⲛ̀ⲧⲉ | ⲫⲓⲟⲙ ⲛ̀ⲍ̅ ⲛ̀|ⲕⲱⲡ ⲛ̀ⲥⲟⲡ | ⲁⲙⲏⲛ · ϥ̅ⲑ̅ | ⲭⲣⲟⲛⲟⲛ | ⲧⲟⲩ ⲕⲟⲥⲙⲟⲩ: ͵ⲉ̅ⲫ̅ⲓ̅ⲍ̅ | ⲥⲧⲁⲩⲣⲱⲑⲓⲥ ͵ⲁ̅ⲓ̅ⲍ̅ | ⲙⲁⲣϯⲣⲟⲥ ⲯ̅ⲙ̅ⲁ̅ | ϯⲙⲁϩⲣ̅ⲗ̅ⲃ̅ ⲛ̀ⲣⲟⲙⲡⲓ | ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲙⲁϩⲓ̅ⲅ̅ ⲛ̀ⲡⲉⲣⲓ|ⲱⲧ(ⲏ; sic in cod. Vat. 66, f. 313[v]) « In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, Trinitatis consubstantialis quae est in una deitate. Amen. Rogo, mementote mei in charitate, Domini mei patres monachi, clere, popule et quicumque lecturi in hoc ipso libro, ut Christus Deus meus concedat aliquantulum misericordiae animae meae infirmae et miserae, coram tribunali suo metuendo, et remittat mihi paululum peccatorum meorum, superant enim arenam maris septies. Amen, amen. Aetatis mundi 6517, Crucifixi 1017, Martyrum 741 (= an. D. 1025), anni 132 periodi decimae tertiae (aerae scil. Aniani, dictae etiam Alexandrinae, cuius periodus erat annorum 532: $532 \times 12 + 132 = 6516$; in subscriptione codicis Vat. copt. 66, f. 313[v], eiusdem fere tenoris, pro anno 132 legitur 133) »; f. 64[v], nota eiusdem ut videtur manus, quae iam ex parte evanuit quamque tamen integram habet R. Tuki in cod. Borg. copt. 117, f. 284; cf. etiam Hyvernat, op. laud., p. 39, ubi sola littera initialis uncis inclusa est; ut nunc prostat, ita eam legimus: [ⲡⲓϣⲱⲓ] ⲁⲛⲟⲩⲃ ⲩ(ⲓ)ⲟⲥ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ ⲁ̀ⲙⲉ | ⲫ̅ϯ̅ [ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ] ϫ[ⲉ ⲁⲓⲉ]ⲣⲛⲟⲃⲓ ⲙ̀ⲙⲁ|ϣⲱ ⲫ̅ϯ̅ ⲭⲁ ⲛⲁⲛⲟⲃ[ⲓ] ⲛⲏⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ | ⲫⲏ ⲉⲧⲛⲁϫⲟⲥ ϫⲉ ⲁ̀ⲙⲏⲛ ⲉ̀ϥⲉϭⲓ ϩⲱϥ | [ⲕⲁⲧⲁ] ⲡ[ⲓⲥⲙⲟ]ⲩ ⲁⲙⲏⲛ ϛ ⲁ̀ⲙⲏⲛ | ⳩ ⲁⲇⲁⲙ ͵ⲉ̅ⲫ̅ⲓ̅ⲍ̅ (Tuki, f. 284, et Hyvernat, p. 39, haud recte: ͵ⲍ̅ⲫ̅ⲓ̅ⲍ̅): ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ͵ⲁ̅ⲓ̅ⲍ̅: ⳥ ⲯ̅ⲙ̅ⲁ̅ « Pišōi Anoub, filius Makari Ame. Deus misereatur mei quia peccavi multum; Deus, dimitte peccata mea mihi. Qui dicet 'Amen' accipiet ipse etiam secundum benedictionem. Amen et amen. Aerae Adami 6517, Christi 1017, Martyrum 741 (= an. D. 1025) ». F. 35[v] phototypice edidit H. Hyvernat, *Album*, tab. XXXI. F. 36, in imo margine: ⲥ̅ⲓ̅ⲇ̅; f. 35[r] vac. praeter notam ⲥ̅ⲓ̅ⲇ̅ in ima pagina.

5 (ff. 65-78[v]) Saec. X-IX, ff. 14, linn. 32-34.

Vita Dorothei, filii praefecti Isauriae, sub titulo ⲡⲓⲃⲓⲟⲥ ⲛⲉⲙ ϯϫⲓⲛⲱⲛϧ ⲛ̀ⲧⲉ ⲇⲱⲣⲟⲑⲉⲟⲥ ⲡⲓⲇⲓⲁⲕⲱⲛ ⲡϣⲏⲣⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲉⲡⲁⲣⲭⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲩ̀ⲥⲁⲩⲣⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲭⲱⲣⲁ · ⲫⲁⲓ ⲉⲧⲁϥⲉⲣⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲁϭⲛⲉ ⲥⲏϥⲓ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ̅ϯ̅ ⲁⲙⲏⲛ « Vita et conversatio Dorothei diaconi, filii praefecti Isauriae regionis, qui martyr fuit absque gladio. In pace Dei. Amen ».

Inc.: ⲁⲩⲫⲓⲣⲓ ⲛⲉⲙⲁⲛ ⲉⲑⲃⲉ ⲟⲩⲇⲓⲁⲕⲱⲛ ⲙⲡⲓⲥⲧⲟⲥ « Narratum est nobis de diacono fideli »; des.: ⲁⲩϯ ⲱⲟⲩ ⲙⲫⲏ ⲉⲧⲓⲣⲓ ⲛⲛⲓϣⲫⲏⲣⲓ ϧⲉⲛ ⲛⲏ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲛⲧⲁϥ ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ... ⲁⲙⲏⲛ « gloriam dederunt ei qui facit mirabilia in sanctis suis, Domino nostro et Deo nostro... Amen ». Occurrunt in textu complures emendationes varii calami.

Codicem exscripsit R. Tuki, in cod. Borg. copt. 122, ff. 393-409.

Codex eiusdem manus est ac codex Vat. 58⁴, immo, quamvis propria sit singularum paginarum enumeratio, communem praebet cum ipso fasciculorum seriem. Incipit a tribus foliis ultimis quaternionis ⲇ̅ (ff. 65-67, pp. ⟨ⲁ̅⟩ – ⲅ̅); sequuntur quaternio ⲉ̅ (ff. 68-75, pp. ⲍ̅ – ⲕ̅ⲃ̅) et ff. tria fasciculi ⲋ̅ (ff. 76-78, pp. ⟨ⲕ̅ⲅ̅⟩ – ⲕ̅ⲏ̅); nota ⲕ̅ⲋ̅ est posterioris aetatis sicut, in f. 76, nota fasciculi ⲋ̅, quae est tamen manus diversae; pristinae manus est nota ⲋ̅ in f. 78ᵛ). Inscriptiones ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲫϯ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ (f. 67ᵛ), ⲩ̅ⲥ̅ ⲭ̅ⲥ̅ (f. 68), ⲕ̅ⲥ̅(?) ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ (f. 75ᵛ), ⲩ̅ⲥ̅ [ⲭ̅ⲥ̅] (f. 78ᵛ) separant ornamenta lineis inter se innexis effecta quorum pigmenta fere evanuerunt; prima plagula fasciculi ⲋ̅ inscriptione et ornamento caret. Inter pigmenta quibus obducta fuerunt ornamentum tituli et littera initialis praegrandis, iam solus color viridis nitide apparet; punctis rubris tactae sunt litterae reliquis ampliores lineae primae. Vestigia interpunctionis apparent in f. 65ʳ necnon in plagulis extremis fasciculorum, praeterquam in f. 78ᵛ; ff. 69ᵛ, 70ᵛ, 73, in summo margine, cruculae atramento delineatae. Tituli litterae ⲛⲧⲉ ϯⲩⲥⲁ, madore fere deletae, alia manu refectae sunt unciali oblonga.

F. 78ᵛ, nota lectoris: ⲉⲣⲉ ⲡⲥⲙⲟⲩ ⲛⲇⲱⲣⲟⲑⲉⲟⲥ ⲡⲓⲇⲓⲁⲕⲱⲛ ⲛⲧ⟨ⲉ⟩ ϯϩⲩⲥⲁⲩⲣⲓ|ⲁ ϣⲱⲡⲓ ⲛⲉⲙⲁⲛ ⲧⲏⲣⲉⲛ ϣⲁ ⲉⲛⲉϩ ⲁⲙⲏⲛ « Benedictio Dorothei, diaconi Isauriae, sit nobiscum omnibus in aeternum. Amen ».

6 (ff. 79-89ᵛ) Saec. X med., ff. 11, linn. 29-32.

Martyrium sancti Polycarpi, sub titulo ⲫⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲗⲟⲅⲓⲟⲛ ⲙⲫⲏ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲛⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲙⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲛⲧⲉ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲁⲃⲃⲁ ⲡⲟⲗⲓⲕⲁⲣⲡⲟⲥ ⲫⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ ⲛⲛⲓⲁⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ ⲉⲧⲁϥϫⲟⲕⲥ ⲉⲃⲟⲗ ⲛⲥⲟⲩⲕ̅ⲑ̅ ⲙⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲙⲉⲭⲓⲣ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛⲧⲉ ⲫϯ ⲁⲙⲏⲛ « Martyrologium sancti episcopi et martyris Christi, abba Polycarpi, discipuli apostolorum, quod consummavit die vigesimo nono mensis mekhir. In pace Dei. Amen ».

Codicem edidit, cum versione gallica, E. Amélineau, *Les actes coptes du martyre de St. Polycarpe*, in ephemeride *Proceedings of the Society of biblical Archaeology*, t. X, Londini, 1888, pp. 391-417; textum ediderunt I. Balestri et H. Hyvernat, *Acta martyrum*, t. II, in *Corpus scriptorum christianorum orientalium*, *Scriptores coptici*, textus, ser. III, t. II, Parisiis, 1924, pp. 62-72. Cf. etiam H. E. Winlock et W. E. Crum, *The monastery of Epiphanius at Thebes*, t. I, Neo Eboraci, 1926, p. 205.

In summo margine plagulae initialis adiectum est manu posteriore: ⲥⲟⲩⲕ̅ⲑ̅ « Die 29 » et, alia manu: ϧⲉⲛ ϯⲡⲁⲣⲑⲉⲛⲟⲥ « In Virgine »; f. 82, in mg., ⲥ ante interrogationem; paucae occurrunt in textu emendationes varii calami.

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 122, ff. 409v-422.

Codex ab eodem librario exaratus est ac cod. Vat. copt. 58[2] communemque praebet indolem palaeographicam. Complectitur codex: folia quinque ultima quaternionis ⲁ̅ (ff. 79-83), cum vestigiis trium foliorum resectorum ante f. 79, necnon folia sex quaternionis ⟨ⲃ̅⟩ cuius duo folia postrema pertinent ad codicem sequentem (Vat. 58[7]). Fasciculorum notae pristinae vel erasae vel nova nota superscripta cancellatae sunt praeter notam ⲁ̅, in margine interno f. 83v, quae adhuc apparet sub nota suffecta ⲕ̅; folium 84, in margine interno, habet fasciculi notam ⲓ̅ⲁ̅ (sic) manus posterioris. Paginarum notae pristinae, secundum numeros pares foliis aversis appositae, apparent sub notis suffectis in ff. 79v-83v (ⲇ̅-ⲓ̅) et, absque nota superscripta, in f. 84r.v (ⲣ̅ⲝ̅ [sic], ⲣ̅ⲝ̅ⲃ̅); notae folii 84 spectant paginarum enumerationem codici sequenti communem, quam manus posterior ita complevit: ⲣ̅ⲛ̅ⲃ̅ – ⲣ̅ⲝ̅ (ff. 79v-83v); ⲣ̅ⲝ̅ⲇ̅ – ⲣ̅ⲟ̅ⲇ̅ (ff. 85v-89v, nota ⲣ̅ⲝ̅ⲉ̅ incuria omissa). Ff. 83v, 84, ornamenta fasciculorum, fere ut in cod. Vat. copt. 58[2], inter inscriptiones ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅, ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ « miserere nostri ». Titulum f. 79 decorat leve ornamentum coloribus rubro et viridi obductum.

7 (ff. 90-107v) Saec. X med., ff. 18, linn. 29-32.

Encomium sancti Macrobii, episcopi urbis Pšati, auctore Mēna, eiusdem urbis episcopo, sub titulo ⲟⲩⲉⲅⲕⲱⲙⲓⲟⲛ ⲉⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲏⲛⲁ ⲡⲓⲟ̀ⲥⲓⲱ̀ⲧⲁⲧⲟⲥ ⲛⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲡⲟⲗⲓⲥ ⲙ̀ⲙⲁⲓⲭ̅ⲣ̅ⲥ̅ ⲡϣⲁϯ ⲉⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲱ̀ⲧⲁⲧⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲣⲓⲥⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲛ̀ⲓⲱⲧ ⲛ̀ⲧⲁⲛ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲕⲣⲟⲃⲓ ⲡⲓⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲧⲁⲓⲡⲟⲗⲓⲥ ⲛⲟⲩⲱⲧ ⲡϣⲁϯ ϧⲉⲛ ⲡⲉϩⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉϥⲉⲣⲫ̀ⲙⲉⲩⲓ ⲉⲧⲧⲁⲓⲏⲟⲩⲧ ⲉⲧⲉ ⲥⲟⲩ ⲃ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲫⲁⲙⲉⲛⲱⲑ · ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ̅ϯ̅ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « Encomium quod protulit abba Mēna, sanctissimus episcopus urbis Christum amantis Pšati, in sanctissimum et ter beatum patrem nostrum sanctum abba Macrobium, episcopum et martyrem eiusdem huius urbis Pšati, in die commemorationis eius gloriosae, seu die secundo mensis phamenōth. In pace Dei. Amen ».

Textum edidit, cum versione gallica, H. Hyvernat, *Les actes des martyrs de l'Égypte*, t. I, Parisiis, 1886, pp. 225-246.

Diversarum manuum sunt notae marginales: ff. 94, 100, 101v, ϣⲁ « Usque ad »; ff. 94v, 102, ⲱϣ « Lege »; ⲥ ante interrogationes passim; f. 107v, ⲥⲕⲉⲣⲕⲉⲣ « Protrahe » (cf. W. E. Crum, *A coptic Dictionary*, Oxonii,

1929 sqq., p. 329); f. 91, in mg. ext., ⲛ (?); ff. 95^{v}, 96^{v}, 98^{v}, 99^{v}, 100^{v}, 103, 106^{v}, initia orationum cruce signantur.

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 122, ff. 422^{v}-445.

Codex ab eodem librario exaratus est ac codd. Vat. copt. 58^{2} et Vat. copt. 58^{6} communemque praebet indolem palaeographicam. Complectitur codex duo folia ultima quaternionis codicis praecedentis (ff. 90, 91) et duos quaterniones integros (ff. 92-107); pristinae manus adhuc apparent fasciculorum notae ⲓ̅ (f. 91^{v}), ⲓ̅ⲁ̅ (ff. 92, 99^{v}), ⲓ̅ⲃ̅ (ff. 100, 107^{v}), paginarum notae ⲣ̅ⲟ̅ⲉ̅ (f. 91^{v}), ⲣ̅ⲟ̅ⲍ̅, ⲣ̅ⲟ̅ⲏ̅ (f. 92^{r-v}), ⲣ̅ⲡ̅ (f. 93^{v}), ⲣ̅ϥ̅ⲃ̅, ⲣ̅ϥ̅ⲅ̅ (ff. 99^{v}, 100), ⲥ̅ (f. 103^{v}); posterioris manus nunt notae fasciculorum, pristinis ex parte superscriptae, ⲓ̅ⲁ̅ (f. 91^{v}), ⲓ̅ⲃ̅ (ff. 92, 99^{v}), ⲓ̅ⲅ̅ (ff. 100, 107^{v}) et notae paginarum ⲣ̅ⲟ̅ⲉ̅ – ⲥ̅ⲕ̅ (ff. 90^{v}-107^{v}, notis ⲣ̅ϥ̅ – ⟨ⲣ̅ϥ̅ⲑ̅⟩ incuria praetermissis); insuper, notis ⲕ̅ⲁ̅ (f. 91^{v}), ⲕ̅ⲃ̅ (f. 99^{v}), ⲕ̅ⲅ̅ (f. 107^{v}), in summo margine interno, alia manus fasciculos signavit. Ff. 97^{v}, 98, 99^{v}, 100, 107^{v}, litteras semi deletas refecit manus recentior. F. 90 phototypice edidit H. Hyvernat, *Album*, tab. XXXIII.

8 (ff. 108-122^{v}) Saec. IX-X, ff. 15, linn. 32-34.

Sermo Zachariae, episcopi urbis Sẖōou, de paenitentia, sub titulo ⲟⲙⲟⲓⲱⲥ ⲕⲉ ⲗⲟⲅⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲁⲣⲁⲕⲗⲏⲧⲓⲕⲟⲥ· ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲁⲓⲥⲁϧ ⲛⲟⲩⲱⲧ· ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲙⲉⲧⲉⲩⲥⲉⲃⲏⲥ· ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲁⲃⲃⲁ ⲍⲁⲭⲁⲣⲓⲁ̀· ⲡⲓⲉ̀ⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲡⲟⲗⲓⲥ ⲙ̀ⲙⲁⲓⲭ̅ⲣ̅ⲥ̅ ⲥϧⲱⲟⲩ· ⲉⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟϥ ⲛⲁϩⲣⲉⲛ ⲛⲁⲧⲉϥⲡⲟⲗⲓⲥ· ⲉϥⲑⲱϩⲥ (sic, pro ⲉϥⲑⲱϩⲉⲙ) ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ· ⲉⲧⲁⲥⲑⲱⲟⲩ ϩⲁ ⲫ̅ϯ̅· ϧⲉⲛ ⲡⲟⲩϩⲏⲧ ⲧⲏⲣϥ· ⲟⲩⲟϩ ⲡⲁⲓⲣⲏϯ ⲛ̀ⲥⲉⲛⲟϩⲉⲙ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲁ ⲡⲉϥϫⲱⲛⲧ· ϫⲉ ⲟⲩⲏⲓ ⲅⲁⲣ ⲁ ⲟⲩⲑⲁⲛⲁⲧⲓⲕⲟⲛ ⲉⲣϩⲏⲧⲥ· ⲛ̀ϣⲱⲡⲓ ⲡⲉ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲙⲏϣ ⲙ̀ⲙⲁ· ⲉϥⲉⲣϣⲟⲣⲡ ⲛ̀ⲧⲁϫⲣⲱⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲣⲏϯ· ϫⲉ ⲛ̀ⲛⲉϥϭⲟϩ ⲉ̀ⲣⲱⲟⲩ ϩⲱⲟⲩ· ⲉ̀ⲁϥϫⲱ ⲉϧⲣⲏⲓ ⲛ̀ϧⲏⲧϥ ⲛ̀ⲧϩⲓⲥⲧⲟⲣⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲛⲏ ⲉ̀ⲧⲁⲩϣⲱⲡⲓ ⲛ̀ⲛⲓⲣⲉⲙⲛⲏⲛⲉⲩⲏ « Similiter alius sermo exhortatorius eiusdem doctoris pietatis, sancti patris nostri abba Zachariae, episcopi urbis Christum amantis Sẖōou, quem habuit coram civibus suis, exhortans eos ut se converterent ad Deum toto corde suo et sic servarentur ab ira eius — iam enim mortalis morbus coeperat grassari multis in locis —, praevie eos ita firmans, ne eos quoque attingat, introducendo huic (sermoni) historiam rerum quae acciderunt Ninivitis ».

Sermonem cum praefatione et versione gallica edidit H. de Vis, *Homélies coptes de la Vaticane*, t. II, in *Coptica*, t. V, Hauniae, 1929, pp. 31-57; eiusdem homiliae fragmentum bohairicum servatum est in codice copt. n. 65 Musaei coptici in Cahira Vetere, vide Arn. van Lantschoot, *Allocution de Timothée d'Alexandrie*, in ephemeride *Le Muséon*, t. XLVII, 1934, p. 24, n. 29. Codex desinit mutilus: ⲛ̀ϯⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ⲁⲑ[...

In margine externo f. 108, manu posteriore scriptum est: ⲡⲓⲅ̅ ⲛ̀ⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲓⲛⲉⲩⲏ: ϧⲉⲛ ϯⲥⲕⲏⲛⲏ ⲙ̀ⲙⲏϯ « Dies tres Ninive. In tabernaculo medio ». Ff. 116, 117, 118ᵛ, in mg. externo, littera ⲥ ante interrogationes; ff. 115ᵛ, 120ᵛ, 122, paragraphi initium signant in mg. externo tres ductus transversi ductu directo divisi.

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 111, pp. 686-708.

Codex eumdem prodit amanuensem (scil. Khaēl, cf. f. 194) ac codices Vaticani coptici 58[12], 61[4], 62[12], 66[6-9] et Cahirenses Musaei coptici 7, 8, 7-8[Add.]; specimina scripturae librarii vide ap. H. G. Evelyn White, *The Monasteries of the Wadi 'n Natrūn*, t. I, Neo Eboraci, 1926, tabb. II ᴀ et ʙ. Ductus stilo sicco plagulae carneae membranae impressi definiunt tum margines tum binas scripturae lineas; spatium scripturae servatum est circiter mm. 270×175. Continet codex quaternionem ⲁ̅ (ff. 108-115, pp. ⟨ⲁ̅⟩ – ⲓ̅ⲉ̅) et septem ff. quaternionis ⲃ̅ (ff. 116-122, pp. ⲓ̅ⲋ̅ – ⲕ̅ⲁ̅), cum vestigiis folii octavi resecti; inter notas ⲓ̅ⲉ̅ et ⲁ̅ (f. 115ᵛ) atque ⲃ̅ et ⲓ̅ⲋ̅ (f. 116), leguntur inscriptiones ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ (f. 115ᵛ) et ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ « miserere nostri » (f. 116) cum ornamento in forma crucis ductibus inter se innexis exarato; in caeteris foliis aversis, inscriptiones ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ in summo margine. Partis mediae fasciculorum (ff. 111ᵛ, 112, 119ᵛ, 120) utraque plagula signatur ductu curvo atramento effecto: in imo mg. externo pro plagula aversa, in summo mg. externo pro plagula recta; paginarum notae leguntur pro more secundum numeros pares in foliis aversis, addita nota ⲓ̅ⲋ̅ initio fasciculi ⲃ̅. Codex integre exaratus est unciali rotunda praeter inscriptiones et notas numericas, linea prima textus litteris solito maioribus; accentus levi ductu constant. Ff. 108, 111ᵛ, litteras fere deletas atramento restituit manus posterior. Titulum includit ornamentum in forma ramorum, rubri, viridis et crocei coloris. Interpunctionis signa, puncta litterae marginali ⲱ (f. 114) necnon litteris ⲟ et ⲫ quandoque infixa, pars sinistra litterae maioris ⲁ (passim), ductus qui signant seriem vitiorum in ff. 120ᵛ, 121, et emendationes nonnullae minio sunt effecta.

• 9 (ff. 123-150ᵛ) Saec. X med., ff. 28, linn. 31-35.

Sermo in Psalmum 6, sancto Iohanni Chrysostomo adscriptus, sub titulo ⲟⲩⲗⲟⲅⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓⲭⲣⲏⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲕⲱⲥⲧⲁⲛⲧⲓⲛⲟⲩⲡⲟⲗⲓⲥ ⲉⲁϥϫⲟϥ ⲉϥⲉⲣⲉⲣⲙⲏⲛⲉⲩⲓⲛ ⲙ̀ⲡⲓⲙⲁϩⲋ̅ ⲙ̀ⲯⲁⲗⲙⲟⲥ ⲉⲧⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟϥ ⲇⲉ ϧⲁϫⲉⲛ ϯⲛⲏⲥⲧⲓⲁ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛⲧⲉ ⲫ̅ϯ̅ ⲁⲙⲏⲛ « Sermo sancti Iohannis Chrysostomi, archiepiscopi Constantinopolitani, quem dixit interpretans Psalmum sextum; eum autem protulit ante sanctum ieiunium. In pace Dei. Amen ».

Inc.: ⲟⲩⲡⲉⲧⲉⲥϣⲉ ⲡⲉ ⲉⲑⲣⲉ ⲧⲁⲣⲭⲏ ⲛ̀ϯⲛⲏⲥⲧⲓⲁ̀ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ ϣⲱⲡⲓ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲧⲟⲩⲃⲟ « Aequum est ut initium ieiunii sancti sit in munditia »; des.: ⲛⲧⲉⲛϣⲱⲡⲓ ⲛⲣⲉϥϭⲓ ⲭⲗⲟⲙ ϩⲓⲧⲉⲛ ⲡⲓⲭⲱ ⲉⲃⲟⲗ ⲛⲧⲉ ⲛⲉⲛ-

ⲛⲟⲃⲓ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲉⲣⲡⲉⲙⲡϣⲁ ⲛ̀ϯⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ϯⲉ (sic) ⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ... ⲁⲙⲏⲛ « accipiamus coronam per remissionem peccatorum nostrorum simusque digni regni caelorum ... Amen » (*P. G.* 81 [opera s. Anastasii Sinaitae], col. 1077, *Πρέπουσαν τῆς τῶν νηστειῶν ἀρχῆς εἰλικρινοῦς μετανοίας ὑπόθεσιν* — col. 1116, *στεφανῖται γενόμενοι, τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν καὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἀξιωθῶμεν... Ἀμήν*; eiusdem homiliae alia recensio graeca, op. laud., coll. 1116-1144). Fragmentum bohairicum eiusdem sermonis ex alio codice, nempe Cahirensi 61. iii, vide ap. H. G. Evelyn White, *The Monasteries of the Wadi 'n Natrûn*, t. I, Neo Eboraci, 1926, pp. 11, 14; respondet textui codicis Vaticani inde a f. 136ᵛ, lin. 11 a. fin., usque ad f. 137ᵛ, lin. 14.

In summo mg. f. 129, nota liturgica manus posterioris, partim resecta: ϯⲕⲩⲣⲓⲁⲕⲏ ⲉⲧϧⲁϫⲉⲛ ⲡⲓⲙⲟⲩⲣ ⲉϧⲟⲩⲛ « Dominica ante ieiunium ». In marginibus, annotationes diversarum manuum: f. 124, ϣ(ⲁ) « Usque », ⲱ(ϣ) « Lege »; f. 128ᵛ, ante invocationem ⲁⲗⲗⲁ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲙ̀ⲡⲉⲣⲥⲟϩⲓ ⲙ̀ⲙⲟⲓ ϧⲉⲛ ⲡⲉⲕϫⲱⲛⲧ « Verum, Domine, ne corripias me in ira tua »: ⲥⲟⲕⲥ « Trahe » (cf. dicta de hac voce ad cod. Vat. copt. 57); ⲥ, passim, ante interrogationes; f. 137ᵛ, ⲥϧ[ⲁ]ⲓ ϣⲁ ⲙⲛⲁⲓ « Scribe(?) hucusque »; quidam loci laudati initio signantur cruce punctis vel ductibus effecta. In textu paucae occurrunt correctiones manuum diversarum.

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 122, ff. 451-485ᵛ.

Ductus plagulae carneae membranae impressi transversi definiunt margines, directi autem variae mensurae spatia scripturae servata; spatium partis scriptae est circiter mm. 280 × 165. Codex constat quaternionibus ⲁ̅ – ⲅ̅ (ff. 123-146) et foliis quattuor fasciculi ⲇ̅ (ff. 147-150); paginarum notae, ⲓⲉ̅, ⲓⲋ̅, ⲗⲃ̅, ⲙⲏ̅, ⲙⲑ̅, apparent tantum in summis marginibus externis foliorum 130ᵛ, 131, 138ᵛ, 146ᵛ, 147, simul cum notis fasciculorum ⲁ̅ – ⲇ̅ quae occupant summum mg. internum; inter utramque notam, crux quinque constans punctis cum inscriptionibus: ⲓⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ (ff. 130ᵛ, 138ᵛ, 146ᵛ), ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ « Domine, miserere nostri » (f. 131), ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ « miserere nostri » (f. 147); inscriptiones illae et notae numericae sicut et subscriptio f. 150ᵛ exaratae sunt unciali oblonga, titulus autem et textus, unciali rotunda. Accentus signantur ductu cum lineola curva in f. 123, alibi ductu vel puncto; desiderantur interpunctionis signa sed abundant spatia vacua ut in cod. Vat. copt. 58[2]. Titulum et marginem dextrum f. 123 decorat ornamentum lineis inter se innexis confectum cum pigmentis rubro et croceo; minio tactum est ornamentum litterae initialis sermonis cuius linea prima reliquas mensura excedit.

F. 150ᵛ, post duplicem lineam lineolis flexuosis et punctis effectam, subscriptio manu Khaël, filii Matoi (vide cod. Vat. copt. 58[2]): ⲡⲟ̅ⲥ̅ ϯ ⲙ̀ⲧⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲫⲩⲭⲏ ⲙ̀ⲡⲓⲉⲗⲁⲭ(ⲓⲥⲧⲟⲥ) ⲭⲁⲏⲗ ⲩ̅ⲥ̅ | ⲙⲁⲧⲟⲓ ⲧⲭⲉϩⲗⲓ ⲁⲙⲏⲛ ⳽ ⲁⲙⲏⲛ « Domine, da requiem animae minimi Khaël, filii Matoi Tkhehli. Amen et amen »; f. 132, in imo mg., nota lectoris bohairice et arabice: ⲡⲓⲥⲟⲩⲥ ⲯⲁⲗⲙⲱⲇ(ⲟⲥ) | ⲫϯ ϣⲉⲛϩⲏⲧ ϧⲁⲣⲟϥ | ⲁⲙⲏⲛ ⳨ ⲱ̅ⲕ̅ⲁ̅ « Pisous cantor. Deus

misereatur eius. Amen. (An.) martyrum 821 (= an. D. 1104-1105)», يسوس الابسلمدس | غفر الله له ذنوبه وزلاته | بصلوات من قراه او قرىء عليه امين «Pisūs cantor. Ignosce ei, Deus, culpas et peccata eius per preces lectoris vel auditoris. Amen». F. 123, in imo margine: ⲥⲉ̅.

10 (ff. 151-159ᵛ). Saec. X med., ff. 9, linn. 29-31.

Homilia s. Iohannis Chrysostomi in Ps. 38, sub titulo **ⲟⲩⲗⲟⲅⲟⲥ ⲉⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲙⲁⲕⲁⲣⲓ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓⲭⲣⲏⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲕⲱⲥⲧⲁⲛⲧⲓⲛⲟⲥ ⲉⲡⲓⲣⲏⲧⲟⲛ ⲉⲧϧⲉⲛ ⲡⲓⲙⲁϩⲗ̅ⲏ̅ ⲙ̀ⲯⲁⲗⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲡⲗⲏⲛ ⲁⲩϣⲑⲉⲣⲑⲱⲣ ⲛⲉⲫⲗⲏⲟⲩ ⲛϫⲉ ⲣⲱⲙⲓ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲧⲟⲛϧ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ︦ⲧ︦ ⲁ̀ⲙⲏⲛ** «Sermo quem protulit sanctus Iohannes Chrysostomus, episcopus Constantinopolitanus (litt. Constantini), de verbo quod est in Psalmo trigesimo octavo: ‘Verumtamen turbati sunt in vanum omnes homines viventes’. In pace Dei. Amen».

Inc.: **ϥⲑⲱϩⲉⲙ ⲛⲟⲩⲟ̀ϩⲓ ⲛ̀ⲣⲉϥⲧⲁϩⲉ ⲧⲉⲃⲧ ⟨ⲛ⟩ϫⲉ ⲟⲩⲙⲁ ϣⲏⲕ ϧⲁⲧⲉⲛ ⲫⲓⲟⲙ** «Invitat piscatorem piscantem locus profundus sub mare»; des. (mutilus, deficiente saltem doxologia): **ⲁ̀ⲛⲟⲕ ⲡⲉ ⲉⲧⲁⲣⲉⲧⲉⲛ{ⲛ}ⲁⲓⲥ ⲛⲏⲓ** «ego sum cui hoc fecistis» (*P. G.* 55, col. 559, *προτρέπεται καὶ κόλπος βύθιος ἁλιέα* — col. 561, *ἐμοὶ ἐποιήσατε*, adiecta nota [a]: «Reg. unus *ἐμοὶ ἐποιήσατε, εἶπεν ὁ Χριστός· Ὦ ἡ δόξα*, etc., et sic claudit Homiliam»).

In summo f. 151, manu rudi: **ⲡⲓⲥⲁⲃⲃⲁⲧⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲙⲟⲩⲣ ⲉ̀ϧⲟⲩⲛ** «Sabbatum ieiunii»; ff. 157ᵛ, 158ᵛ, in mg.: ⲥ, ante interrogationem; paucae emendationes in textu.

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 122, ff. 486-497.

Codex eiusdem amanuensis est ac codices Vaticani coptici 58[2] (vide p. 386), 58[6], 58[7], communemque praebet cum ipsis indolem palaeographicam. Constat quaternione ⲁ̅ (ff. 151-158, pp. ⟨ⲁ̅⟩ – ⲓ̅ⲉ̅) et folio primo quaternionis ⲃ̅ (f. 159, pp. ⲓ̅ⲍ̅, ⲓ̅ⲏ̅) cuius desideratur f. secundum (pp. ⲓ̅ⲑ̅, ⲕ̅) ut liquet ex paginarum enumeratione homiliae sequentis quae eiusdem est manus; pristinae manus sunt paginarum notae ⲃ̅ (f. 151ᵛ), ⲏ̅ (f. 154ᵛ), ⲓ̅ⲉ̅ (f. 158ᵛ), ⲓ̅ⲍ̅ (f. 159) et fasciculorum notae ⲁ̅ (f. 158ᵛ), ⲃ̅ (f. 159; nota ⲁ̅ in summo ang. interno f. 151, licet antiqua, videtur esse manus diversae); manus posterioris sunt paginarum notae reliquae, secundum numeros pares plagulis aversis appositae; insuper notis ⲕ̅ⲏ̅ (f. 151) et ⲕ̅ⲑ̅ (f. 159) manus recentior fasciculos in summo angulo interno signavit. Ornamentum tituli (f. 151) ut in cod. Vat. copt. 58[6], at coloribus rubro et croceo obductum.

11 (ff. 160-177v) Saec. X med., ff. 18, linn. 28-31.

Homilia sancti Iohannis Chrysostomi in Ps. 50, sub titulo ⲟⲩⲗⲟⲅⲟⲥ ⲉⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓⲭⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉ{ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉ}ⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛⲧⲉ ⲕⲱⲥⲧⲁⲛⲧⲓⲛⲟⲩⲡⲟⲗⲓⲥ ⲉⲑⲃⲉ ⲡⲓⲙⲁϩⲛ̅ ⲙ̀ⲯⲁⲗⲙⲟⲥ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ︦ϯ︦ ⲁⲙⲏⲛ « Sermo quem protulit sanctus Iohannes Chrysostomus, archiepiscopus Constantinopolitanus, in Psalmum quinquagesimum. In pace Dei. Amen ».

Inc.: ⲉϣⲁⲣⲉ ⲛⲓⲥⲁϧⲟ ⲧⲉⲛⲑⲱⲛⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲧⲟⲩⲥⲃⲱ ⲉϯⲫⲩⲥⲓⲥ ⲛⲧⲉ ⲡⲓⲣⲉϥⲉⲣϩⲱⲃ « Artifices imitantur arte sua naturam operarii »; des.: ⲫⲏ ⲉⲧⲉⲙⲡⲉϥⲁ̀ⲙⲟⲛⲓ ⲛ̀ⲧ ⲉϥⲉⲡⲓⲑⲩⲙⲓⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲥⲱⲙⲁ ⲁϥⲁ̀ⲙⲟⲛⲓ ⲛ̀ⲧⲟⲧϥ ⲉϯ⟨ⲉ⟩ⲡⲓⲑⲩⲙⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲙⲱⲟⲩ ⲟⲩⲟϩ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲉⲛ ϯϣⲟⲣⲡ ⲛⲉⲡⲓⲑⲩⲙⲓⲁ̀ ⲁϥⲉⲙⲓ ϫⲉ ϯⲉⲡⲓⲑⲩⲙⲓⲁ̀ ϩⲱⲟⲩ ⲉⲑⲃⲉ ⲫⲁⲓ ⲁϥⲁⲙⲟⲛⲓ ⲛⲧⲟⲧϥ ⲉϯⲙⲁϩⲥⲛⲟⲩϯ ⲉϥϯ ⲱ̀ⲟⲩ ⲟⲩⲟϩ ⲉϥϣⲉⲡ ϩⲙⲟⲧ ⲛ̀ⲧⲟⲧϥ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅... ⲁⲙⲏⲛ « qui non cohibuit concupiscentiam corporis cohibuit concupiscentiam aquae (cf. II Reg. 23, 15 sqq.) et ex prima concupiscentia novit concupiscentiam esse malam, quare cohibuit concupiscentiam secundam, gloriam tribuens et gratiam agens Domino nostro ... Amen » (*P. G.* 55, col. 565, *Οἱ ζωγράφοι μιμοῦνται τῇ τέχνῃ τὴν φύσιν* — col. 574, lin. 15, *Ὁ σωμάτων ἐπιθυμῶν, ὕδατος οὐκ ἐπιθυμεῖ· μᾶλλον δὲ ἐπεθύμει, ἐκράτει δέ. Οὐ γὰρ λέγω, ὅτι ἐκτὸς ἦν τῆς ἐπιθυμίας, ἀλλὰ τῇ φιλοσοφίᾳ περιεγένετο τῆς ἐπιθυμίας, καὶ οὐχ ἥψατο*).

Codicis textus graecum non verbotenus sequitur caretque pericopis nonnullis quae in codice Vat. copt. 61, ff. 210-216v, unde exscriptus est, verbis ϣⲁ « Usque », ⲱϣ « Lege », ut praetermittendae signantur: post *τὸν σαλευόμενον* (col. 565, lin. 14, codex, fol. 160v, lin. 8, Vat. 61, fol. 210v, lin. 3), omittit *Καὶ καθάπερ - τί πρὸς ἐμέ* (col. 565, lin. 29, Vat. 61, fol. 211, lin. 11); post *Οἷόν τι λέγω* (col. 567, lin. 22, cod., fol. 163v, lin. 9, Vat. 61, fol. 213v, lin. 10 a. fin.), om. *Πολλοί – τὸ φάρμακον* (col. 567, lin. 38, Vat. 61, fol. 214, lin. 9 a. fin.); post *τὸ κάλος τῆς διανοίας* (col. 568, lin. 43, cod., fol. 166, lin. 7, Vat. 61, fol. 216v, lin. 9), om. *Τί γάρ ἐστιν εὔμορφος γυνή – Ἦλθεν ὁ Δαυίδ* (col. 568, lin. 7 a. fin., Vat. 61 mutil.). Codicem exscriptum esse e cod. Vat. 61 testantur tum utriusque textus consonantia tum paragraphorum distributio; habet autem ultimam homiliae partem, unde videtur librarius codicem Vat. 61 adhuc integrum prae manibus habuisse. De authentia huius homiliae, vide A. Wilmart, *La collection des 38 homélies latines de Saint Jean Chrysostome*, in ephemeride *Journal of theological Studies*, t. XIX, Londini, 1918, pp. 308, 309.

In margine et quandoque in ipso textu, ante interrogationes: ⲥ; paucae correctiones varii calami; f. 177, in mg. manu rudi: ⲥⲕⲉⲣⲕⲉ[ⲣ] « Protrahe » et infra, ante doxologiam, ⲭⲁⲕ ⲉⲃ[ⲟⲗ] « Desine »; in summo f. 160, manu posteriore: ⳨ ⲡⲉ̅ ⲛⲧⲉ ⲡⲓⲙⲟⲩⲣ ⲉ̀ϧⲟⲩⲛ̀ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ϧⲉⲛ ϯⲥⲕⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲣⲏⲥ « † Die sexta quadragesimae; in tabernaculo meridionali ».

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 122, ff. 501-522.

Codex eiusdem est manus ac codices Vaticani coptici 58^2 (vide p. 386), 58^6, 58^7 et 58^{10} quibuscum communem praebet indolem palaeographicam. Continet sex folia ultima quaternionis ⲋ̅ (ff. 160-165, pp. ⟨ⲕⲁ̅⟩ – ⲗ̅ⲃ̅), cuius folium secundum (pp. ⲓ̅ⲑ̅, ⲕ̅) desideratur in fine codicis praecedentis, quaternionem ⲋ̅ (ff. 166-173, pp. ⲗ̅ⲅ̅ – ⲙ̅ⲏ̅) et quattuor folia fasciculi ⲗ̅ (ff. 174-177, pp. ⲙ̅ⲑ̅ – ⲛ̅ⲉ̅); in solis plagulis extremis fasciculorum notae sunt pristinae manus; notis ⲗ̅ (f. 166) et ⲗ̅ⲁ̅ (f. 174), in summo angulo interno folii recti, manus posterior fasciculos ⲋ̅ et ⲍ̅ signavit. Scriptura et ornamenta eiusdem sunt indolis ac in cod. praecedente, demptis pigmentis in tituli ornamento.

F. 177ᵛ, post triplicem lineam lineolis flexuosis et punctis effectam, nota lectoris (Iohannis, vide cod. Vat. copt. 62, f. 298): ⳨ ⲁⲣⲓⲡⲁⲙⲉ⟨ⲩⲓ⟩ ⲁⲛⲟⲕ ⲭⲁ ⲡⲓⲣⲉϥⲉⲣⲛⲟⲃⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲁⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲙⲁ ⲛⲟⲩⲥ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲕⲁϯ ⲁⲙⲏⲛ ⲕⲉ ⲁⲣⲓⲡⲁ⟨ⲙⲉⲩⲓ⟩ « Memento mei, peccatoris, ut Dominus meus Iesus Christus det mentem et intellectum. Amen. Iterum memento mei ».

12 (ff. 178-194ᵛ) Saec. IX-X, ff. 17, linn. 31, 32.

S e r m o s a n c t i B a s i l i i d e i e i u n i o, sub titulo ⲟⲩⲗⲟⲅⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲛⲓϣϯ ⲛ̀ⲥⲁϧ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲟⲓⲕⲟⲩⲙⲉⲛⲏ ⲧⲏⲣⲥ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲃⲁⲥⲓⲗⲓⲟⲥ ⲡⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲕⲉⲥⲁⲣⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲉ ⲧⲕⲁⲡⲡⲁⲇⲟⲕⲓⲁ̀ ⲉⲁϥϫⲟϥ ⲉⲑⲃⲉ ϯⲛⲏⲥⲧⲓⲁ̀ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ︦ϯ︦ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « Sermo magni doctoris totius orbis terrarum sancti Basilii, episcopi Caesareae Cappadociae, quem habuit de sancto ieiunio. In pace Dei. Amen ».

Inc.: ⲁⲣⲓⲥⲁⲗⲡⲓⲍⲓⲛ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲥⲟⲩⲁⲓ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲥⲁⲗⲡⲓⲅⲅⲟⲥ « Clangite, in neomenia, tuba »; des.: ⲉⲁⲛϭⲓ ⲙ̀ⲡϯϣⲉⲃⲓⲱ̀· ⲛ̀ⲛⲏ ⲉ̀ⲧⲁⲛⲁⲓⲧⲟⲩ· ϧⲉⲛ ⲡⲓⲉⲱⲛ ⲛⲁⲑⲙⲟⲩⲛⲕ· ⲕⲁⲧⲁ ⲡⲁϣⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲧⲉϥⲙⲉⲧⲭ︦ⲣ︦ⲥ︦ ϧⲉⲛ ⲡ︦ⲭ︦ⲥ︦ ... ⲁⲙⲏⲛ « quum acceperimus retributionem operum quae fecimus in saeculo sine fine, secundum multitudinem benignitatis eius, in Christo ... Amen » (*P. G.* 31, col. 164, *Σαλπίσατε, φησίν, ἐν νεομηνίᾳ, σάλπιγγι* — col. 184, *ἐν δὲ τῷ μέλλοντι αἰῶνι τῆς ἀνταποδόσεως τῶν βεβιωμένων ἡμῖν ἐν τῇ δικαιοκρισίᾳ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ... Ἀμήν*); usque ad f. 186ᵛ, lin. 2: ϣⲁϥⲣⲱϧⲓ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲙⲉⲧϩⲟⲩⲟ (*καθαρωτέρα γίνεται*, col. 173, lin. 6), textum graecum sequitur textus bohairicus, non tamen ad litteram; exinde magis dispar est sermo, multa tamen praebens communia at ordine saepe diverso.

F. 179, in margine, ante verba: « Tempus autem ieiunii », ⲥⲟⲕ « Trahe » (cf. Vat. copt. 57), minio scriptum; minio adiectae sunt pleraeque emendationes; in summo f. 178: ϯⲕⲩⲣⲓⲁⲕⲏ ⲙ̀ⲙⲟⲩⲣ ⲉ̀ϧⲟⲩⲛ (manu ut videtur saec. XIII) ⲛ̀ⲛⲓϣϯ (alia manu) « Dominica ieiunii magni ».

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 111, pp. 641-662. De f. 191 (ubi de vitiis ebrietatem comitantibus) collato cum sermonis Athanasiani fragmento MMA. 14. 1. 64 Musaei metropolitani Neo Eboracensis, vide W. E. Crum et H. G. Evelyn White, *The Monastery of Epiphanius at Thebes*, t. II, Neo Ebor., 1926, p. 162, n. 21.

Constat codex quaternionibus ⲁ̅ et ⲃ̅ (ff. 178-193) et folio uno (f. 194); ff. 178-187 paginarum notas habent ⲃ̅ – ⲕ̅, secundum numeros pares plagulis aversis appositas, insuper notas ⲓ̅ⲋ̅ in f. 186 et ⲗ̅ⲃ̅ in f. 193ᵛ; f. 194 omni nota caret; ff. 178, 186, initio scil. fasciculorum, in summo margine interno, ⲓ̅ⲏ̅ et ⲓ̅ⲑ̅ manus posterioris. Codex eiusdem est scripturae ac cod. Vat. copt. 58[8]; praeterea, eadem sunt utrimque ornamenta, inscriptiones et notae in ff. extremis fasciculorum, inscriptio ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ in summis ff. aversis, similia sunt ornamenta coloris rubri, viridis et crocei, in forma ramorum quae decorant titulum, idem est usus minii, iidem ductus membranae impressi; propria habet codex litteram praegrandem initialem in forma avis et ramorum, varie pictam, atque lineam primam reliquis altiorem et, quibusdam in litteris, minio distinctam. In summo f. 194ᵛ: ⲙⲉⲭⲓⲣ manu rudi, deinde imago S. Theodori stratelatis equo insidentis et draconis caput lancea perfodientis, atramento delineata sed ex parte deleta, eadem fere ac in cod. Vat. copt. 66, f. 194, cum inscriptione ⲟⲩⲁⲅⲓⲟⲥ (a sinistris) ⲑⲉⲱⲗⲱⲣⲟⲥ ⲡⲉⲥⲧⲣⲁⲧⲉⲗⲁⲧⲉⲥ (a dextris) « Sanctus Theodorus Stratelates »; a dextris s. Theodori vix apparet imago viduae.

F. 194, post triplicem lineam, lineolis flexuosis et punctis effectam, subscriptio amanuensis: ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲃⲱⲕ ⲛⲁⲧ:ⲉⲙⲡϣⲁ ⲡⲓⲇⲓⲁⲕⲱⲛ ⲭⲁⲏⲗ ⲁⲙⲏⲛ « Domine Iesu, miserere famuli tui indigni, diaconi Khael. Amen »; ibid., post lineam eiusdem indolis ac supra, nota lectoris: ⳨ ⲓⲥ ϯⲙⲉⲗⲁⲛⲓⲁ̀ ⲱ̀ ⲛⲁⲓⲟϯ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲃⲉⲛ | ⲉⲧⲛⲁⲱϣ ϧⲉⲛ ⲡⲁⲓϫⲱⲙ ⲡⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲉⲛⲉⲣ|ⲡⲙⲉⲩⲓ ⲛ̀ⲡⲓⲣⲉϥⲉⲣⲛⲟⲃⲓ ⲡⲁⲣⲁ ⲣⲱⲙⲓ ⲛⲓⲃⲉⲛ | ⲥⲉⲩⲏⲣⲟⲥ ⲩ̊ ⲭⲁⲑⲁⲣⲉⲛ ϩⲟⲡⲱⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲁ|ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ϯ ⲙ̀ⲧⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲉϥϫⲟⲃⲓ ⲛ̀ⲯⲩⲭ[ⲏ] | ϧⲉⲛ ⲧⲉϥⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ (ⲟⲩ supra lineam alia manu iteratum) ⲛ̀ⲉⲛⲉϩ ⲁ̀ⲙⲏⲛ ⲡⲏ ⲉⲧⲛⲁ|ϫⲟⲥ ϫⲉ ⲁ̀ⲙⲏⲛ ⲉ̀ϥⲉϭⲓ̀ ⲕⲁⲧⲁ ⲡⲓⲥⲙⲟⲩ ⲁⲙⲏⲛ ϛ ⲁⲙⲏⲛ « Ecce paenitentiam, o patres mei sancti, quicumque legetis in hoc ipso libro, mementote peccatoris prae omnibus hominibus Severi filii Khatharen, ut Dominus meus Iesus Christus det quietem pauperi eius animae, in regno suo aeterno. Amen. Qui dixerit ' Amen ', accipiet secundum benedictionem. Amen et amen »; in mg. externo, nota cum ipso mg. partim resecta: ⲁⲣ[ⲓ]ⲡⲁⲙⲉⲩⲓ [ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲓⲣⲉϥ]|ⲉⲣⲛⲟⲃⲓ ⲅⲉⲱⲣ[ⲅⲓⲟⲥ] | ⲛ̀ⲧ⟨ⲉ⟩ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ [ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲭⲁ ⲛⲁ]|ⲛⲟⲃⲓ ⲧⲏ[ⲣⲟⲩ ⲛⲏⲓ] | ⲉⲃⲟⲗ « Memento mei peccatoris Georgii ut Dominus Iesus Christus remittat mihi peccata mea omnia ».

F. I, in schedula folio agglutinata, index rerum; f. Iᵛ: *nov. LVIII., vet. 7;* in ff. 1 et 194ᵛ, sigilla bibliothecae Vaticanae et bibliothecae Nationalis Parisiensis.

Integumentum, quod est e corio rubro, in dorso auro impressa habet ornamenta, notam *58* necnon stellas e scuto Clementis XI, aquilam et lilium e scutis Henrici Noris card. bibliothecarii et Benedicti Pamfili card. bibliothecarii.

59 (a I. S. Assemani emptus 8). Membr., mm. 320×240, ff. 167.

Opera homiletica et hagiographica e variis codicibus, bohairice.

1 (ff. 1-29ᵛ) Saec. X, ff. 29, linn. 30-35.

Martyrium sancti Iacobi Persae, sub titulo (f. 1ᵛ) ⲡⲓⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲗⲟⲅⲓⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁⲑⲗⲟⲫⲟⲣⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲙ̀ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲓⲁⲕⲱⲃⲟⲥ ⲡⲓⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲛⲓⲡⲉⲣⲥⲏⲥ ⲉⲧⲁϥϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲡⲉϥⲁⲅⲱⲛ ⲛ̀ⲥⲟⲩⲕ̅ⲍ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲁⲑⲱⲣ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ︦ϯ︦ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « Martyrologium athlophori et martyris Christi Iacobi Persae, qui consummavit certamen suum die vigesimo septimo mensis athōr. In pace Dei. Amen ».

Codicem ediderunt I. Balestri et H. Hyvernat, *Acta martyrum*, t. II, in *Corpus scriptorum christianorum orientalium, Scriptores coptici*, textus, ser. III, t. II, Parisiis, 1924, pp. 24-61; eiusdem folia 21-28ʳ, lin. 15 (ⲁⲙⲏⲛ) edidit et germanice vertit O. von Lemm, *Iberica*, in *Mémoires de l'Académie impériale des sciences de S. Pétersbourg*, ser. VIII, t. VII, n. 6, 1906, pp. 1-17. De fragmentis bohairicis martyrii Iohannis Persae, Cahirae et Lipsiae conservatis eorumque cum codice Vaticano convenientia, vide H. G. Evelyn White, *The Monasteries of the Wadi 'n Natrûn*, t. I, Neo Eboraci, 1926, p. 75. Eiusdem martyrii fragmentum sahidicum e codice Borg. copt. 109[145] edidit et latine vertit Ant. Georgi, *De Miraculis s. Coluthi*, Romae, 1793, pp. 252-272; quae ibid. leguntur pp. 252-266, lin. 5, universim consentiunt cum narratione codicis Vat., f. 18, lin. 9, ⲛⲓⲣⲉϥϧⲱⲧⲉⲃ ⲇⲉ ⲁⲩϧⲱⲛⲧ « interfectores appropinquaverunt » – f. 20ᵛ, lin. 7, ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲉⲛⲉϩ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « saeculorum. Amen »; in medio relictis quae addit cod. Vat., ff. 20ᵛ sqq., fragmentum Borgianum breviter narrat mortem martyris capite truncati eiusque sepulturam; cf. etiam E. O. Winstedt, *Some Munich coptic fragments*, in ephemeride *Proceedings of the Society of biblical Archaeology*, t. XXIX, 1907, pp. 315, 316, W. E. Crum et H. G. Evelyn White, *The Monastery of Epiphanius at Thebes*, t. I, Neo Eboraci, 1926, p. 204, n. 13.

In marginibus, variae notulae ad lectorem spectantes: ϣⲁ « Usque », ⲱϣ « Lege », passim; f. 9, ante orationem « Domine, cui servio a iuventute », ⲥⲟⲕ « Trahe » (cf. Vat. copt. 57); ⲥ, ante interrogationes; ⲕⲱ (f. 5) « Pone » (?); ⲕ = ⲕⲱ (?), passim; quaedam pericopae cruce vel ductu in margine signantur; paucae correctiones varii calami; litterae avulsae cum mg. externo folii 1 calamo recentiore partim restitutae sunt.

Codex ab eodem librario exaratus est ac codices Vaticani coptici 59², 63¹ et 63⁶. Ductus plagulae carneae membranae impressi margines non autem scripturae lineas definiunt; spatium scripturae servatum est circiter mm. 265 × 170. Complectitur codex tria folia ultima quaternionis ⲓ̅ (ff. 1-3, pp. [ⲣ̅ⲛ̅ⲉ̅] – ⲣ̅ⲝ̅; folii 1 nota coptica resecta est cum summo margine), quaterniones ⲓ̅ⲁ̅ – ⲓ̅ⲅ̅ (ff. 4-27, pp. ⲣ̅ⲝ̅ⲁ̅ – ⲥ̅ⲏ̅) et ff. duo prima quaternionis ⲓ̅ⲇ̅ (ff. 28, 29, pp. ⲥ̅ⲑ̅ – [ⲥ̅ⲓ̅ⲃ̅]). Paginarum notae secundum numeros pares appositae sunt plagulis aversis, insuper plagulis rectis in folio initiali fasciculorum; in quaternionum paginis extremis, summum marginem decorat crux, lineis inter se innexis atramento exarata, inter inscriptiones ⲓ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅, ⲓ̅ⲥ̅ ⲭ̅ⲥ̅, ⲩ̅ⲥ̅ ⲑ̅ⲩ̅, varie distributas; partis mediae fasciculorum utraque plagula signatur cruce minio, ut videtur, delineata, nonnunquam tamen cultro glutinatoris partim vel penitus resecta: in summo margine externo pro plagula aversa, in imo margine externo pro plagula recta. Codicis titulus, notae numericae et inscriptiones in summis paginis exarata sunt unciali oblonga, textus vero unciali rotunda; accentus tum puncto tum lineola recta vel convexa signantur. Pigmentis rubro et viridi obducta sunt ornamentum quod includit titulum et textus littera initialis praegrandis quae formam avis imitatur; linea prima reliquas mensura excedit. Inde a f. 28 apparent litterae marginales minio signatae necnon interpunctionis signa rubra; horum locum alibi tenent linea simplex vel duplex atramento effecta vel solum spatium vacuum; huiusmodi spatio desinit quandoque linea penultima paragraphorum, ut in codd. Vat. copt. 58¹ et sequentibus. Textum concludunt lineae tres lineolis flexuosis, punctis et circulis effectae. Litterae non paucae ff. 3ᵛ, 4, semi deletae, posteriore aetate atramento obductae sunt. Ff. 1ᵛ, 2, in mg. externo, translationes arabicae vocabulorum copticorum.

F. 1, in summa pagina: **ⲟⲩⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲡⲉ ⲡⲓⲣⲱⲙⲓ ⲉ̀ⲧⲉ ⲙ̀ⲡⲉϥ|ϣⲉ ϧⲉⲛ** « Beatus vir qui non ambulavit in »; in media pagina, nota lectoris incompte scripta: نصر فى هذ⟨ا⟩ الكتاب الخاطى المسكين الغارق فى بحر الخطايا والذنوب | الحقير فى القسوس لاجل له كثير علم وهو بغير عمل وهو يسال كلمن | يقف على هذه الاحرف يدعى له بالمغفرة و . . . | كتب بتاريخ شهر طوبه سنة **ⲁ̅ⲙ̅ⲉ̅** للشهداء الاطهار صلاتهم معنا « Librum hunc inspexit peccator, pauper, immersus in mare peccatorum et culparum, egens inter sacerdotes; ipsi enim copiosa est doctrina sed operibus caret; rogat ipse quemcumque hisce litteris immoraturum ut postulet pro ipso veniam et... Scripsit in epocha mensis ṭūbah anni 1046 Martyrum purorum (= an. D. 1330); preces eorum sint nobiscum »; f. 7ᵛ, in summo mg., notula amanuensis, ut videtur, partim resecta: [. . . ي]حنس الخاطى غفر الله له امين « ... Iohannes (cf. cod. Vat. copt. 63⁶, f. 184ᵛ), peccator; Deus, da ei veniam. Amen »; f. 29, in ima pagina, manu rudi: **ⲁⲛⲟⲕ ϩⲁ ⲡⲓⲣⲉϥⲉⲣⲛⲟⲃⲓ** « Ego, peccator »; in f. 29ᵛ, quod phototypice edidit H. Hyvernat, *Album*, tab. XXI, inscriptiones diversarum manuum: ¹ manu rudi, eiusdem forsan lectoris qui notulam apposuit in cod. Vat. copt. 62, f. 55ᵛ, **ⲡⲓⲉ̀ⲗⲁⲭ(ⲓⲥⲧⲟⲥ) ⲓⲥⲁ̀ⲁ̀ⲕ ⲡⲓⲣⲉϥⲱϣ ⲫ̅ϯ ϯ ⲡⲓⲕⲁϯ ⲛⲁϥ ⲁ̀ⲙⲏⲛ** « Minimus Isaac lector; Deus det illi intellectum. Amen »; ² scriptura semi cursiva, **ⲁⲛⲟⲕ ⲭⲁ ⲡⲓⲁ̀ⲗⲁⲭⲓⲥⲧⲟⲥ ⲛⲣⲉϥⲉⲣⲛⲟⲃⲓ ⲡⲁⲣⲁ | ⲣⲱⲙⲓ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲁ̀ⲣⲓⲡⲁⲙⲉⲩⲓ ⲧⲉ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲭⲱ ⲛⲏⲓ ⲉⲃⲟⲗ | ⲛ̀ⲛⲟⲃⲓ ⲡⲏ ⲉⲑⲛⲁⲉⲣⲡⲁⲙⲉⲩⲓ ⲧⲉϥⲭⲟⲥ | ⲉⲣⲉ ⲫ̅ϯ ⲭⲱ ⲛⲁϥ ⲉⲃⲟⲗ ⲉⲛⲛⲉϥⲛⲟⲃⲓ | ⲧⲏⲣⲟⲩ | ⲁⲙⲏⲛ | ⳤ ⲁⲙⲏⲛ** « Ego minimus, peccator prae omnibus hominibus, memento mei ut Dominus remittat mihi peccata mea; qui meminerit mei dicat ‘ Deus remittat ei peccata sua omnia ’. Amen et amen »; notulae eiusdem lectoris, ad medium marginem externum, pauca manent vestigia; ³ **ⲁⲓⲥϧⲁⲓ ⲛ̀ⲫⲁⲓ**

ϧⲉⲛ ϯⲙⲁϩ|χ̅ (ⲛ̀ⲣⲟⲙⲡⲓ super lineam, alia ut videtur manu) ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⳥ ⲉⲣⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ | ⲉϥⲱ̀ϩⲓ ⲛⲟⲩⲣⲟ ϩ̀ϫⲱⲛ | et, post spatium, ϧⲉⲛ ⲫⲣⲁⲛ ⲡⲉⲛⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲙⲉⲑⲙⲏⲓ | ⲁⲛⲟⲕ ϣⲁ ⲡⲓϫⲱⲃ ⲛ̀ⲛⲓⲁⲧⲛ̀ⲡϣⲁ ⲛ̀ⲧⲁⲗⲡⲟⲣⲟⲥ ⲡⲓⲇ̅ⲓ̅ ⲕⲓⲣⲓⲁⲛⲓ | [ⲡ]ϣⲏⲣⲓ ⲛ̀ⲡⲓⲇ̅ⲓ̅ ⲥⲧⲁⲩⲣⲟⲥ ⲡⲓⲣⲉⲙϭⲙ̀ⲟⲩⲙⲓ ⲓⲥ ϯⲙⲁⲧⲁⲛⲓⲁ̀ ϯ|[ϯϩ]ⲱ ϣⲁ̀ ⲃⲟⲛ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲧⲛⲁⲱϣ ϧⲉⲛ ⲡⲁⲓⲥϧⲁⲓ ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲉ | [ⲡⲉⲛ]ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ϯ ⲛⲟⲩⲥ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲕⲁϯ ⲛ̀ⲧⲁϥ ⲛⲏⲓ ⳤ ⲧⲉϥⲭⲁ ⲛⲁⲛⲟⲃⲓ | [ⲧⲏⲣⲟⲩ] ⲛⲏⲓ ⲉⲃⲟⲗ ⳤ ⲧⲉϥϯ ⲙ̀ⲧⲟⲛ ⲛ̀ⲡⲁⲓⲱⲧ ⲁⲙⲏⲛ ϫⲉ ⲫⲏ ⲉⲧ|[ⲛⲁϫⲟⲥ ϫⲉ ⲁⲙⲏⲛ ⲉϥⲉϭⲓ̀ ⲕⲁⲧⲁ ⲡⲓⲥⲙⲟⲩ ...] ⲡⲉϫⲉ (finis cum imo margine resectus) « Scripsi hoc anno sexcentesimo sanctorum Martyrum (= an. D. 883-884), Domino Iesu Christo stante rege super nos. In nomine Domini nostri Iesu Christi, Dei nostri in veritate, ego, infirmus indignorum, miser, diaconus Kiriani, filius diaconi Stauri, vir Čmoumi (cf. E. Amélineau, *La géographie de l'Égypte*, Parisiis, 1893, p. 182); ecce paenitentiam; rogo unumquemque qui has litteras lecturus est ut Dominus noster Iesus det intellectum et sapientiam suam mihi, remittatque omnia peccata mea mihi et det requiem patri meo. Amen. Qui dicet ' Amen ' accipiet secundum benedictionem... » (huius notae scriptura prorsus aliena est ab ipsius codicis scriptura, sive oblonga sive rotunda, dubiaque videtur auctoritas diaconi Kiriani testantis se anno Martyrum 600 scripsisse); in summa et media pagina quaedam conscribillationes. In imo f. 1: ⲁ̅.

2 (ff. 30-49[v]) Saec. X, ff. 20, linn. 32-35.

Sermo Archelai, episcopi Neapolitani, de archangelo Gabriele, sub titulo ⲟⲩⲗⲟⲅⲟⲥ ⲉⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲛⲓϣϯ ⲛ̀ⲥⲁϧ ϧⲉⲛ ⲛⲁⲫ︦ϯ︦ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲁⲣⲭⲏⲗⲁⲟⲥ· ⲡⲓⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲉⲁ̀ⲡⲟⲗⲓⲥ· ⲉⲑⲃⲉ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲅⲁⲃⲣⲓⲏⲗ· ϧⲉⲛ ⲡϫⲓⲛⲑⲣⲟⲩϯ ⲙ̀ⲡⲟⲩⲟⲩⲟⲓ ⲉⲣⲟϥ ⲛ̀ϫⲉ ϩⲁⲛⲁ̀ⲝⲓⲱⲙⲁⲧⲓⲕⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲡⲟⲗⲓⲥ· ⲉⲩϯϩⲟ ⲉ̀ⲣⲟϥ· ϫⲉ ⲉⲛⲟⲩⲱϣ ⲉⲑⲣⲉⲕⲧⲁⲙⲟⲛ· ⲉⲑⲃⲉ ⲡⲉϩⲟⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲅⲁⲃⲣⲓⲏⲗ· ⲉⲁϥⲟⲩⲱⲛϩ ⲙ̀ⲡⲓϩⲱⲃ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲇⲓⲁⲗⲟⲅⲟⲥ· ϫⲉ ⲉⲧⲁⲩϫⲉⲙϥ ϧⲉⲛ ϩⲁⲛⲥⲩⲛⲧⲁⲅⲙⲁ ⲛ̀ⲁⲣⲭⲉⲟⲛ· ⲉⲁϥⲟⲩⲟⲛϩⲟⲩ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅· ⲉⲛⲉⲛⲓⲟ̀ϯ ⲛ̀ⲁⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲉⲧϧⲉⲛ ⲓ̅ⲗ̅ⲏ̅ⲙ̅· ⲉⲧⲉ ⲫⲁⲓ ⲡⲉ ⲥⲟⲩⲕ̅ⲃ̅ ⲛ̀ⲭⲟⲓⲁⲕ· ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ︦ϯ︦ ⲁⲙⲏⲛ « Sermo quem protulit magnus doctor in rebus divinis sanctus Archelaus, episcopus Neapolitanus, de sancto archangelo Gabriele, dum accesserunt ad eum magnates urbis rogantes eum: ' Volumus ut instruas nos de die archangeli sancti Gabrielis ', manifestans rem dialogi reperti scilicet in constitutionibus antiquis quas patefecit Dominus noster Iesus Christus patribus nostris sanctis apostolis Hierosolymis commorantibus; die vigesimo secundo khoiak. In pace Domini. Amen ».

Codicem edidit, cum praefatione, variis lectionibus et versione gallica, Henricus de Vis, *Homélies coptes de la Vaticane*, t. II, in *Coptica*, t. V, Hauniae, 1929, pp. 242-291. De aliis eiusdem argumenti codicibus, vide op. laud., pp. 243, 244.

F. 39, in imo margine externo: ⲕ; ⲥ ante interrogationes; insuper ⲱϣ « Lege », ϣⲁ « Usque », cum marginibus partim resecta; in textu, paucae correctiones varii calami.

Codex ab eodem exaratus est calligrapho eamdemque praebet indolem palaeographicam ac cod. Vat. copt. 59[1], continuata fasciculorum et paginarum serie. Complectitur ff. 6 ultima quaternionis ⲓ̅ⲇ̅ (ff. 30-35, pp. ⟨ⲥ̅ⲓ̅ⲋ̅⟩ – ⲥ̅ⲕ̅ⲇ̅), quaternionem ⲓ̅ⲉ̅ (ff. 36-43, pp. ⲥ̅ⲕ̅ⲉ̅ – ⲥ̅ⲙ̅) et trinionem ⲓ̅ⲋ̅ (ff. 44-49, pp. ⲥ̅ⲙ̅ⲁ̅ – ⲥ̅ⲛ̅ⲃ̅); inscriptiones in summis fasciculorum plagulis extremis sunt ⲓ̅ⲥ̅ ⲭ̅ⲥ̅ (in fine) et ⲩ̅ⲥ̅ ⲑ̅ⲩ̅ (initio). Secus autem ac in cod. Vat. 59[1], titulus exaratus est scriptura unciali rotunda. Titulum et folii initialis margines decorant ornamentum lineis inter se innexis confectum aliudque in forma avis, pigmentis rubro, viridi et croceo obducta; iisdem coloribus picta est littera initialis; linea prima reliquas mensura excedit. Signa interpunctionis rubra et ornamenta rubra litterarum marginalium, quae in solis ff. ultimis codicis praecedentis apparent, hic integer habet codex; pars sinistra litterae marginalis ⲁ minio est exarata; quarumdam pericoparum initium signant ornamenta marginalia rubra (f. 34[v], rubra et viridia) in forma animalium vel ramorum. Textum concludunt lineae tres quarum prima et tertia, atramento exaratae, lineolis directis et punctis effectae sunt, secunda autem punctis et lineolis flexuosis rubris constat: in parte vacua f. 49[v], crux atramento delineata.

F. 49[v], nota lectoris bohairica arabica: ⲫ︦ϯ ⲉⲕⲉⲥⲙⲟⲩ ⲙⲡⲉⲕⲃⲱⲕ ⲙⲓⲛⲁϩ ⲡϣⲏⲣⲓ ⲙⲕⲟⲩⲗⲟϫ ⲥⲙⲟⲩ ⲉⲣⲟϥ ⲁⲙⲓⲛ « Deus benedic servo tuo Minah, filio Kūloǧ, benedic ei. Amen »; يا رب ارحم عبد الخاطى المذنب مينا بن قالج الديروطى رزقه الله شفاعة السيدة [مرتمريم] | والدة النور السيد يسوع المسيح وشفاعة الثلثة ابو مقار وشقاعة القديسين امين امين | رحم الله عبد قراه ودعا لمن كتبه التوبة المرحمة امين امين « Domine, miserere servi peccatoris, rei, Mīnā filii Qulūǧ, ex Dayrūṭ; concedat ei Dominus preces Dominae, Dominae Mariae, matris luminis Domini Iesu Christi, et preces trium abū Maqār et preces sanctorum. Amen. amen. Deus, miserere servi qui hoc legit et rogat pro scriptore paenitentiam misericordem. Amen, amen »; in imo margine: ⲣ̅ⲕ̅ⲍ̅; f. 30[v], in ima pagina, conscribillationes.

3 (ff. 50-57[v]) An. 918 (= an. Mart. 634, cf. cod. Vat. copt. 59[4]), ff. 8, linn. 34.

Martyrium sancti abba Paphnūti, sub titulo ϯⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲁ ⲛ̇ⲧⲉ ⲡⲓϣⲱⲓϫ ⲙ̇ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲛ̇ⲧⲉ ⲡⲭ︦ⲥ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲃⲃⲁ ⲡⲁⲫⲛⲟⲩϯ ⲉⲧⲁϥϫⲟⲕⲥ ⲉ̇ⲃⲟⲗ ⲛ̇ⲥⲟⲩⲕ̅ ⲙ̇ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲫⲁⲣⲙⲟⲩⲑⲓ· ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̇ⲧⲉ ⲫ︦ϯ ⲁⲙⲏⲛ « Martyrium athletae martyris Christi sancti abba Paphnūti, quod consummavit die vigesimo mensis pharmūthi. In pace Dei. Amen ».

Codicem ediderunt I. Balestri et H. Hyvernat, *Acta Martyrum*, t. I, in *Corpus scriptorum christianorum orientalium*, *Scriptores coptici*, textus, ser. III, t. I, Parisiis, 1907, pp. 110-119, latine verterunt, praemissa praefatione, ibid., versio, ser. III, t. I, Parisiis, 1908, pp. 7, 72-77.

Codex fine mutilus est; in textu paucae occurrunt emendationes.

Codex eiusdem est manus ac codices Vaticani coptici 59[4] et 66[5]; specimina scripturae habent H. Hyvernat, *Album*, tabb. XXIII (Vat. 59[4], f. 84) et XLII 3 (Vat. 66[5], f. 131v), et *The paleographical Society, Facsimiles of manuscripts and inscriptions* (*Oriental series*), Londini, 1875-1883, tab. C (Vat, 66[5], f. 124). Ductus plagulis carneis membranae impressi binas scripturae lineas definiunt marginesque internos et externos necnon collumellas ad litteras marginales recipiendas; spatium scripturae servatum est circiter mm. 275 × 160. Continet codex solum quaternionem ⲍ̅ (ff. 1-8, pp. ⟨ⲁ̅⟩ – ⲓ̅ⲋ̅); in summo f. 57v, ornamentum lineis inter se innexis atramento delineatum inter inscriptiones ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅. Codicis titulus necnon librarii invocationes exarata sunt unciali oblonga, textus unciali rotunda; titulum et mg. externum signat ornamentum coloris rubri, viridis et flavi, ad cuius instar effecta est textus littera initialis; litterae lineae primae caeteris sunt maiores. Accentus efficiuntur tum lineola recta tum puncto in lineolam curvam producto; lineola convexa signat vocem coarctatam ⲫ︦ϯ︦; interpunctionis signa duplici lineola tenui effecta sunt; desideratur minium.

In summis ff. aversis 50-56, leguntur librarii invocationes et orationes, varie distributae: ⲡⲁ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ϭⲓ ⲙⲱⲓⲧ ⲛⲏⲓ « Domine Iesu, demonstra viam mihi »; ⲡⲁ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲁⲣⲓⲃⲟⲏⲑ(ⲓⲛ) ⲉⲣⲟⲓ « Domine Iesu, adiuva me »; ⲡⲁ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ « Domine Iesu, miserere mei »; ϯⲥⲙⲟⲩ ⲉⲣⲟⲕ ⲡⲁ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ « Benedico tibi, Domine Iesu »;

4 (ff. 58-84v) An. 918 (= Mart. 634, cf. f. 78), ff. 27, linn. 33, 34.

Martyrium sancti Macarii Antiocheni.

Textum, initio mutilum, cum versione gallica edidit H. Hyvernat, *Les actes des martyrs de l'Égypte*, t. I, Parisiis, 1886, pp. 40-77; de fragmento quod ex opere laudato desumptum exhibet A. Mallon, *Grammaire copte, Chrestomathie* (in variis editionibus), vide *Bibliotheca hagiographica orientalis*, Bruxellis, 1910, p. 130. Praeter partem praeambulam, complectitur codex triplicem sectionem pro triplici martyrio.

F. 65v, ad verba ⲛⲁⲓ ⲇⲉ ⲉⲣⲉ ⲡⲓⲇⲟⲩⲝ (Hyvernat, p. 56) in mg., apposito signo in forma avis, ⲭⲁⲩ ⲉⲃⲟⲗ « Relinquantur »; f. 69v, ad verba ϣⲉ ⲡⲉⲕⲟⲩϫⲁⲓ (Hyvernat, p. 56), ⲭⲁ « Relinque »; in textu, paucae correctiones varii calami.

De universa codicis indole vide dicta de cod. Vat. copt. 59[3] qui eiusdem est manus. Inter utrumque desiderantur quaterniones ⲏ̅ et ⲑ̅ finem complectentes prioris codicis et initium alterius. Constat codex quaternionibus ⲓ̅ – ⲓ̅ⲅ̅ (ff. 58-80, pp. ⲙ̅ⲑ̅ – ϥ̅ⲋ̅) et foliis quattuor fasciculi ⲍ̅ (ff. 81-84, pp. ϥ̅ⲍ̅ – [ⲣ̅ⲓ̅]); in fasciculorum plagulis extremis inscriptiones sunt: ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅, in fine, et ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ « miserere nostri », initio; librarii invocationes in foliis aversis (cf. Vat. 59[3]) eaedem occurrunt in singulis fasciculis atque, paucis exceptis, eodem ordine. F. 78, locus quo narratur martyris occisio signatur ornamento in forma ramorum, minio leviter tacto. Tituli triplicis martyrii eadem exarati sunt unciali oblonga ac titulus codicis Vat. copt. 59[3], librarii invocationes et subscriptio. Pluribus in plagulis,

litteras semi deletas manus posterior atramento restituit. Textum concludit duplex linea punctis et lineolis flexuosis effecta.

F. 84 (vide H. Hyvernat, *Album*, tab. XXIII), oratio librarii: **ⲡⲥⲙⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲡⲓⲁⲛ|ϯⲱ̀ⲕⲉⲟⲥ ϣⲱⲡⲓ ⲛⲉⲙⲁⲛ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲁⲙⲏⲛ.** « Benedictio sancti Abba Macarii Antiocheni sit nobiscum omnibus. Amen »; dein, post lineam atramento exaratam, amanuensis subscriptio: **ϯϯϩⲟ ⲁⲣⲓⲡⲁⲙⲉⲩⲓ ϩⲱ ⲛ̀ⲁⲅⲁⲡⲏ ⲁⲛⲟⲕ ϧⲁ | ⲡⲓϫⲱⲃ ⲛ̀ⲣⲉϥⲉⲣⲛⲟⲃⲓ ⲉⲧⲁϥⲥϧⲏⲧϥ· | ⲓⲁⲕⲱⲃ ⲡⲓⲉ̀ⲗⲁⲭ(ⲓⲥⲧⲟⲥ) ⲩ(ⲓ)ⲟ(ⲥ) ⲡⲁⲡⲁ ⲓ̅ⲱ̅ⲁ̅ ⲭⲁⲙⲉ ⲉⲑⲣⲉ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ | ⲭⲁ ⲡⲁϣⲁⲓ ⲛ̀ⲛⲁⲛⲟⲃⲓ ⲉ̀ⲧⲟϣ ⲛⲏⲓ ⲉⲃⲟⲗ ϛ ⲧⲉϥ|ϯ ⲙ̀ⲧⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲁⲗⲉⲡⲱⲣⲟⲥ ⲙ̀ⲯⲩⲭⲏ· | ϯϯϩⲟ ⲁϫⲟⲥ ⲧⲏⲣⲟⲩ ϫⲉ ⲁⲙⲏⲛ· ¦ ⲫⲏ ⲉⲑⲛⲁϫⲟⲥ ϫⲉ ⲁⲙⲏⲛ ⲉⲥⲉϣⲱⲡⲓ ⲉⲣⲉ | ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲉⲣⲡⲉϥⲛⲁⲓ ⲛ̀ⲛⲓϣϯ· ⲛⲉⲙⲁϥ ϩⲱϥ | ϧⲉⲛ ⲡⲁⲓⲉ̀ⲱⲛ ⲛⲉⲙ ⲫⲏ ⲉⲑⲛⲏⲟⲩ ⲁⲙⲏⲛ· | ⲭⲣⲟⲛⲟ(ⲥ) ⲧⲱⲛ ⲁⲅⲓⲟⲛ ⳥ ⲭ̅ⲗ̅ⲇ̅· |** et, post lineam lineolis flexuosis et punctis effectam, **ⲫ̅ϯ̅ ⲡⲓⲁⲅⲁⲑⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲙ̀ⲙⲁⲓⲣⲱⲙⲓ ⲫⲏ ⲉⲧⲁϥ|ϣⲱⲡ ⲉⲣⲟϥ ⲛ̀ⲧⲡⲣⲟϩⲉⲣⲉⲥⲓⲥ ⲛ̀ϯⲭⲏⲣⲁ ⲛ̀ϩⲏⲕⲓ | ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲧⲉⲃⲓ ⲥⲛⲟⲩϯ ⲉⲕⲉϣⲱⲡ ⲉⲣⲟⲕ ⲛ̀ⲧⲡⲣⲟ|ϩⲉⲣⲉⲥⲓⲥ ⲛ̀ⲛⲉⲕⲉⲃⲓⲁⲓⲕ ⲉⲧⲁⲩϥⲓ ⲫⲣⲱⲟⲩϣ ¦ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲁⲅⲁⲑⲟⲛ ⲛ̀ϣⲉⲛⲉⲣⲫⲙⲉⲩⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲁⲓϫⲱⲙ | ⲯⲩⲭⲏ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲣⲉ ϧⲓⲥⲓ ⲓⲉ ϣⲉⲛⲉⲣⲫⲙⲉⲩⲓ ⲛ̀|ⲧⲱⲟⲩ ⲛ̀ϧⲏⲧϥ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲉⲕⲉⲉⲣⲡⲓ|ⲛⲁⲓ ⲛⲉⲙⲱⲟⲩ ⲉⲧⲓ ⲉⲩϣⲟⲡ ϧⲉⲛ ⲡⲁⲓⲕⲟⲥ|ⲙⲟⲥ· | ϛ ⲁⲩϣⲁⲛⲥⲓⲛⲓ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲡⲁⲓⲃⲓⲟⲥ ⲛⲉϥⲗⲏⲟⲩ | ⲉⲕⲉϯ ⲕⲗⲏⲣⲟⲛⲟⲙⲓⲁ ⲛⲱⲟⲩ ⲛⲉⲙ ⲛⲏⲉⲑⲟⲩⲁⲃ | ⲉⲧⲥϧⲏⲟⲩⲧ ϩⲓ ⲡⲁⲓϫⲱⲙ ⲁⲙⲏⲛ ϛ ⲁⲙⲏⲛ· | ⲉⲥⲉϣⲱⲡⲓ·** « Oro, mementote mei quoque in charitate, mei quidem pauperis peccatoris qui scripsi hoc, Iacobi, minimi filii (monasterii) Iohannis Nigri (cf. H. G. Evelyn White, *The monasteries of the Wadi 'n Natrûn*, t. I, Neo Ebor., 1926, p. 272), ut Dominus remittat mihi abundantiam peccatorum meorum multorum et det requiem miserae animae meae; oro, dicite omnes ' Amen '. Qui dicet ' Amen, fiat ', Dominus Iesus faciat magnam misericordiam suam cum ipso quoque in hoc saeculo et in eo quod venturum est. Amen. Aerae sanctorum Martyrum 634 (= an. D. 917-918). — Deus bone et hominum amator, qui accepisti oblationem duorum assium pauperis viduae, accipe oblationem servorum tuorum qui curam habuerunt huius boni memorialis huius libri. Anima omnis quae praestiterit laborem vel memoriale suum in ipso, Domine Iesu Christe, fac misericordiam cum ipsis dum adhuc sunt in hoc mundo. Quodsi exierint ex hac vita vana, da eis haereditatem cum sanctis qui sunt scripti in hoc libro. Amen et amen, fiat »; f. 84v, in mg. interno, manu rudi: طالع فى هذا الكتاب الحقير | بخطايه الذى لا يستحق ان | ‹يدعى› انسان لا سيما راهب وقسيس | الذى خطايه اكثر من الرمل | الذى على شاطى البحر وهو | [... (ras)] يضرب | المطانوة لكل من قرا يذكره | بالرحمة والرب الاله يذكره | فى ملكوت كما وعد فى انجيله | المقدس عوض الواحدة | ثلاثين وستين ومائة | الى حياة الابد امين « Operam dedit in hunc librum miser peccatis suis qui dignus non est ut vocetur homo, praesertim monachus et sacerdos, cuius peccata superant arenam quae in littore maris exstat; et ipse pulsat metaneam omni legenti ut memor sit eius in misericordia, et Dominus Deus memor illius erit in regno, prout in evangelio suo sancto promisit: pro uno triginta, sexaginta et centum, ad vitam aeternam. Amen »; variae unius eiusdemque manus notae arabicae in reliqua pagina sparsim apparent, quibus interpretandis frustra vires impensae sunt. F. 84v, in ima pagina: ⲡ̅ⲓ̅.

5 (ff. 85-95v) Saec. X, ff. 11, linn. 33.

Sermo s. Cyrillo Alexandrino adscriptus de paenitentia, sub titulo **ⲟⲩⲗⲟⲅⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲕⲩⲣⲓⲗⲗⲟⲥ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉ̀ⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲣⲁⲕⲟϯ· ⲉⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟϥ ⲉⲑⲃⲉ ϯⲙⲉⲧⲁⲛⲓⲁ· ⲟⲩⲟϩ**

ⲟⲛ ϫⲉ ϣⲁⲣⲉ ⲫ̅ϯ̅ ⲉⲣⲁⲛⲉⲭⲉⲥⲑⲉ ⲙ̀ⲡⲓⲣⲱⲙⲓ ⲛ̀ⲣⲉϥⲉⲣⲛⲟⲃⲓ· ⲛ̀ⲧⲉϥⲉⲣⲥⲙⲟⲧ ⲛⲓⲃⲉⲛ ϣⲁⲧⲉϥⲧⲁⲥⲑⲟϥ ⲉ̀ⲟⲩⲙⲉⲧⲁⲛⲓⲁ̀· ⲟⲩⲟϩ ϫⲉ ϥⲟⲩⲱϣ ⲁⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ϩ̀ⲗⲓ ⲧⲁⲕⲟ ϫⲉ ⲡϩⲱⲃ ⲛ̀ⲛⲉϥϫⲓϫ ⲡⲉ· ⲁϥⲥⲁϫⲓ ⲇⲉ ⲟⲛ ⲉⲑⲃⲉ ⲟⲩⲥϩⲓⲙⲓ ⲙ̀ⲙⲁⲛⲓⲭⲉⲟⲥ ⲉⲥϣⲟⲡ ϧⲉⲛ ϯⲡⲟⲗⲓⲥ ⲣⲁⲕⲟϯ· ϧⲉⲛ ⲛⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲧⲉϥⲙⲉⲧⲕⲟⲩϫⲓ· ⲉ̀ⲁⲡⲟ̅ⲥ̅ ϭⲓ̀ ⲙⲱⲓⲧ ϧⲁϫⲱⲟⲩ (ⲩ erasum) ⲉ̀ϧⲟⲩⲛ ⲉ̀ⲡⲁⲣⲓⲑⲙⲟⲥ ⲛ̀ϯⲙⲉⲧⲭⲣⲏⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ· ⲁϥⲥⲁϫⲓ ⲇⲉ ⲟⲛ ⲉⲑⲃⲉ ⲫⲓⲗⲟⲝⲟⲛⲟⲥ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲥⲩⲛⲁⲅⲱⲅⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲓⲟⲩⲇⲁⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲣⲏϯ ⲉⲧⲁϥϭⲓ ⲱⲙⲥ ⲉⲁϥϣⲱⲡⲓ ⲛ̀ⲭⲣⲏⲥⲧⲓⲁ̀ⲛⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲡⲉϥⲏⲓ ⲧⲏⲣϥ· ϩⲓⲧⲉⲛ ⲡⲓⲙⲏⲓⲛⲓ ⲉ̀ⲧⲁϥϣⲱⲡⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲉⲛ ⲡⲓⲥ̀ⲧⲁⲩⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲛⲉⲙ ⲧⲉϥϣⲉⲣⲓ ⲉ̀ⲧⲁⲥⲛⲁⲩ ⲙ̀ⲃⲟⲗ· ϧⲉⲛ ⲡϫⲓⲛⲑⲣⲉϥⲗⲁⲗⲉ ⲡⲓⲥⲛⲟϥ ⲉ̀ⲧⲁϥⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲥⲧⲁⲩⲣⲟⲥ ⲉ̀ⲛⲉⲛⲃⲁⲗ ⲛ̀ⲧⲉϥϣⲉⲣⲓ ϧⲉⲛ ⲑⲙⲏϯ ⲛ̀ϯⲥⲩⲛⲁⲅⲱⲅⲏ· ⲁ̀ ⲟⲩⲙⲏϣ ϧⲉⲛ ⲛⲓⲓⲟⲩⲇⲁⲓ ⲛⲁϩϯ ⲉ̀ⲡⲭ̅ⲥ̅· ϩⲓⲧⲉⲛ ϯϣⲫⲏⲣⲓ ⲉ̀ⲧⲁⲩⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲣⲟⲥ· ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ̅ϯ̅ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « Sermo sancti Cyrilli, archiepiscopi Alexandrini, quem protulit de paenitentia. Et etiam: quod Deus tolerat hominem peccatorem omni modo agere donec eum convertat ad paenitentiam, nec vult ut quisquam pereat quia opus manuum suarum. Etiam locutus est de muliere Manichaea quae erat in civitate Alexandrina, in diebus infantiae suae (scil. Cyrilli), quam Dominus duxit in numerum Christianorum. Praeterea locutus est de Philoxono, archisynagogo Iudaeorum, quomodo baptizatus est, factus Christianus cum tota domo sua ratione prodigii quod evenit per crucem Christi, necnon de filia eius quae vidit dum ungeret (Philoxonos) sanguine qui exivit de cruce oculos filiae suae in medio synagogae. Multi e Iudaeis crediderunt in Christum per prodigium quod viderunt. In pace Dei. Amen ».

Codicem cum praefatione et versione gallica edidit Marius Chaîne *Sermon sur la Pénitence attribué à S. Cyrille d'Alexandrie* in *Mélanges de la Faculté orientale de Beyrouth*, t. VI, 1913, pp. 493-528.

Codicis textus desinit fine conclusionis mutilus; f. 85, in summo margine externo, partim resecto:]ⲝⲉⲛⲟⲥ; paucae occurrunt correctiones varii calami.

Ductus, stilo sicco plagulis carneis membranae impressi, tum margines tum quattuor linearum spatium definiunt; spatium partis scriptae est circiter mm. 260 × 155. Complectitur codex quaternionem ⲁ̅ (ff. 85-91, pp. ⟨ⲁ̅⟩ – ⲓ̅ⲋ̅) et folia tria binionis ⲃ̅ (ff. 92-94, pp. ⲓ̅ⲍ̅ – ⲕ̅ⲃ̅; desideratur, f. 93, nota fasciculi manus pristinae); summa ff. 92ᵛ, 93, decorat crux lineis effecta inter inscriptiones ⲓ̅ⲥ̅ ⲭ̅ⲥ̅; partis mediae fasciculorum utraque plagula ductu rubro notatur: in summo margine externo pro folio averso, in imo margine externo pro folio recto; notis ⲁ̅ (f. 85) et ⲃ̅ (f. 93) manus recentior fasciculos signavit in summo margine interno. Codicis titulus necnon inscriptiones fasciculorum unciali oblonga exarata sunt, textus unciali rotunda; accentus efficiuntur tum puncto tum levi ductu. F. 85 habet

ornamentum coloribus rubro, viridi et croceo pictum quod titulum involvit et ad imum marginem dextrum protrahitur. Minio tactae sunt litterae, reliquis maiores, lineae primae atque littera marginalis ⲟ plagulae initialis; ibidem, quaedam litterae semi deletae manu posteriore restitutae sunt. In imo f. 85: ⳅ̅ⲅ̅.

6 (ff. 96-136[v]) Saec. X, ff. 41, linn. 33, 34.

Vita sancti Macarii Scetensis Sarapioni, episcopo urbis Thmūi, adscripta, sub titulo ⲫⲃⲓⲟⲥ ⲛ̀ⲡⲓⲛⲓϣϯ ⲛ̀ⲫⲱⲥⲧⲏⲣ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲡ︦ⲛ︦ⲁ︦ⲧⲟⲫⲟⲣⲟⲥ ⲉⲧϫⲏⲕ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲁⲣⲉⲧⲏ ⲛⲓⲃⲉⲛ· ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ· ⲫⲓⲱⲧ· ⲟⲩⲟϩ ⲡⲁⲣⲭⲏⲅⲟⲥ ⲛ̀ⲛⲓⲙⲟⲩⲛⲁⲭⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲧⲱⲟⲩ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ ⲛ̀ⲧⲉ ϣⲓⲏⲧ· ⲉⲁϥⲓⲥⲧⲟⲣⲓⲛ ⲛ̀ⲙⲟϥ ϫⲉ ⲁⲡⲁ ⲥⲁⲣⲁⲡⲓⲱⲛ· ⲡⲓⲟⲥⲓⲱ̀ⲧⲁⲧⲟⲥ ⲛ̀ⲉ̀ⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲡⲟⲗⲓⲥ ⲉⲛⲙⲁⲓⲭ︦ⲣ︦ⲥ︦ ⲑⲙⲟⲩⲓ ⲡⲓⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲁⲃⲃⲁ ⲁⲛⲧⲱⲛⲓ ⲡⲓⲡ︦ⲛ︦ⲁ︦ⲙⲁⲧⲟϥⲟⲣⲟⲥ (sic) ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ︦ϯ︦ ⲁⲙⲏⲛ « Vita magni luminis et pneumatophori, consummati in omni virtute, abba Macarii, patris et ducis monachorum montis sancti Scetensis, quam narravit apa Sarapion, sanctissimus episcopus urbis Christum amantis Thmūi, discipulus abba Antonii pneumatophori. In pace Dei. Amen ».

Vitam s. Macarii Scetensis cum praefatione et versione gallica edidit E. Amélineau (= Am.), *Histoire des monastères de la Basse-Égypte*, in *Annales du Musée Guimet*, t. XXV, Parisiis, 1894, pp. XXVIII-XL, 46-117, praesertim, ut ait p. 46, n. 1, iuxta codicem Vat. copt. 64[1] collatum cum eiusdem argumenti codice nostro et codice Vat. copt. 62[1]; tanta tamen hoc egit incuria ut propter frequentia menda in laudandis textibus saepe lectorem fugiat quonam ex codice singula deprompserit.

Ff. 96-120[v] (ⲛⲏ ⲙⲉⲛ ⲟⲩⲛ ⲉⲧⲁϥϩⲓⲥⲧⲟⲣⲓⲛ – ⲡⲁⲓⲣⲏϯ ⲉⲧⲉⲕⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲣⲟⲛ ⲛ̀ⲙⲟϥ ϯⲛⲟⲩ) leguntur fere ut ap. Am., pp. 46-96. Inter ff. 120 (pp. ⲙ̅ⲑ̅, ⲛ̅) et 121 (pp. ⟨ⳅ̅ⲁ̅⟩, ⳅ̅ⲃ̅) perierunt folia quinque cum initio narrationis de haeretico Hieraca.

Ff. 121-128[v], lin. 2, narratio de haeretico Hieraca, initio mutila, inc.: ⲁϥⲉ̀ⲙⲓ ϫⲉ ⲡⲓϩⲱⲃ ⲟⲩⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲉⲛ ⲫ︦ϯ︦ ⲡⲉ ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲙⲟϣⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ « novit rem esse a Deo et ambulavit sanctus »; des.: ⲫⲏ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ ⲓ̀ⲉⲣⲱⲙⲓⲙⲟⲥ; cf. M. Chaîne *La double recension de l'Histoire lausiaque dans la version copte*, in ephemeride *Revue de l'Orient chrétien*, t. XXV, Parisiis, 1925-1926, p. 247, lin. 4-p. 255, p. 264, lin. 15-p. 267, lin. 4 a. fin.; vide dicenda de cod. Vat. copt. 59[8]. De Hieraca, cf. *P. L.* 21, col. 452, *P. G.* 34, coll. 47-50, 209-216, *P. G.* 41, coll. 980, 981, *P. G.* 42, col. 213.

F. 128ᵛ, lin. 3-f. 131ᵛ, lin. 7 a. fin. (ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲁ ⲛⲁⲓ ⲇⲉ ⲟⲛ ⲉ̀ⲧⲁϥ-ⲉⲣϧⲉⲗⲗⲟ – ⲉϥⲣⲁϣⲓ ⲉϥϯ ⲱⲟⲩ ⲙ̀ⲫϯ) fere ut ap. Am., p. 99, lin. 7-p. 104, lin. 10.

F. 131ᵛ, lin. 6 a. fin.-f. 133ᵛ, lin. 2 a. fin. (ⲁ ⲟⲩⲣⲉⲙⲛ̀ⲭⲏⲙⲓ – ⲉⲧϣⲟⲡ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲟⲧϥ), duplex narratiuncula de sanatione mulieris maleficio mutatae in equam et de liberatione iuvenis a daemone vexati; textum edidit cum versione gallica M. Chaîne, op. laud., pp. 271-275; ad priorem narrationem quod spectat, cf. *P. L.* 21, col. 451, *P. G.* 39, coll. 1044-1047; ad alteram, cf. *P. G.* 34, coll. 181-184, 149.

F. 133ᵛ, lin. 1 a. fin.-f. 136, lin. 2 a. fin. (ⲧⲉⲛⲛⲁⲕⲏⲛ ϫⲉ ⲉ̀ⲣⲟⲛ – ⲁϥⲛ̀ⲕⲟⲧ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓϧⲉⲗⲗⲟ ⲉⲧⲥⲙⲁⲣⲱⲟⲩⲧ) fere ut ap. Am., p. 104, lin. 10-p. 109, lin. 12.

F. 136, lin. 1 a. fin.-f. 136ᵛ, lin. ult., brevis narratio sancti Macarii funeris quod fuse describunt et commentantur codices Vat. copt. 62[1] et Vat. copt. 64[1] (Am., pp. 109-117); deesse videtur doxologiae finis quum desinat ⲡⲱⲟⲩ ... ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ « gloria ... cum Spiritu sancto ».

Varias lectiones folii 106, lin. 9-f. 106ᵛ, lin. 2, et folii 109, lin. 4 a. fin.-f. 109ᵛ, lin. 21, e fragmento Cahirensi 57 Musaei coptici, vide ap. H. G. Evelyn White, *The Monasteries of the Wadi 'n Natrûn*, t. I, Neo Eboraci, 1926, p. 135; de aliis Cahirensibus necnon de Lipsiensibus (Tischendorf) fragmentis ad Macarium spectantibus vide ibid. pp. 124-135; cf. etiam W. E. Crum, *Hagiographica from Leipzig manuscripts*, in ephemeride *Proceedings of the Society of biblical Archaeology*, t. XXIX, 1907, pp. 302, 303. De textu sahidico vitae s. Macarii Scetensis, vide Zoega, *Catalog.*, pp. 287 et sqq.; W. E. Crum, *Catalogue of the coptic mss. of the John Rylands library*, Mancunii, 1909, p. 49, n. 95. Cf. etiam *P. G.*, t. 21, coll. 449-452, et t. 34 passim; *Bibliotheca hagiographica orientalis*, Bruxellis, 1910, pp. 129, 131, 185-194. De authentia necnon de fide historica vitae copticae Macarii, vide H. G. Evelyn White, op. laud., t. II, pp. 465-468. Tituli verba ⲑⲙⲟⲩⲓ et ⲁⲛⲧⲱⲛⲓ ⲡⲓⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ⲙⲁⲧⲟϥⲟⲣⲟⲥ in rasura scripta sunt manu posteriore; paucae occurrunt in textu emendationes varii calami. In summo f. 96, manu recentiore: ⲥⲟⲩⲓ̅ⲇ̅ ⲛ̀ⲉ̀ⲡⲏⲡ· ϧⲉⲛ ⲧⲥⲕⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ ⲉ̀ⲣⲏⲥ « Die decimo quarto epēp; in tabernaculo abba Macarii, ad austrum ».

Ductus plumbo in carneis praesertim plagulis delineati definiunt tum margines, tum collumellam ad litteras marginales recipiendas, tum spatium quattuor scripturae linearum; inde a f. 123, solos margines; spatium scripturae servatum est circiter mm. 270 × 160. Constat codex quaternionibus ⲇ̅ – ⲋ̅ (ff. 96-119, pp. ⟨ⲁ̅⟩ – ⲙ̅ⲏ̅), ff. 1, 7, 8 quaternionis

ⲍ (ff. 120-122, pp. ⲙⲑ, ⲛ, ⟨ⲝⲁ⟩ - ⲝⲇ, amissis ff. 2-6, pp. ⲛⲁ - ⲝ), quaternionem ⲏ (ff. 123-130, pp. ⲝⲉ - ϥ) et ff. sex quaternionis ⲑ (ff. 131-136, pp. ϥⲁ - ⲣⲃ); in foliis extremis fasciculorum, praeterquam in ff. 96 et 120, inter paginarum et fasciculorum notas, ornamentum lineis inter se innexis delineatum est cum invocatione ⲓ̅ⲥ̅ ⲭ̅ⲥ̅. Quaterniones ⲉ - ⲑ manus recentior, in summo angulo interno folii primi recti, signavit insuper notis ⲉⲓ, ⲍⲓ, ⲏⲓ, ⲑⲓ, ⲕ; accentus efformantur tum puncto, tum levi ductu, tum puncto in lineolam curvam producto; nonnunquam desideratur lineola super vocem coarctatam ⲫϯ; interpunctionis signa effecta sunt duplici ductu directo. Titulum, qui, sicut invocatio ⲓ̅ⲥ̅ ⲭ̅ⲥ̅ et notae numericae, exaratus est unciali oblonga, decorat ornamentum atramento effectum partim lineis directis vel transversis, partim lineis inter se innexis; desiderantur pigmenta. Textus quattuor lineae priores, ex parte deletae, inscite rescriptae sunt; harum lectionem genuinam reperire est in cod. Vat. copt. 62[1], f. 1, Partem superiorem f. 112 phototypice edidit H. Hyvernat, *Album*, tab. XLI 1.

7 (ff. 137-149[v]) Saec. X, ff. 13, linn. 35, 36.

Apophthegmata sancti Macarii, sub titulo ⲉⲑⲃⲉ ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ « De abba Macario ».

Codice, ut teste, usus est E. Amélineau, *Apophthegmes sur saint Macaire*, in *Annales du Musée Guimet*, t. XXV, Parisiis, 1894, pp. 203-234, ubi edidit et gallice vertit codicis Vaticani coptici 64 folia 116-135 cum praefatione, pp. XLII-XLVIII (ibid. p. 203, n. 2, pro *Cod. Vat. copt. LXIV*, fol. 113-152, lege fol. 113-132 [116-135 hodiernae numerationis], pro *Cod. LIX*, fol. 137-153, lege fol. 137-149[v]). Codex universe consentit cum textu laudati codicis Vat. copt. 64; omittit tamen: [a] f. 138[v], lin. 17, post verba ⲛⲁⲩ ϫⲉ ϯⲛⲁϥ ⲁⲛ ⲡⲉ, sectionem quae in cod. Vat. 64, f. 118, lin. 7-f. 121, lin. 15, posita est inter notas marginales ⲙ̇ⲡⲉⲣ ⲱ[ϣ] « Ne legas » (f. 118) et ⲱϣ « Lege » (f. 121), utpote a lectore praetermittenda (Am., p. 206, lin. 4 a. fin.: ⲉϥⲥⲓⲛⲓⲱⲟⲩ ⲛ̇ⲟⲩⲥⲟⲡ-p. 211, lin. 4 a. fin.: ⲛ̇ⲧⲉ ⲛⲓⲕⲟⲩϫⲓ ⲛ̇ϣⲉⲙⲙⲱⲟⲩ); [b] f. 145, lin. 5, post ⲉϥⲟⲩⲱⲙ ⲛⲟⲩⲥⲟⲃ ⲛ̇ϯⲉⲃⲗⲱⲙⲁⲥ, (per homoeoteleuton) incisum codicis Vat. 64, f. 129, linn. 9-14 ⲛⲉ ⲟⲩⲥⲛⲁϩ ⲗⲉ ⲁⲛ ... ⲉϥⲟⲩⲱⲙ ⲛ̇ⲟⲩⲥⲟⲡ ⲛ̇ϯⲉⲃⲗⲟⲙⲁⲥ (Am. p. 224, lin. 2 a. fin.-p. 225, lin. 2). Quae in hoc codice leguntur magna ex parte reperire est inter *Apophthegmata sancti Macarii*, *P. G.* 34, coll. 231-264; cf. etiam Th. Hopfner, *Ueber die sa'idischen Apophtegmata Patrum Aegyptiorum*, in *Denkschriften der kais. Akademie der Wissenschaften in Wien, phil.-hist. Klasse*, t. 61, fasc. 2, Vindobonae, 1918, pp. 29, 30, et W. Bousset, *Apophthegmata*, Tubingae, 1923, pp. 57, 58.

In summo f. 137, manu posteriore: ϯⲙⲁϩ̅ⲇ̅ ⲛ̇ⲕⲩⲣⲓⲁ̇ⲕⲏ ⲛ̇ⲧⲉ ⲡⲓϩ̅ⲙ̅ « Dominica quarta quadragesimae »; in marginibus, quaedam signa lectionis

plerumque manu rudi adiecta; f. 143, ca. med., ad verba **ⲡⲉϫⲉ ⲡⲓⲫⲉⲗⲗⲟ**... et ad verba **ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉϫⲁϥ**... (Amélineau, p. 221, linn. 4 et 6), in mg. externo: **ⲥⲟⲕⲥ** « Trahe », et infra: **ϫⲁⲕ** « Desine »; f. 147ᵛ, in mg., **ⲥ** ante verba **ⲁⲩⲭⲟⲥ ⲉⲑⲃⲉ ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ**; occurrunt in textu paucae correctiones varii calami.

Ductus plagulae carneae membranae impressi quattuor circiter linearum spatium marginesque definiunt; spatium scripturae servatum est circiter 270 × 165 mm. Complectitur codex quaternionem ⲁ̅ (ff. 137-144, pp. ⟨ⲁ̅⟩ – ⲓ̅ⲉ̅) et folia quinque ternionis ⲃ̅ (ff. 145-149, pp. ⲓ̅ⲋ̅ – ⲕ̅ⲉ̅); partis mediae fasciculorum utraque plagula signatur cruce minio delineata, cultro glutinatoris partim resecta: in summo mg. externo pro plagula aversa, in imo mg. ext. pro plagula recta; in summis ff. 144ᵛ, 145, 149ᵛ, variae formae ornamenta inter inscriptiones ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲛⲓⲕⲁ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ (f. 144ᵛ), ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲩ̅ⲥ̅ ⲑ̅ⲩ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ (f. 145), ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ « Iesu Christe, miserere mei » (f. 149ᵛ); inscriptiones illae et notae numericae exaratae sunt unciali oblonga, textus vero unciali rotunda; linea prima caeteras mensura excedit; lineis inter se innexis efformata est textus littera initialis praegrandis ⲁ. Folii initialis marginem externum et imum marginem signant ornamenta in forma avium et ramorum; f. 138, in mg. externo, leve ornamentum ad initium effati abba Paphnuti. Litterae marginalis ⲁ pars sinistra saepe desideratur, minio nempe supplenda; caret autem codex omni pigmento. Accentus efficiuntur tum levi lineola, tum puncto in lineolam curvam producto; vocem coarctatam ⲫ︦ⲧ︦ notat lineola convexa, addito saepe puncto inferiore; litterae marginales ⲁ, ⲉ, ⲓ, ⲗ, ⲛ, signantur non raro duplici ductu quem superat punctum in lineolam curvam productum; interpunctionis signa exhibent vel simplicem vel duplicem lineolam. Summae plagulae aversae, exceptis fasciculorum plagulis extremis, praebent leve ornamentum eadem manu effectum qua notae numericae, quodque plerumque comitatur inscriptio litteris graecis minutis exarata varii tenoris, nempe: f. 139ᵛ: ⲡⲛⲟⲩⲧⲓ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ ⲁⲙⲏⲛ « Deus, miserere mei. Amen », f. 141ᵛ: ⲡⲛⲟⲩⲧⲓ ⲧⲓ ⲟⲩⲕⲁⲧⲓ ⲉⲙⲡⲉⲕⲃⲱⲕ ⲁⲙⲏⲛ « Deus, da intellectum servo tuo. Amen », f. 142ᵛ: ⲡⲁⲧⲋ^ω ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲉⲛⲧⲏⲓ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ ⲁⲙⲏⲛ « Domine, Iesu mi, miserere mei. Amen », f. 143ᵛ: ⲫ︦ⲧ︦ ⲧⲓ ⲟⲩⲭⲁⲣⲓⲥ ⲉⲙⲡⲉⲛϩⲱⲃ ⲉⲛⲧⲋⲓⲧⲋ ⲁⲙⲏⲛ ⳝ ⲁⲙⲏⲛ « Deus, da gratiam operi manuum nostrarum. Amen et amen », f. 145ᵛ: ⲡⲁⲧⲋ^ω ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲁⲣⲓⲡⲓⲛⲁⲓ ⲛⲉⲙ ⲡⲉⲕⲃⲱⲕ ⲁⲙⲏⲛ « Domine mi Iesu Christe, fac misericordiam cum servo tuo. Amen », f. 146ᵛ: ⲡⲁⲧⲋ^ω ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲁⲣⲓⲃⲟⲏⲑⲓⲛ ⲉⲧⲁⲙⲉⲧⲧⲋⲱⲃ ⲁⲙⲏⲛ « Domini Iesu Christe, adiuva imbecillitatem meam. Amen », f. 147ᵛ: ⲡⲁⲧⲋ^ω ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲉⲛⲧⲏⲓ ⲛⲁϩⲙⲉⲧ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲁ ⲧⲓⲧⲋⲟⲣⲧⲋⲥ ⲉⲧϩⲱⲟⲩ ⲛⲧⲉ ⲡⲥⲁⲗⲗⲁⲛⲁⲥ « Domine, Iesu mi, eripe me e laqueo malo diaboli », f. 148ᵛ: ⲫ︦ⲧ︦ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ ⲁⲙⲏⲛ « Deus, miserere mei. Amen ». Textum concludunt lineae tres punctis et lineolis flexuosis nigris effectae. F. 137, manus posterioris est ornamentum, lineis inter se innexis exaratum, cum titulo ⲉⲑⲃⲉ ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ « De abba Macario »; in summo angulo interno ff. 137 et 145, notae ⲁ̅ⲕ̅, ⲃ̅ⲕ̅, manus recentioris. Partem superiorem f. 141ᵛ phototypice edidit H. Hyvernat, *Album*, tab. XLI 2.

8 (ff. 150-167ᵛ) Saec. X, ff. 18, linn. 35, 36.

V i t a s a n c t i M a c a r i i m a g n i, sub titulo **ⲉⲑⲃⲉ ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ ⲡⲓⲛⲓϣϯ** « De abba Macario Magno ».

Codicem (omissis: ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲇⲉ ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ – ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ [f. 163, lin. 4 a. fin.-f. 166, lin. 22; E. Amélineau, *Histoire des monastères de la Basse-Égypte*, in *Annales du Musée Guimet*, t. XXV, Parisiis, 1894, p. 105, lin. 2-p. 112, lin. 2]), additis variis lectionibus e codice Vat. copt. 64[6] paucisque e codice Vat. copt. 59[6], cum praefatione et versione gallica edidit M. Chaîne, *La double recension de l'Histoire lausiaque dans la version copte*, in ephemeride *Revue de l'Orient chrétien*, t. XXV, Parisiis, 1925, pp. 232-270; in praefatione, perperam exhibet codicem ut Vaticanum Borgianum. Textus in levioribus tantum discrepat a codice Vat. copt. 64[6] atque plura habet communia cum aliis codicibus Vaticanis, maxime cum cod. Vat. copt. 59[6]; cf. M. Chaîne, op. laud., p. 233. Quamvis in praefatione codicis (item in cod. Vat. copt. 64[6]) moneat Vitae auctor se acturum de Macario Alexandrino et de Macario Aegyptio, reapse de solo Macario Aegyptio fit sermo. De Macario Alexandrino vide cod. Vat. copt. 69[4] qui alterius est manus.

In spatio vacuo folii 167[r.v], calligraphus narratiunculam adiecit de angelo qui a fratribus Scetensibus videri solitus infra anaphoram, iam non apparuit propter diaconum rei temporalis nimis sollicitum. Inc.: ⲁⲩⲭⲟⲥ ⲉⲑⲃⲉ ⲛⲓⲕⲗⲏⲣⲓⲕⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ϣⲓⲏⲧ « Narraverunt de clericis Scetensibus »; des. (mutilus ultimisque litteris fere deletis): ⲉⲥⲉⲛ̀ⲧⲟⲧⲉⲛ ⲛ̀ϫⲉ ⲟⲩⲥⲩⲛⲏⲇⲏⲥⲓⲥ ⲉⲥⲟⲩⲁⲃ ⲉⲥⲧⲟⲩⲃⲏⲟⲩⲧ ... ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲉⲛϣϫⲉⲙϫⲟⲙ ⲉ̀ϯ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ... ⲛⲉⲧⲉⲙⲓ « dum est in vobis conscientia munda, purificata ... ut dare valeamus Domino nostro ... scientes »; similia sahidice edidit Zoega, *Catal.*, pp. 322, 323; cf. etiam *P. G.* 87, col. 3015.

In summo f. 150, manu recentiore: ⲥⲟⲩⲕ̅ⲍ̅ ⲙ̀ⲫⲁⲙⲉⲛⲱⲑ « Die vigesimo septimo mensis phamenōth ». In margine externo f. 150: ⲉ̅ ⲱϣ; ff. 152, 162, in mg. ext.: ⲥⲟⲕⲥ « Trahe »; ff. 159[v], 164[v]: ⲥ ante interrogationes; f. 160[v], in mg. int.: ⲥ (= ⲥⲟⲕⲥ?) ad ultimam paragraphum narrationis de Hieraca. Paucae occurrunt in textu emendationes varii calami.

Codex eiusdem est manus ac cod. Vat. copt. 59[7] eamdemque praebet indolem palaeographicam. Constat quaternionibus ⲁ̅ et ⲃ̅ (ff. 150-165, pp. ⟨ⲁ̅⟩ – ⲗ̅ⲃ̅) et bifolio ⲅ̅ (ff. 166, 167, pp. ⲗ̅ⲅ̅ – ⲗ̅ⲋ̅); invocationes leguntur in fasciculorum plagulis extremis: ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲫ̅ϯ̅ ⲛⲁⲓ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲃⲱⲕ ⲁⲙⲏⲛ « Iesu Christe, Deus, miserere famuli tui. Amen » (f. 157[v]), ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲩ̅ⲥ̅ ⲑ̅ⲩ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ (f. 158), ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲃⲱⲕ « Iesu Christe, miserere famuli tui » (f. 165[v]), ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ (ff. 166, 167[v]). Pristinae manus sunt ornamenta marginalia, partim resecta, foliorum 152 et 154 necnon, f. 154, ornamentum lineis inter se innexis effectum cum titulo ⲉⲑⲃⲉ ⲡⲓⲁⲣⲁⲕⲁ « De Hieraca »; quaedam insuper occurrunt initio sectionum litterae ampliores eiusdem indolis ac littera initialis cod. 59[7]. Inscriptiones in summis plagulis aversis, litteris graecis minutis exaratae, sunt sequentes: f. 150[v]: ⲫ̅ϯ̅ ⲧⲓ

ⲟⲩⲕⲁⲧⲓ ⲉⲙⲡⲉⲕⲃⲱⲕ ⲁⲙⲏⲛ (v. f. 141ᵛ), ff. 151ᵛ, 155ᵛ, 160ᵛ, 162ᵛ: ⲡⲛⲟⲩⲧⲓ ⲛⲁⲓ ⲉⲙⲡⲉⲕⲃⲱⲕ ⲁⲙⲏⲛ « Deus, miserere servi tui. Amen », ff. 152ᵛ, 159ᵛ: ⲡⲁⲧⲍ ⲓⲏⲥ ⲉⲛⲧⲏⲓ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ ⲁⲙⲏⲛ (v. f. 142ᵛ), f. 153ᵛ: ⲡⲁⲧⲍ ⲓⲏⲥ ⲡⲭⲥ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩⲧⲓ ⲛⲁⲓ ⲉⲙⲡⲉⲕⲃⲱⲕ ⲁⲙⲏⲛ « Domine mi Iesu Christe, Deus noster, miserere servi tui. Amen », f. 154ᵛ: ⲡⲓⲱⲧ ⲛⲉⲙ ⲡϣⲏⲣⲓ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲡⲛⲁ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲁⲙⲏⲛ « Pater et Filius et Spiritus sanctus. Amen », f. 156ᵛ: ⲫϯ ⲛⲁⲓ ⲉⲙⲡⲉⲕⲃⲱⲕ ⲙⲏⲛⲁ ⲁⲙⲏⲛ « Deus, miserere servi tui Mēna. Amen », f. 158ᵛ: ⲡⲁⲧⲍ ⲓⲏⲥ ⲡⲭⲥ ⲛⲁⲓ ⲉⲙⲡⲉⲕⲃⲱⲕ ⲁⲙⲏⲛ « Domine mi Iesu Christe, miserere servi tui. Amen », f. 161ᵛ: ⲡⲁⲧⲍ ⲉⲛⲧⲏⲓ ⲁⲙⲏⲛ « Domine mi, Amen », f. 163ᵛ: ⲫϯ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ ⲁⲙⲏⲛ (v. f. 148ᵛ), f. 164ᵛ: ⲡⲁⲧⲍ ⲓⲏⲥ ⲧⲓⲧⲓϩⲟ ⲉⲣⲟⲕ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ ⲁⲙⲏⲛ « Domine mi Iesu, oro Te, miserere mei. Amen ». F. 156, in mg. externo, nota lectoris: ⲡⲓϣⲱ[ⲓ ?] | ϧⲉⲛ ⲡ[ⲓⲛⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲉ] | ⲫϯ ⲁ[ⲙⲏⲛ] « Pišōi, in misericordia Dei. Amen »; f. 150, manus recentioris (v. f. 137) est ornamentum lineis inter se innexis cum titulo ⲉⲑⲃⲉ ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ ⲡⲓⲛⲓϣϯ « De abba Macario magno »; in summo angulo int. ff. 150, 158, 165, notae ⲩⲕ, ⲝⲕ, ⲉⲕ, manus posterioris; in mgg. ff. 163, 165ʳ·ᵛ, 166, conscribillationes.

In summo laterculo interno anteriore: *Ass. 8. Nov. 58*; ff. 1 et 167ᵛ, sigilla bibliothecae Vaticanae et bibliothecae Nationalis Parisiensis.

In dorso tegumenti, e corio rubro confecti, impressa sunt nota *59*, trimontium et stella gentis Albani, i. e. Clementis XI, necnon stemma Benedicti Pamfili card. biliothecarii.

60 (a I. S. Assemani emptus 9). Membr., ff. 126, mm. 295 × 220.

Opera hagiographica e variis codicibus, bohairice.

1 (ff. 1-21ᵛ) Saec. XII-XIII, ff. 21, linn. 25, 26.

Martyrium sancti Pisurae, initio mutilum.

Codicem cum versione gallica et notis edidit H. Hyvernat, *Les actes des martyrs de l'Égypte*, t. I, Parisiis, 1886, pp. 114-134. Paucae occurrunt in textu emendationes varii calami.

Ductus plagulae carneae membranae impressi definiunt tum margines tum duarum linearum spatium; spatium scripturae servatum est circiter mm. 240 × 140. Complectitur codex quaterniones ⲃ, ⲩ (ff. 1-16, pp. ⲓⲍ – ⲙⲏ) et folia quinque ternionis ⲝ (ff. 17-21, pp. ⲙⲑ – ⲛⲏ). In summis fasciculorum plagulis extremis, ornamentum lineis inter se innexis confectum ac pigmentis obductum rubris, viridibus et croceis, varias exhibens formas; idem comitantur inscriptiones ⲓⲩ ⲭⲩ in plagulis rectis et ⲕⲉ ⲟ ⲑⲥ in plagulis aversis; inscriptiones et notae numericae praebent uncialem oblongam, ipse textus uncialem rotundam; accentus signantur tum lineola tum puncto, addita nonnunquam lineola curva. Minio tactae sunt litterae marginales fere omnes, lineolae quae comitantur inscriptiones et notas aut signant voces coarctatas, necnon litterae ⲫ et ϧ; minio exarata sunt interpunctionis signa. Finis paragraphorum aliquando imum marginem invadit, quae pars scripturae tunc

linea inferiore distinguitur (cf. ff. 7, 13, 16ᵛ). In imo f. 21ᵛ, duplex linea ductibus et punctis effecta finem signat narrationis. Ubique in codice sicut in codd. 60^{2-4} qui eumdem produnt calligraphum, iam desideratur lineola super vocem coarctatam ⲫϯ; cf. dicta, p. 141, de cod. Vat. copt. 35; item in inscriptionibus marginalibus praeter solam inscriptionem f. 44ᵛ, ubi punctum rubrum super vocem ⲫϯ apparet. Eiusdem amanuensis est etiam codex Lipsiensis Tischendorf XXIX, f. 23.

2 (ff. 22-60ᵛ) Saec. XII-XIII, ff. 39, linn. 25, 26.

Martyria tria sanctorum Pirōou et Athōm, sub titulis: f. 22, ϯⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲁⲑⲗⲟⲫⲟⲣⲟⲥ ⲙ̀ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲭ̅ⲥ̅· ⲛⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲡⲓⲣⲱⲟⲩ· ⲛⲉⲙ ⲁⲑⲱⲙ ⲡⲉϥⲥⲟⲛ· ⲛⲓⲣⲉⲙⲧⲁⲥⲉⲙⲡⲟϯ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲑⲟϣ ⲃⲟⲩⲥⲓⲣⲓ· ⲉ̀ⲧⲁⲩϫⲱⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲙⲉⲧⲅⲉⲛⲛⲉⲟⲥ ⲛ̀ⲥⲟⲩⲏ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁ̀ⲃⲟⲧ ⲉ̀ⲡⲏⲡ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫϯ ϥ̅ⲑ̅ « Martyrium athlophororum martyrum Christi Pirōou et Athōm, fratris eius, virorum e Tasempoti (E. Amélineau, *La géographie de l'Égypte*, Parisiis, 1893, p. 415), in nomo Bousiri, quod consummaverunt fortiter die octavo (mensis) epēp. In pace Dei. Amen »; f. 38ᵛ, ϯⲙⲁϩⲥⲛⲟⲩϯ ⲙ̀ⲙⲁⲣⲧⲩ́ⲣⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ· ⲙ̀ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ· ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲡⲓⲣⲱⲟⲩ ⲛⲉⲙ ⲁ̀ⲑⲱⲙ ⲡⲉϥⲥⲟⲛ· ⲛⲁϩⲣⲉⲛ ⲡⲟⲙⲡⲓⲟⲥ ⲡⲓϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲣⲉⲙⲟⲩⲛ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛ̀ⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫϯ ⲁⲙⲏⲛ « Secundum martyrium sanctorum Iesu Christi Domini nostri martyrum Pirōou et Athōm, fratris eius, coram Pompio, duce (urbis) Peremoun (E. Amélineau, op. laud., pp. 317, 318). In pace Dei. Amen »; f. 51ᵛ, ϯⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲁ̀ ⲙ̀ⲙⲁϩⲅ̅ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲙ̀ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲡⲓⲣⲱⲟⲩ ⲛⲉⲙ ⲁⲑⲱⲙ ⲉ̀ⲧⲁⲩϫⲟⲕⲥ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲥⲟⲩⲏ̅ ⲛ̀ⲉⲡⲏⲡ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛⲧ(ⲉ) ⲫϯ « Tertium martyrium sanctorum Christi martyrum Pirōou et Athōm quod consummaverunt die octavo (mensis) epēp. In pace Dei ».

Codicis tres sectiones cum versione gallica edidit H. Hyvernat, *Les actes des martyrs de l'Égypte*, t. I, Parisiis, 1886, pp. 135-173. Varii calami sunt translationes arabicae verborum copticorum in margine vel inter lineas adiectae; f. 53ʳ·ᵛ, correctio ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ... (Hyvernat, op. laud., p. 165, n. 3); pauca signa marginalia initio quarumdam paragraphorum; occurrunt insuper emendationes diversarum manuum.

Communem habet codex indolem palaeographicam cum cod. Vat. copt. 60^{1} qui ab eodem calligrapho fuit exaratus. Complectitur autem quaterniones ⲁ̅ - ⲇ̅ (ff. 22-53, pp. ⟨ⲁ̅⟩ - ⲝ̅ⲇ̅) et septem folia priora quaternionis ⲉ̅ (ff. 54-60, pp. ⲝ̅ⲉ̅ - ⲟ̅ⲏ̅); in paginis extremis fasciculorum, inscriptiones ut in cod. Vat. 60^{1}, item ornamenta, verumtamen solo minio

tacta. Titulum initialem et titulos secundi ac tertii martyrii, qui ad oblongam scripturam accedunt, involvit ornamentum lineis inter se innexis confectum, rubri, viridis, caerulei et flavi coloris; ad delineandum ornamentum tituli initialis, quod in imum marginem producitur, ductus transversi et directi membranae impressi sunt; pigmentis rubro, viridi, caeruleo et auro obducta est linea prima textus, solito amplior et ornatior; litterae initiales praegrandes primae et tertiae partis tactae sunt pigmentis rubro, caeruleo et auro, littera autem partis secundae pigmentis rubro, viridi et auro; littera secunda textus partis secundae et tertiae aurum praebet et minium; linea secunda partis primae ac linea prima partis secundae et tertiae reliquas mensura aliquantulum excedunt; litteras ceteris crassiores exhibet linea secunda partis tertiae. Minio exarata sunt martyrii titulus primus integer, tituli secundae sectionis et tertiae partim, linea quarta et quinta partis primae ac linea tertia et quarta partis tertiae; auro tacta sunt paucae litterae marginales communes, ductus quidam et puncta super vocabula, crux et ornamentum marginale f. 23 ad verba ϧⲉⲛ ⲡⲓⲥⲛⲟⲩ (Hyvernat, p. 135), quibus incipit narratio primi martyrii, necnon crux marginalis f. 56ᵛ quae initium orationis signat.

Invocationes pictoris: f. 22, in imo margine externo: ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⳿ⲉⲙ|ⲧⲟⲛ ⲛ̀ⲛ | ⲧⲯⲩⲭⲏ ⲙ̀|ⲡⲓⲉ̀ⲃⲓⲏⲛ ⲇⲁⲩ|ⲓ̀ⲇ ⲁⲙⲏⲛ «Domine, da requiem animae pauperis David. Amen»; f. 60ᵛ, in summa imagine, minio: ⲡ̣ⲟⲥ ⲁⲣⲓⲟⲩⲛⲁⲓ ⲛⲉⲙ ϯⲯ⟨ⲩ⟩ⲭⲏ ⲙ̀ⲡⲓⲣⲉϥⲉⲣⲛⲟⲃⲓ ⲇⲁⲩⲓ̀ⲇ ⲁⲙⲏⲛ «Domine, miserere animae peccatoris David. Amen»; in imo folio, atramento: ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲛⲁ ⲛ̀ϯⲯⲩⲭⲏ ⲙ̀ⲡⲓⲣⲉϥⲉⲣⲛⲟⲃⲓ ⲇⲁⲩⲓ̀ⲇ ⲡⲓⲍⲱⲅⲣⲁϥⲟⲥ ⲁⲙⲏⲛ «Domine, miserere animae peccatoris David pictoris. Amen». Spatium vacuum f. 60ᵛ occupat imago effigies exhibens cum inscriptionibus: a sinistris, s. Iohannis filiam regis liberantis a serpente, praesentibus rege et regina, et, a dextris, s. Simeonis; effigies pictae sunt coloribus rubro, viridi, croceo et caeruleo, nimbi autem deaurati. Inscriptiones sunt: ⲟ̀ ⲁⲅⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ, ⲡⲟⲩⲣⲟ «rex», ϯⲟⲩⲣⲟ «regina», ϯϣⲉⲣⲓ «filia», ⲡϩⲟϥ «serpens», ⲟ̀ ⲁⲅⲓⲟⲥ ⲥⲩⲙⲉⲱⲛ· Folium 60ᵛ phototypice edidit H. Hyvernat, *Album*, tab. XLIII. Imago ad codicem spectat sequentem (ff. 61-85ᵛ). In multis ff. aversis, exceptis ff. extremis fasciculorum, summos margines signant invocationes unciali oblonga exaratae: ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲁⲣⲓⲃⲟⲏⲑⲓⲛ ⲉⲣⲟⲓ «Domine Iesu, adiuva me» (f. 22ᵛ), ⲫϯ ⲭⲱ ⲛⲏⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ «Deus, dimitte mihi» (ff. 23ᵛ, 28ᵛ, 35ᵛ, 43ᵛ, 44ᵛ [ⲫ̅ϯ̅]), ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲭⲱ ⲛⲏⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ «Domine Iesu, dimitte mihi» (ff. 26ᵛ 27ᵛ), ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ «Domine Iesu, miserere mei» (ff. 31ᵛ, 41ᵛ, 55ᵛ), ⲫϯ ⲛⲁϩⲙⲉⲧ «Deus, salva me» (ff. 34ᵛ, 39ᵛ, 42ᵛ), ⲫϯ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ «Deus, miserere mei (ff. 38ᵛ, 40ᵛ, 46ᵛ 47ᵛ, 48ᵛ), ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲁⲣⲓⲟⲩⲱⲓⲛⲓ ⲉⲣⲟⲓ «Domine Iesu, illumina me» (f. 57ᵛ).

3 (ff. 61-85ᵛ) Saec. XII-XIII, ff. 25, linn. 25-27.

Martyrium sanctorum Iohannis et Simeonis, sub titulo ⲡⲓⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲗⲟⲅⲓⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲙ̀ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓⲡⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ· ⲛⲉⲙ ⲥⲩⲙⲉⲱⲙ (sic) ⲡⲉϥϣⲫⲏⲣ ⲟⲩⲟϩ ϫⲉ ⲡⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲉⲧⲁⲩϫⲱⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲧⲟⲩⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲁ̀ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ ⲛ̀ϧⲏⲧϥ ⲡⲉ ⲥⲟⲩⲓ̅ⲁ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲉ̀ⲡⲏⲡ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫϯ ⲁⲙⲏⲛ «Martyrium sancti martyris Christi Iohannis presbyteri et Simeonis, socii eius. Dies

autem quo consummaverunt suum sanctum martyrium est undecimus mensis epēp. In pace Dei. Amen».

Martyrium cum versione gallica edidit H. Hyvernat, *Les actes des martyrs de l'Égypte*, t. I, Parisiis, 1886, pp. 174-201.

Codex ab eodem scriptus est calligrapho ac cod. Vat. 60², continuata fasciculorum et paginarum serie. Complectitur folium ultimum fasciculi ē (f. 61, pp. ⟨oϴ⟩, π̄) et quaterniones ς̄ – н̄ (ff. 62-85, pp. πā – pκē [pro pκн̄]). Titulum includit ornamentum rubri, viridis et flavi coloris; iisdem pigmentis obducta est littera initialis praegrandis; linea prima reliquas mensura excedit, linea secunda ductu crassiore est exarata. Minio scriptae sunt pars tituli ac lineae tertia et quarta ipsius textus; reliqua ut in cod. Vat. 60². Invocationes in summis paginis leguntur: ⲫϯ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ « Deus miserere mei » (ff. 62ᵛ, 65ᵛ, 72ᵛ, 73ᵛ, 78ᵛ, 84ᵛ), ⲫϯ ⲛⲁϩⲙⲉⲧ « Deus, salva me » (ff. 66ᵛ, 76ᵛ), ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ « Domine Iesu, miserere mei » (ff. 68ᵛ, 71ᵛ), ⲫϯ ⲁ̀ⲣⲓⲟⲩⲱⲓⲛⲓ ⲉ̀ⲣⲟⲓ « Domine, illumina me » (f. 79ᵛ). Textum concludit duplex linea punctis et ductibus flexuosis effecta.

4 (ff. 86-126ᵛ) Saec. XII-XIII, ff. 40, linn. 24-26.

Vita Iohannis Khamē, sub titulo ⲟⲩⲙⲉⲣⲟⲥ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲃⲓⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲡⲟⲗⲏⲧⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲛ̀ⲓⲱⲧ ⲙ̀ⲡ̅ⲛ̅ⲁⲧⲟⲫⲟⲣⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲅⲉⲛⲛⲟⲫⲟⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲑⲉⲟⲫⲟⲣⲟⲥ ⲛⲥⲧⲁⲩⲣⲟⲫⲟⲣⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ ⲉⲧⲧⲁⲓⲏⲟⲩⲧ ⲁⲃⲃⲁ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ϫⲁⲙⲏ ⲉⲩϩⲏⲟⲩ ⲛⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲑⲛⲁⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉⲣⲟϥ· ⲟⲩⲟϩ ⲟⲛ ϫⲉ ⲡⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲉⲧⲁϥⲙ̀ⲧⲟⲛ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲛ̀ϧⲏⲧϥ ⲡⲉ ⲥⲟⲩⲕ̅ⲉ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ϫⲟⲓⲁⲕ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫϯ ⲁⲙⲏⲛ « Pars e vita et conversatione beati nostri patris pneumatophori et gennophori (ⲅⲉⲛⲛⲟⲫⲟⲣⲟⲥ = « fortitudinem gerens »; Davis, mox laudandus: « An unidentified word »), theophori, staurophori, presbyteri gloriosi, abba Iohannis Khamē, in utilitatem uniuscuiusque qui eam auditurus est. Dies autem quo quievit est dies vigesimus quintus mensis khoiak. In pace Dei. Amen ». Desideratur codicis quaternio ē.

Vitam, cum praefatione paleographica et historica atque versione anglica, edidit M. H. Davis, *The life of Abba John Khamē*, in *Patrologia orientalis*, t. XIV, fasc. 2, Parisiis, 1919. In textu, paucae emendationes varii calami.

Codex eiusdem est manus ac codd. Vaticani coptici 60¹⁻³ eamdemque praebet indolem paleographicam. Continet quaterniones ā – ϫ̄ (ff. 86-117, pp. ⟨ā⟩ – ξ̄ϫ̄) amissoque fasciculo ē, quaternionem ς̄ (ff. 118-125, pp. πā – ϥ̄ϫ̄, folio 125 nota destituto) ad quem accedit f. 126 (absque nota). Inscriptiones et ornamenta minora in summis paginis extremis fasciculorum ut in cod. Vat. 60¹, ornamentum titulum involvens ususque minii ut in codicibus Vaticanis 60² et 60³; integra linea prima textus litteris maioribus exarata est, coloribus picta

rubro, viridi et croceo; litteras ceteris crassiores exhibent textus linea secunda et tertia necnon linea quarta quae minio scripta est. Invocationes in summis paginis leguntur: ⲫϯ ϫⲱ ⲛⲏⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ « Deus, dimitte mihi » (ff. 87v, 90v, 99v, 100v, 102v, 112v, 114v, 118v, 121v), ⲫϯ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ « Deus, miserere mihi » (ff. 88v, 103v, 116v), ϫⲱ ⲛⲏⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲡⲁ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ « Dimitte mihi, Domine Iesu » (f. 91v), ⲡⲁ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲁⲣⲓⲃⲟⲏ̀ⲑⲓⲛ ⲉⲣⲟⲓ « Domine Iesu, adiuva me » (f. 94v), ⲡⲁ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ « Domine Iesu, miserere mei » (f. 95v), ⲡⲁ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲁⲣⲓⲟⲩⲱⲓⲛⲓ ⲉ̀ⲣⲟⲓ « Domine Iesu, illumina me » (f. 97v), ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ (f. 104v), ⲡⲁ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ϫⲱ ⲛⲏⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ « Domine Iesu, dimitte mihi » (ff. 107v, 110v), ⲫϯ ⲁⲣⲓⲟⲩⲱⲓⲛⲓ ⲉⲣⲟⲓ « Deus, illumina me » (f. 120v).

F. 125 (post duplicem lineam lineolis flectuosis effectam, addita linea eiusdem indolis in fine), manu quae invocationes summis paginis apposuit: ⲟⲩⲛⲁⲓ ⲙ̀ⲫⲏ ⲉⲧⲥϧⲁⲓ · ⲁⲙⲏⲛ | ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲙ̀ⲫⲏ ⲉⲧⲱϣ · ⲁⲙⲏⲛ | ⲟⲩⲕⲁϯ ⲙ̀ⲫⲏ ⲉⲧⲥⲱⲧⲉⲙ · ⲁⲙⲏⲛ « Misericordia scribenti. Amen. Pax legenti. Amen. Intellectus audienti. Amen »; f. 125v, nota manu Iohannis, episcopi (sedis) Samannūd: ⲡⲓⲱⲟⲩ ⲫⲁ ⲫϯ ⲡⲉ | حبس على ولتاكى القديس بو مقار فمن اخرجه خارجا من القستالى الى | قلاية اخرى او الى مكان اخر خارجا عن | القستالى او استعاره ولم يرده | او اقتناه لنفسه دون كنيسة | بو مقار يكون تحت المنع | والحرم ويكون نصيبه مع | يهودا الاسخريوطا والاخذ | والمعطى حتى يخرجه كلاهما | تحت هذا الرباط الواحد وكتب | المسكين يونس خادم كرسى سمنود | بتاريخ (بولس خادم ابى شنود (Davis, p. 320, haud accurate: ببيج سنة احد وسبعين وتسع مائة « Dei est gloria. Legatum bibliothecae sancti Bū Maqār. Et quisquis asportat librum e tabulario ad cellam alteram vel ad alium locum extra tabularium, vel mutuatur eum nec refert eum, vel usurpat eum sibimetipsi exclusa ecclesia Bū Maqār, sub interdicto erit et sub anathemate Iudae Iscariotae. Qui vero librum capit et qui tradit ita ut asportetur, erunt ambo sub eodem vinculo. Scripsit pauper Iohannes, minister sedis (episcopalis) Samannūd (cf. A. Mallon, *Une école de savants égyptiens*, in *Mélanges de la faculté orientale de l'Université Saint-Joseph*, t. I, 1906, pp. 117-121) in epocha anni nongentesimi septuagesimi primi (= an. D. 1254-1255); f. 126, nota lectoris: بسم الاب والابن والروح القدس اله | واحد | اقسم على كل من قرا (supra lineam فى هذا الكتاب) بسم السيد المسيح ان | يذكرنى فى عقيب صلاته ويدعى لى بالرحمة | والمغفرة ويقول يا رب اغفر لعبدك يوحنا | الراهب بالاسم وكلمن ذكرنى المسيح يذكره قدام | ابيه والسبح لله دائما ابدا امين « In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, Dei unici. Quemvis in hoc libro legentem obsecro in nomine Christi Domini ut memor sit mei post orationem suam et impetret mihi veniam et misericordiam dicatque ' Domine, condona servo tuo Iohanni, monacho nomine '; et quisquis mei memor erit, Christus eius recordabitur coram Patre suo. Et laus Deo in perpetuum, in saeculum. Amen »; f. 126v, in media pagina: الحوابة المعمورة.

In plagula aversa operculi anterioris: *Assem. IX, n. 59*; ff. 1 et 126v, sigilla bibliothecae Vaticanae et bibliothecae Nationalis Parisiensis; f. 125v, sigillum bibliothecae Vaticanae.

In dorso tegumenti, e corio rubro confecti, auro impressa sunt nota *60* necnon stella et trimontium gentis Albani, i. e. Clementis XI, et scutum Benedicti Pamfili card. bibliothecarii.

61 (a. I. S. Assemani emptus 10). Membr., ff. 222, mm. 340×273.

Opera homiletica et hagiographica e variis codicibus, bohairice.

1 (ff. 1-63v) Saec. X, ff. 63, linn. 33, 34.

Vita Simeonis Stylitae auctore Antonio, discipulo eius, sub titulo ⲫⲃⲓⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ· ⲁⲃⲃⲁ ⲟⲩⲙⲉⲱⲛ (sic)· ⲫⲁϯⲙⲉⲥⲟⲡⲟⲧⲁⲙⲓⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲥⲩⲣⲓⲁ· ⲉ̀ⲁϥⲓⲥⲧⲟⲣⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲟϥ· ⲛ̀ϫⲉ ⲟⲩⲁⲓ· ⲛ̀ⲛⲉϥⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ· ⲉⲡⲉϥⲣⲁⲛ ⲡⲉ ⲁ̀ⲛⲧⲱⲛⲓⲟⲥ· ⲉϥϫⲱⲕ· ⲙⲉⲛ ⲉⲃⲟⲗ· ⲙ̀ⲡⲉⲧⲥϧⲏⲟⲩⲧ· ϫⲉ ⲉϥⲉϣⲱⲡⲓ· ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲑⲙⲏⲓ· ⲉⲩⲙⲉⲩⲓ̀ ⲛⲉⲛⲉϩ· ⲉⲩϩⲓⲕⲱⲛ ⲇⲉ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲁ̀ⲣⲉⲧⲏ· ⲧⲏⲣⲟⲩ· ⲛⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲃⲉⲛ· ⲉⲑⲟⲩⲱϣ ⲉ̀ⲱⲛϧ ϧⲉⲛ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲓⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅· ⲟⲩⲟϩ ⲟⲛ ⲉϥⲟⲩⲱⲛϩ· ⲉⲃⲟⲗ· ⲛ̀ⲛⲓϫⲟⲙ ⲛⲉⲙ ⲛⲓϣⲫⲏⲣⲓ ⲉⲧⲁ ⲫ̅ϯ̅ ⲉⲣⲉⲛⲉⲣⲅⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ· ⲉⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲟⲧϥ· ϧⲉⲛ ⲟⲩⲟⲩⲱⲛϩ ⲉ̀ⲃⲟⲗ· ⲙ̀ⲡⲉⲙⲑⲟ ⲛ̀ϩⲁⲛⲙⲏϣ ⲉⲩⲟϣ· ⲟⲩⲟϩ ϫⲉ ⲉ̀ⲧⲁϥϫⲱ ⲛ̀ⲥⲱϥ· ⲙ̀ⲡⲁⲓⲃⲓⲟⲥ (ⲃ alia manu mutatum in ⲇ)· ⲉⲁϥϫⲱⲕ ⲙ̀ⲡⲉϥⲇⲣⲟⲙⲟⲥ ⲉⲃⲟⲗ· ⲛⲉⲙ ⲡⲉϥⲁ̀ⲅⲱⲛ ⲉⲧⲉⲙⲡϣⲁ ⲛ̀ⲧⲁⲓⲟ ⲛⲓⲃⲉⲛ· ⲛ̀ⲥⲟⲩⲅ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲙⲉⲥⲱⲣⲏ· ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛⲧⲉ ⲫ̅ϯ̅ ⲁⲙⲏⲛ (ϧⲉⲛ... ⲁⲙⲏⲛ posteriore manu adiectum) « Vita patris nostri sancti abba Symeon viri Mesopotamiae Syriae, quam narravit unus ex eius discipulis cuius nomen est Antonius, adimplens quidem quod scriptum est: ' In memoria aeterna erit justus '; in exemplar omnium virtutum cunctis qui volunt vivere in Christo Iesu Domino nostro; ad annuntiandum etiam virtutes et mirabilia quae fecit Deus per ipsum manifeste, coram multitudine magna; et (quomodo) reliquit hanc vitam, quum consummasset suum cursum et suum luctamen dignum omni laude, die tertio mensis mesorē. In pace Dei. Amen ».

Inc.: ⲫϯ ⲫⲏ ⲉⲧⲟⲩϯ ⲱⲟⲩ ⲛⲁϥ ϧⲉⲛ ⲛⲏⲉⲑⲟⲩⲁⲃ « Deus, quem laudant in sanctis »; des. fine mutilus: ϩⲓⲛⲁ ⲛⲧⲉⲛⲉⲣϣⲫⲏⲣ ⲛⲉⲙⲁϥ ⲟⲛ ⲉⲡⲭⲗⲟⲙ... ⲛⲧⲉⲛϣⲁϣⲛⲓ ⲉⲧⲁⲡⲟⲗⲁⲩⲥⲓⲥ ⲛⲉⲙ ⲡⲟⲩⲛⲟϥ « ut participes simus cum ipso etiam coronae... ut consequamur oblectationem et gaudium ».

Codicem commentatus est eiusque ff. 1-31 germanice partim ad litteram vertit, partim compendio tradidit W. E. Crum, *Die koptische Uebersetzung des Lebens Symeons des Styliten*, in ephemeride *Zeitschrift für die neutestamentliche Wissenschaft*, t. XXVI, 1927, pp. 119-128. De vita graeca s. Symeonis Stylitae, auctore Antonio, vide H. Lietzmann, *Das Leben des heiligen Symeon Stylites*, in *Texte und Untersuchungen zur Geschichte der*

altchristlichen Literatur, t. XXXII, fasc. 4, Lipsiae, 1908, pp. 19-79, 200-211, 218-223.

In summo f. 1, manu posteriore: ⲥⲟⲩ̅ⲅ̅ ⲙⲙⲉⲥⲱⲣⲏ « Die tertio mesōrē ». In marginibus, et quandoque etiam in ipso textu, nonnulla occurrunt signa et notae lectionem spectantia, diversarum manuum et aetatum: ⲱϣ « Lege », ϣⲁ « Usque », passim; f. 20, ϣⲁ ⲡⲁⲓ « Usque ad hoc »; ⲥ ante interrogationes passim (ff. 26ᵛ, 29ᵛ, 44, primae manus); f. 39ᵛ, ⲥⲟⲕⲥ « Trahe »; f. 43ᵛ, ⲁϣ; f. 44ᵛ, ⲱϣ ⲉⲃⲟⲗ « Exclama »; f. 63ᵛ, ad verba ϩⲓⲛⲁ ⲛⲧⲉⲛⲉⲣϣⲫⲏⲣ « Ut participes simus »; ⲥⲕⲉⲣ (= ⲥⲕⲉⲣⲕⲉⲣ) « Protrahe »; ff. 29, 30, 31, 32, ⲅ; ff. 40, 42ʳ·ᵛ, 43ᵛ, 44, ϭ; f. 27ᵛ, in mg. ext. ad linn. 1-8: ⲁⲣⲭ(ⲏ), ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ ϥ̅ⲑ̅, ⲭⲁⲕ « Initium », « Domine Iesu, miserere mei. Amen », « Desine »; ff. 41, 44, crux marginalis distinguit initium orationis eiusque finem signum ·/. (= ϣⲁ); ff. 29-44ᵛ, varia signa lineolis tum directis tum transversis diversimode composita. Occurrunt in textu emendationes varii calami.

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 114, ff. 112-167ᵛ.

Codex eiusdem amanuensis est ac cod. Vat. copt. 67[1] et cod. Lipsiensis Tischendorf XXV, ff. 8-10. Ductus plagulae carneae membranae impressi margines, columellas ad litteras marginales recipiendas et spatium duarum circiter linearum definiunt; spatium scripturae servatum est circiter mm. 275 × 185. Efficitur codex quaternionibus ⲁ̅ – ⲍ̅ (ff. 1-56, pp. ⟨ⲁ̅⟩ – ⲣ̅ⲓ̅ⲃ̅) et foliis septem quaternionis ⲏ̅ (ff. 57-63, pp. ⲣ̅ⲓ̅ⲅ̅–ⲣ̅ⲕ̅ⲉ̅) cuius folium ultimum cum fine conclusionis desideratur. Paginarum notae appositae sunt summis foliis aversis secundum numeros pares necnon, secundum numeros impares, in summo angulo externo plagulae initialis fasciculorum. In summis plagulis extremis fasciculorum, variae formae ornamentum rubri, flavi et viridis coloris, inter invocationes ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅, praeterquam in f. 1 et in f. 24 quod notam praebet fasc. ⲅ̅, at caret ornamento consueto et, pro solita invocatione, habet ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ « Domine Iesu Christe »; leviora ornamenta, minio tacta, in iisdem paginis extremis per summum marginem protrahuntur. Titulum ac folii 1 margines externum et imum decorat ornamentum lineis inter se innexis confectum ac pigmentis rubro, viridi et croceo obductum, ad cuius normam exaratae sunt textus litterae primae praegrandes ⲫ† ⲫⲏ quae mediam fere partem occupant plagulae initialis. Minio effecta sunt ductus qui comitantur paginarum notas numericas usque ad f. 10ᵛ, interpunctionis signa (·) in ipso textu, ⟨· in fine paragraphorum, addita nonnunquam lineola flexuosa), signa marginalia quae comitantur interdum Scripturae locos et auctorum excerpta (cf. Crum, op. laud., p. 120, n. 1, p. 121) vel initia distinguunt quarumdam paragraphorum, litterae paucae initiales cum suis ornamentis. Minio tactae sunt litterae marginales passim. Nonnullarum paragraphorum initium signat vel littera initialis maior coloribus picta rubro, viridi et flavo cum ornamento similiter picto, vel ornamentum solum. Textus exaratus est unciali rotunda, unciali vero oblonga: titulus, notae numericae, invocationes in plagulis extremis fasciculorum et invocationes quae insuper in summis ff. aversis passim occurrunt, scil. ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ ⲛⲁⲧⲁⲛⲏ « Domine Iesu

Christe, miserere nobis in dilectione » (f. 1ᵛ), ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ (ff. 2ᵛ, 5ᵛ, 23ᵛ, 31ᵛ), ⲡⲁ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ « Domine Iesu Christe » (ff. 7ᵛ, 12ᵛ, 44ᵛ, 50ᵛ, 61ᵛ), ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ (ff. 14ᵛ, 19ᵛ, 22ᵛ, 27ᵛ), ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ ⲛⲁⲅⲁⲡⲏ « Iesu, miserere mei in dilectione » (f. 28ᵛ), ⲡⲁ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ « Domine Iesu, miserere mei » (f. 30ᵛ), ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ « Iesu Christe, miserere mei » (f. 41ᵛ); accentus efformantur tum puncto, tum puncto in lineolam curvam producto; vocem coarctatam ⲫ̅ϯ̅ signat lineola flexuosa. Ff. 1, 9, 17, in summo angulo interno, manus posterior fasciculos ⲁ̅ – ⲅ̅ signavit notis ⲓ̅ⲇ̅, ⲓ̅ⲉ̅, ⲓ̅ⲋ̅; in imo f. 1: ⲣ̅ⲕ̅ⲑ̅. F. 1 phototypice edidit H. Hyvernat, *Album*, tab. XXXV, ac partem superiorem f. 56ᵛ (olim 61ᵛ), ibid., tab. XLII 2.

2 (ff. 64-81ᵛ) Saec. X, ff. 18, linn. 29-33.

Martyrium sancti apa Ari, sub titulo **ϯⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫⲏ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲁⲡⲁ ⲁⲣⲓ ⲡⲓⲡⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ϣⲉⲧⲛⲟⲩϥⲓ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓⲅⲉⲛⲛⲉⲟⲥ ⲙⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲉⲧⲁϥϫⲟⲕⲥ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲥⲟⲩ ⲑ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲙⲉⲥⲱⲣⲏ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ̅ϯ̅ ⲁ̀ⲙⲏⲛ** « Martyrium sancti apa Ari, presbyteri (civitatis) Šetnūfi (cf. E. Amélineau, *La géographie de l'Égypte*, Parisiis, 1893, pp. 424, 425) et fortis martyris Domini nostri Iesu Christi, quod consummavit die nono mensis mesōrē. In pace Dei. Amen ».

Codicem cum versione gallica edidit H. Hyvernat, *Les actes des martyrs de l'Égypte*, t. I, Parisiis, 1886, pp. 202-224.

In summo f. 64, manu recentiore: **ⲥⲟⲩ ⲑ̅ ⲙⲙⲉ(ⲥⲱⲣⲏ)** « Die nono mesōrē »; f. 65, in mg., manu rudi: **ⲱ[ϣ]** « Lege »; f. 77, in mg., **ϣⲁ** « Usque »; paucae occurrunt in textu emendationes varii calami.

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 114, ff. 62-75ᵛ.

Ductus stilo sicco plagulae carneae membranae impressi duas circiter scripturae lineas marginesque definiunt; spatium scripturae servatum est circiter mm. 260 × 175. Constat codex quaternione ⲁ̅ (ff. 64-71, pp. ⟨ⲁ⟩ – ⲓ̅ⲋ̅; paginarum et fasciculorum notae, ⲓ̅ⲋ̅ et ⲁ̅, unice apparent in f. 71ᵛ), quaternione omni nota destituto (ff. 72-79) ac foliis duobus, similiter nota carentibus (ff. 80, 81); in summo f. 71ᵛ, ornamentum atramento delineatum, inter inscriptiones ⲩ̅ⲥ̅ ⲑ̅ⲩ̅. Titulum, qui eadem unciali rotunda scriptus est ac ipse textus, includunt lineae inter se innexae rubri, flavi ac viridis coloris; iisdem coloribus pictum est ornamentum in forma ramorum quod folii primi marginem externum decorat. Caeterum pigmentis et minio caret codex. Littera initialis reliquas litteras marginales et linea prima caeteras mensura excedunt; non raro desiderantur interpunctionis signa in spatio vacuo; accentus tum puncto tum lineola tum puncto in lineolam curvam producto efficiuntur; lineolam super vocem coarctatam ⲫ̅ϯ̅ librarius saepe omittit; titulum et textum f. 64, semi deletos, manus recentior atramento restituit. Codicem concludit triplex ductus leviter ornatus, atramento effectus. In summo angulo interno ff. 64, 72, 80, fasciculorum notae recentiores ⲕ̅ⲁ̅, ⲕ̅ⲃ̅, ⲕ̅ⲅ̅. In imo f. 64: ⲣ̅ϥ̅ⲃ̅.

3 (ff. 82-116^{v}) Saec. X in., ff. 35, linn. 31-33.

Sermo Petri Alexandrini de contemptu rerum mundanarum, de resurrectione, de iudice venali et de Michaele archangelo, sub titulo ⲟⲩⲕⲁⲑⲏⲅⲏⲥⲓⲥ ⲉ̀ⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟⲥ ⲛ̀ϫⲉ ⲁⲃⲃⲁ ⲡⲉⲧⲣⲟⲥ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉ̀ⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲣⲁⲕⲟϯ ⲉⲑⲃⲉ ⲛⲏ ⲉⲧⲭⲱ ⲛ̀ϩⲏⲑⲟⲩ ⲉ̀ϯⲙⲉⲧⲣⲁⲙⲁⲟ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲭⲣⲏⲙⲁ ⲛⲉⲙ ⲧⲟⲩⲙⲉⲧϫⲱⲣⲓ ⲉⲩϥⲱϫⲓ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲛⲓϣⲁⲉ̀ⲛⲉϩ ⲉⲩⲭⲱ ⲛ̀ϩⲏⲑⲟⲩ ⲉ̀ⲛⲓⲡⲣⲟⲥⲟⲩⲥⲏⲟⲩ ⲙ̀ⲙⲁⲩⲁ̀ⲧⲟⲩ ⲁϥⲥⲁϫⲓ ⲇⲉ ⲟⲛ ⲉⲑⲃⲉ ϯⲁ̀ⲛⲁⲥⲧⲁⲥⲓⲥ ⲉⲑⲛⲁϣⲱⲡⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲥⲱⲛⲧ ⲧⲏⲣϥ ⲉ̀ⲁϥϫⲟⲥ ⲇⲉ ϫⲉ ⲁⲣⲉϣⲧⲉⲙ ⲡⲓⲣⲱⲙⲓ ⲉⲣⲇⲓⲟ⟨ⲓ⟩ⲕⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲙ̀ⲙⲁⲩⲁⲧϥ ⲙ̀ⲙⲟⲛ ϣϫⲟⲙ ⲛ̀ⲧⲉ ⲟⲩⲟⲩⲣⲟ ⲟⲩⲇⲉ ⲟⲩⲁⲣⲭⲱⲛ ⲟⲩⲇⲉ ⲟⲩϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ ⲉⲣⲇⲓⲟⲓⲕⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲁϥⲥⲁϫⲓ ⲇⲉ ⲟⲛ ⲉⲑⲃⲉ ⲛⲏⲉⲧⲕⲱⲗϫ ⲙ̀ⲡⲓϩⲁⲡ ⲉⲑⲃⲉ ⲇⲱⲣⲟⲛ ⲉϥϯⲥⲃⲱ ⲛ̀ⲛⲓⲛⲓϣϯ ⲛ̀ⲁⲫⲏⲟⲩⲓ̀ ⲕⲁⲧⲁ ⲙⲁ ⲉϥϧⲱⲛϫ ⲉ̀ⲣⲱⲟⲩ ⲉ̀ⲑⲣⲟⲩⲉⲣⲙⲁⲓϩⲏⲕⲓ ⲁϥϫⲉ ϩⲁⲛⲕⲟⲩϫⲓ ⲇⲉ ⲟⲛ ⲉⲑⲃⲉ ⲡⲧⲁⲓⲟ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲙⲓⲭⲁⲏⲗ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲥⲧⲣⲁⲧⲏⲅⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲧϫⲟⲙ ⲛ̀ⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ̀ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ︦ϯ︦ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « Catechesis quam protulit abba Petrus archiepiscopus Alexandrinus de iis qui cor apponunt divitiis et opibus et eorum potentiae, fraudantes seipsos rebus aeternis, cor apponentes solis temporalibus. Locutus est etiam de resurrectione futura creaturae omnis quum dixisset: si homo seipsum regere non potest, neque rex, neque princeps, neque dux ipsum regere valet. Locutus est etiam de iis qui inflectunt iudicium propter donum, docens magnates in singulis locis, hortans eos ut diligant pauperes. Dixit etiam pauca de honore Michaelis archangeli, summi ducis exercitus caelorum. In pace Dei. Amen ».

Inc.: ϯⲛⲁϭⲓ̀ ⲛ̀ⲧⲁⲣⲭⲏ ⲙ̀ⲡⲓⲥⲁϫⲓ ⲉ̀ϫⲱⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲛⲓⲙ ⲓⲉ ⲁⲛⲛⲁⲉⲣⲛⲓⲙ ⲙ̀ⲡⲣⲟⲟⲓⲙⲓⲟⲛ ⲙ̀ⲡⲓⲥⲁϫⲓ « A quo mihi assumam exordium sermonis, vel quodnam faciemus prooemium orationi? »; des.: ϩⲓⲛⲁ ⲁϥϣⲁⲛⲕⲱϯ ⲛ̀ⲥⲱⲛ... ϣⲁ ⲉ̀ⲛⲉϩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲉ̀ⲛⲉϩ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲁⲙⲏⲛ « ut si quaerat nos... in saeculum saeculorum omnium. Amen ».

Huius homiliae fragmenta servant: bohairice, codex Lipsiensis Tischendorf XXV, f. 15 (cf. W. E. Crum, *Hagiographica from Leipzig manuscripts*, in ephemeride *Proceedings of the Society of biblical Archaeology*, t. XXIX, 1907, p. 305, O. von Lemm, *Kleine koptische Studien LI*, in *Mémoires de l'Académie impériale des sciences de S. Pétersbourg, classe phil. hist.*, ser. VIII, t. VIII, fasc. 12, 1908, pp. 4, 5; respondet fragmentum textui codicis inde a f. 114^{v}, lin. 12 a. fin. usque ad f. 115^{v}, lin. 13); sahidice, codex Borgianus bibliothecae Nationalis Neapolitanae I B 14, n. 461 = Zoega CCLXXXVIII, duo folia priora (pp. ⲗ︦ⲑ︦–ⲙ︦ⲃ︦), codex

Neo Eboracensis Pierpont Morgan M 602, ff. 2-14, codices Parisini bibliothecae Nationalis copt. 130^{5}, ff. 61, 102, copt. 131^{3}, ff. 81-85, copt. 131^{6}, ff. 38, 43, copt. 131^{7}, f. 49, codex bibliothecae Nationalis Vindobonensis K 9808, necnon fragmentum papyraceum cuius textus edidit et anglice vertit W. E. Crum, *Theological texts from Coptic papyri*, in *Anecdota Oxoniensia*, semitic. ser., t. XII, Oxonii, 1913, pp. 56, 57 (cf. Arn. van Lantschoot, *Allocution de Timothée d'Alexandrie*, in ephemeride *Le Muséon*, t. XLII, 1934, p. 23, n. 29). Vide etiam W. E. Crum, *Texts attributed to Peter of Alexandria*, in ephemeride *Journal of theological Studies*, t. IV, 1902-1903, pp. 387, 388, 394-397.

F. 82, in summo margine, manu posteriore: **ⲥⲟⲩⲓ̅ⲃ̅ ⲙ̀ⲙⲉⲥⲱⲣⲏ ϧⲉⲛ ⲁⲃⲃⲁ ⲃⲉⲛⲟϥⲉⲣ** « Die duodecimo mesōrē; in abba Benofer »; nonnullae occurrunt in textu emendationes diversarum manuum.

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 114, ff. 76-109.

Codex eiusdem est amanuensis, scil. Theodori (cf. cod. Vat. copt. 66^{3}, f. 95), ac codices Vaticani coptici 63^{2}, 66$^{1-3}$, 66^{10}, Lipsiensis Tischendorf XXIV, f. 41, Mancuniensis 446; specimina scripturae vide ap. H. Hyvernat, *Album*, tab. XLI 3, et E. Tisserant, *Specimina codicum orientalium*, Bonnae, 1914, tab. 77. Ductus stilo sicco plagulae carneae membranae impressi tum margines tum duarum circiter linearum spatium definiunt; spatium scripturae servatum est circiter mm. 260 × 175. Efficitur codex quaternionibus ⲁ̅ – ⲇ̅ (ff. 82-113, pp. ⟨ⲁ̅⟩ – ⲝ̅ⲇ̅) et tribus foliis binionis ⲉ̅ (ff. 114-116, pp. ⟨ⲝ̅ⲉ̅⟩ – ⲟ̅); in summis foliis extremis fasciculorum, praeterquam in ff. 82 et 116^{v}, apparent ornamenta minora inter inscriptiones ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ (ff. 89^{v}, 98), ⲓ̅ⲥ̅ ⲭ̅ⲥ̅ (ff. 90, 97^{v}, 105^{v}, 106, 113^{v}), ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲭ̅ⲥ̅ (f. 114). Inscriptiones illae et paginarum fasciculorumque notae exaratae sunt unciali oblonga, titulus vero codicis et textus unciali rotunda; accentus lineola vel puncto notantur. Partis mediae fasciculorum utramque plagulam distinguit crux: in summo mg. pro pagina aversa, in imo mg. pro pagina recta. Titulum decorat ornamentum, lineis inter se innexis confectum, rubri, viridis et flavi coloris; eadem praebent pigmenta rami cum floribus imi marginis f. 82 et littera initialis homiliae cuius linea prima caeteris est amplior. Minio exarata sunt interpunctionis signa (desunt in ff. 82, 96^{v}, 97, 113^{v}, 114 et 116^{v}); minio tactae sunt aliquando litterae **ⲟ** et **ⲥ** post interpunctionem. Non raro partim vacua relicta est penultima paragraphorum linea. In foliis aversis 84, 92, 98, 102, 108, crux punctis effecta; in foliis primis fasciculorum, manu posteriore sat rudi, positae sunt in summo angulo interno notae ⲓ̅ⲁ̅ – ⲓ̅ⲉ̅ Textum concludit triplex linea punctis et lineolis directis effecta. In imo f. 82: ⲣ̅ⲓ̅ⲑ̅.

4 (ff. 117-142^{v}) Saec. IX-X, ff. 26, linn. 31-33.

Sermo Theodosii Alexandrini de Assumptione B. M. V., sub titulo **ⲟⲩⲗⲟⲅⲟⲥ· ⲉ̀ⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟϥ ⲛϫⲉ ⲡⲉⲛⲧⲣⲓⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲛ̀ⲓⲱⲧ ⲁⲃⲃⲁ ⲑⲉⲟ̀ⲇⲟⲥⲓⲟⲥ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲣⲁⲕⲟϯ· ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓⲟ̀ⲙⲟⲗⲟⲅⲓⲧⲏⲥ· ⲉ̀ⲧⲉⲣⲫⲟⲣⲓⲛ ⲙ̀ⲡⲭ̅ⲥ̅· ⲉⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟϥ ⲇⲉ· ⲉ̀ⲧⲁⲛⲁⲗⲩⲙⲯⲓⲥ**

ⲛ̀ⲧⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲧⲏⲣⲉⲛ· ϯⲑⲉⲟ̀ⲧⲟⲕⲟⲥ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ ⲙⲁⲣⲓⲁ· ⲛ̀ⲥⲟⲩⲓ̅ⲉ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁ̀ⲃⲟⲧ ⲙⲉⲥⲟⲩⲣⲏ· ⲉⲁϥⲉⲣϩⲏⲧⲥ ⲓⲥϫⲉⲛ ϯⲟⲓⲕⲟⲛⲟⲙⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲭ̅ⲥ̅· ϣⲁ ⲡϫⲱⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲧⲁⲓⲁ̀ⲅⲓⲁ̀ ⲙ̀ⲡⲁⲣⲑⲉⲛⲟⲥ· ⲛⲉⲙ ⲧⲉⲥⲁ̀ⲛⲁⲗⲩⲙⲯⲓⲥ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ· ⲉ̀ⲧⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟ̀ ⲇⲉ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲗⲟⲅⲟⲥ· ϧⲉⲛ ϯϧⲁⲏ̀ ⲛ̀ⲣⲟⲙⲡⲓ· ⲉ̀ⲧⲉϥⲛⲁⲙ̀ⲧⲟⲛ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲛ̀ϧⲏⲧⲥ· ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ︦ϯ︦ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « Sermo quem protulit ter beatus pater noster abba Theodosius archiepiscopus Alexandrinus et confessor Christophorus; protulit eum de assumptione Dominae nostrum omnium Deiparae sanctae Mariae, die decimo mensis mesōrē, incipiens ab oeconomia Christi usque ad consummationem huius sanctae Virginis et eius assumptionem sanctam; protulit hunc sermonem ultimo anno, quo ipse obdormivit (= an. D. 566-567). In pace Dei. Amen ».

Inc.: ⲙⲫⲟⲟⲩ ⲁⲥϫⲟⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ϫⲉ ϯⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓϩⲩⲙⲛⲟⲗⲟⲥ ⲇⲁⲩⲓⲇ « Hodie impleta est prophetia hymnologi David »; des. fine mutil.: ⲕⲁⲧⲁⲫⲣⲏϯ ⲉ̀ⲧⲁϥϫⲟⲥ· ϫⲉ ⲉⲓϩⲟⲕⲉⲣ· ⲁⲧⲉⲧⲉⲛ⟨ⲧⲉⲙ⟩ⲙⲟⲓ· ⲟⲩⲟϩ ⲛⲁⲓⲟ̀ⲃⲓ ⲡⲉ ⲁⲧⲉⲧⲉⲛⲧⲥⲟⲓ « sicut dixit: ' esurivi et nutrivistis me, sitivi et dedistis mihi potum ' (Matth. 25, 35) ».

Partem codicis narrativam (f. 124^{v}, lin. penult., ⲁϥϫⲉⲕ ϩⲱⲃ ⲛⲓⲃⲉⲛ, usque ad f. 141, lin. 4 a. fin., ⲕⲁⲧⲁ ⲧⲉϥϫⲟⲙ) edidit et anglice vertit Forbes Robinson, *Coptic apocryphal Gospels*, in *Texts and Studies*, t. IV, fasc. 2, Cantabrig., 1896, pp. 90-127, codice accurate descripto pp. xxv, xxvi, additisque, p. 219, variis lectionibus e codice Crawford 46 (nunc Mancuniensi 441 bibliothecae John Rylands, cf. W. E. Crum, *Catalogue of the Coptic manuscripts*, Mancunii, 1909, p. 219) necnon, pp. xxvi, xxvii, excerptis e cod. Cantabrigiensi Add. 1876. 8. Initium homiliae iuxta cod. copt. Cahirensem 9 edidit et anglice vertit H. G. Evelyn White, *The Monasteries of the Wadi 'n Natrūn*, t. I, Neo Eboraci, 1926, p. 61; ibidem, p. 62, textui quem edidit Forbes Robinson varias adiecit lectiones e fragmentorum serie Cahirensi 9$^{Add.}$ i-iii, ad quam pertinent tum fragmentum mox laudatum Mancuniense 441, tum fragmenta Lipsiensia Tischendorf XXVI, f. 1, et XXVII, f. 9. De aliis codicibus copticis ad Dormitionem Mariae spectantibus, vide H. G. Evelyn White, op. laud., pp. 54-60. De textibus graecis aliisque, vide M. Jugie, *L'Assomption de la Sainte Vierge dans les cinq premiers siècles*, in ephemeride *Échos d'Orient*, 1926, fasc. 1-3, necnon *Bibliotheca hagiographica orientalis*, Bruxellis, 1910, pp. 146-149.

In summo folio 118, manu posteriore: ⲫⲁⲓ ⲙ̀ⲙⲉⲑⲙⲏⲓ ⲛ̀ⲥⲟⲩⲓ̅ⲋ̅ ⲙ̀ⲙⲉⲥⲱⲣⲏ· ϧⲉⲛ ϯⲡⲁⲣⲑⲉⲛⲟⲥ « Hoc proprie die decimo sexto (mensis) mesōrē; in (sanctuario) Virginis ». F. 133, in mg.: ϣ[ⲁ] « Usque »; occu-

runt passim, in marginibus et in textu, signa /// (= ⲱϣ « Lege ») et ·/. (= ϣⲁ « Usque »); paucae emendationes, partim minio, varii calami.

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 117, ff. 46v-69.

Exaratus est codex ab eodem calligrapho eamdemque praebet indolem palaeographicam ac cod. Vat. copt. 58[8] (vide p. 394). Complectitur quaterniones ⲁ̅ – ⲅ̅ (ff. 117-140, ff. [sic] ⟨ⲁ⟩ – ⲕ̅ⲇ̅) et sola folia duo priora fasciculi ⲇ̅ (ff. 141, 142, ⲕ̅ⲉ̅, ⲕ̅ⲋ̅); fasciculorum plagulas extremas, excepto f. 117, decorat ornamentum quandoque minio tactum inter inscriptiones: ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ (ff. 124v, 132v, 140v), ⲕⲁⲓ ⲕⲁⲛ (ff. 125, 133), ⲓ̅ⲥ̅ ⲭ̅ⲩ̅ (f. 141). Minio tactae sunt quandoque litterae marginales ⲟ, ⲥ, ⲱ, ϧ et littera communis ⲟ, raro littera ⲫ; rubra sunt autem pars sinistra litterarum marginalium ⲁ et ⲇ, passim, necnon signa quae locos biblicos comitantur et ornamenta quae sectionum initium distinguunt. Ornamenta in capite codicis, littera initialis et prima textus linea, fere se habent ut in cod. Vat. copt. 61[3]. F. 126v, lin. 13, ⲭⲣⲱⲙ prima manu rescriptum est in rasura; f. 140, ⲉⲧⲉϥⲧⲩⲭⲏ iteratum linea rubra cancellatum est. Ff. 117v-120, in mgg., manu posteriore, versio arabica quorumdam vocabulorum copticorum in textu occurrentium; f. 137, in imo mg., conscribillationes. Ff. 117, 125, 133, manus posterior notis ⲁ̅ – ⲅ̅ fasciculos signavit in summo angulo interno; f. 117, litteras partim deletas atramento restituit manus recentior; ibid., in imo mg.: ⲣ̅ⲛ̅ⲉ̅.

5 (ff. 143-184v) An. 962 (= an. Mart. 678, cf. f. 143), ff. 42, linn. 30, 31.

Homilia de patriarchis Abraham, Isaac et Iacob, sancto Athanasio, archiepiscopo Alexandrino, adscripta, sub titulis: f. 143v, ⲫⲁⲓ ⲡⲉ ⲡⲓϫⲓⲛⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲥⲱⲙⲁ· ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲉⲛⲓⲟϯ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ· ⲡⲓⲅ̅ ⲙ̀ⲡⲁⲧⲣⲓⲁ̀ⲣⲭⲏⲥ· ⲁ̀ⲃⲣⲁⲁⲙ· ⲛⲉⲙ ⲓ̀ⲥⲁⲁⲕ· ⲛⲉⲙ ⲓ̀ⲁⲕⲱⲃ ⲡⲓⲥ̅ⲗ̅· ⲁ̀ⲃⲣⲁⲁⲙ ⲙⲉⲛ· ⲁ̀ϥⲭⲁ ⲥⲱⲙⲁ ⲉ̀ϧⲣⲏⲓ ⲛ̀ⲥⲟⲩⲕ̅ⲏ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁ̀ⲃⲟⲧ ⲙⲉⲥⲱⲣⲏ· ⲓ̀ⲥⲁⲁⲕ ⲇⲉ ⲟⲛ· ⲛ̀ⲥⲟⲩⲕ̅ⲏ̅· ⲓ̀ⲁⲕⲱⲃ ⲇⲉ ⲟⲛ ⲛ̀ⲥⲟⲩⲕ̅ⲏ̅· ⲙ̀ⲡⲁⲓⲁ̀ⲃⲟⲧ ⲣⲱ ⲟⲛ ⲙⲉⲥⲱⲣⲏ· ⲟⲩⲟϩ ⲁ̀ⲩϭⲓⲧⲟⲩ ⲉ̀ⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ̀ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲱ̀ⲟⲩ· ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲧⲁⲓⲟ̀· ⲫⲁⲓ ⲉ̀ⲧⲁϥⲟⲩⲟⲛϩϥ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁ̀ⲃ· ⲁⲃⲃⲁ ⲁ̀ⲑⲁⲛⲁⲥⲓⲟⲥ ⲡⲓⲁ̀ⲣⲭⲏⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲣⲁⲕⲟϯ· ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓⲁ̀ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲓⲕⲟⲥ ⲡⲓⲁ̀ⲗⲉⲝⲁⲛⲇⲣⲉⲁ̀ⲥ· ⲫⲁⲓ ⲉ̀ⲧⲁϥⲭⲉⲙϥ ϧⲉⲛ ϩⲁⲛⲥⲩⲛⲧⲁⲅⲙⲁ ⲛ̀ⲁⲣⲭⲉⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲉⲛⲓⲟϯ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁ̀ⲃ ⲛ̀ⲁ̀ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ· ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ︦ϯ︦ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « Hic est exitus e corpore patrum nostrorum sanctorum trium patriarcharum Abraham, Isaac et Iacob (seu) Israel. Abraham quidem deposuit corpus die vigesimo octavo mensis mesōrē, Isaac iterum die vigesimo octavo, Iacob rursum die vigesimo octavo eiusdem mensis mesōrē et recepti sunt in caelis cum gloria et honore; quem (exitum) manifestavit pater noster sanctus abba Athanasius, archiepiscopus (civitatis) Rakoti et apostolicus Alexandrinus, quem invenit in libris antiquis patrum nostrorum sanctorum apostolo-

rum. In pace Dei. Amen »; f. 159: ⲫⲁⲓ ⲡⲉ ⲡⲓϫⲓⲛⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲥⲱⲙⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲓ̀ⲥⲁⲁⲕ ⲡⲓⲡⲁⲧⲣⲓⲁ̀ⲣⲭⲏⲥ ⲡϣⲏⲣⲓ ⲛ̀ⲁⲃⲣⲁⲁⲙ ⲛ̀ⲥⲟⲩⲕ̄ⲏ̄ ⲙ̀ⲡⲓⲁ̀ⲃⲟⲧ ⲙⲉⲥⲱⲣⲏ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ̄ϯ̄ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « Hic est exitus e corpore patriarchae Isaac, filii Abraham, die vigesimo octavo mensis mesōrē. In pace Dei. Amen »; f. 173: ⲫⲁⲓ ϩⲱϥ ⲟⲛ ⲡⲉ ⲡⲓϫⲓⲛⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲥⲱⲙⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲓ̀ⲁ̀ⲕⲱⲃ ⲡⲓⲡⲁⲧⲣⲓⲁⲣⲭⲏⲥ· ⲫⲏ ⲉ̀ⲧⲟⲩⲙⲟⲩϯ ⲉ̀ⲣⲟϥ ϫⲉ ⲡⲓⲥ̄ⲗ̄· ⲛ̀ⲥⲟⲩⲕ̄ⲏ̄ ⲙ̀ⲡⲓⲁ̀ⲃⲟⲧ ⲙⲉⲥⲱⲣⲏ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ̄ϯ̄ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « Hic ipse etiam est exitus e corpore patris nostri Iacob patriarchae, quem vocant Israel, die vigesimo octavo mensis mesōrē. In pace Dei. Amen ».

Codicem edidit Ignatius Guidi, *Il testo copto del Testamento di Abramo*, in *Rendiconti della reale Accademia dei Lincei, Classe di scienze morali, storiche e filologiche*, ser. V, t. IX, Romae, 1900, pp. 157-180; *Il Testamento di Isacco e il Testamento di Giacobbe*, ibid., pp. 223-264, cum praefatione de aliis horum apocryphorum recensionibus; tria Testamenta germanice vertit, additis notis philologicis, E. Andersson, *Abraham's Vermächtnis*, in ephemeride *Sphinx*, t. VI, 1903, pp. 220-236, *Isak's Vermächtnis*, ibid., t. VII, 1903, pp. 77-94, *Jacob's Vermächtnis*, ibid. pp. 129-142. Sahidice servatum est Testamentum Isaac in codice Pierpont Morgan M 577, ff. 12v-25v. Vide etiam Montague Rhodes James, *The Testament of Abraham*, in *Texts and Studies*, t. II, fasc. 2, Cantabrigiae, 1892.

In summo f. 143v, manu posteriore: ⲡⲓγ̄ ⲙ̀ⲡⲁⲧⲣⲓⲁⲣⲭⲏⲥ « Tres patriarchae »; in margine externo, manu rudi: ⲥⲟⲩⲕ̄ⲏ̄ ⲙⲙⲉⲥⲱⲣⲏ « Die vigesimo octavo mesōrē »; ff. 159, 173, in summo mg., eadem manu: ⲕ̄ⲏ̄ ⲟⲛ « 28 rursum ». Passim, in mgg., varia occurrunt signa lectionis: ⲱϣ (vel ⲱ) « Lege », ϣⲁ (vel ϣ) « Usque », ϫⲁ « Desine »; f. 154v, prima ut videtur manu: ϫⲁ ⲉ̀[ⲃⲟ]ⲗ « Desine »; in textu, paucae emendationes varii calami.

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 117, ff. 69v-100v.

Codex ab eodem librario exaratus est ac codices Vaticani coptici 62[15] et, ut videtur, 66[12], 68[4]; specimina scripturae vide ap. H. Hyvernat, *Album*, tabb. XXIX, XXX et XLII 4. Binas lineas scripturae necnon margines definiunt ductus stilo sicco plagulae carneae membranae impressi; spatium scripturae servatum est circiter mm. 270 × 175. Continet codex folium ultimum quaternionis ⲗ̄ (f. 143), quaterniones ⲉ̄ – ⲍ̄ (ff. 144-167), binionem ⲏ̄ (ff. 168-171), folia novem quinionis ⲑ̄ (ff. 172-180) et binionem ⲓ̄ (ff. 181-184); notae fasciculorum appositae sunt eorum foliis extremis, nota ⲏ̄ f. 172 perperam scripta pro ⲑ̄. Paginarum notae, appositae plagulis aversis secundum numeros pares necnon secundum numeros impares in summo angulo externo folii initialis fasciculorum, leguntur

ⲝ̅ⲗ̅ – ⲣ̅ⲙ̅ⲗ̅ (ff. 143^{v}-184^{v}), quarum solae integrae servatae sunt notae ⲝ̅ⲗ̅ – ⲣ̅ⲕ̅ⲁ̅, ⲣ̅ⲗ̅, reliquarum parte dextra erasa; notam ⲣ̅ⲙ̅ⲗ̅ refecit manus recentior. In fasciculorum plagulis extremis, ornamentum, lineis inter se innexis atramento exaratum, separat inscriptiones: ⲭ̅ⲉ̅ ⲟ ⲑ̅ⲥ̅ ⲟ ⲇⲩⲛⲁⲙⲉⲱⲥ (ff. 143^{v}, 159^{v}), ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ « Iesu Christe, miserere nobis » (f. 144), ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ (ff. 151^{v}, 171^{v}, 180^{v}), ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ (ff. 152, 172), ⲧⲩⲡⲟ(ⲥ) ⲥⲧⲁⲩⲣⲟ(ⲥ) (f. 160), ⲝⲩⲗⲟ(ⲛ) ⲍⲱⲏⲥ (f. 167^{v}), ⲝⲩⲗⲟⲩ ⲥⲧⲁⲩⲣⲟ(ⲥ) ⲝⲩⲗⲟ(ⲛ) ⲍⲱⲏⲥ (f. 168), ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ « Miserere nobis » (f. 181), ⲓ̅ⲥ̅ ⲭ̅ⲩ̅ ⲕ̅ⲥ̅ ⲑ̅ⲥ̅ (f. 184^{v}); in reliquis summis plagulis aversis (f. 153^{v} excepto), crucula ductibus solutis exarata; in summis ff. 149, 164, crux punctis effecta. Trium codicis partium titulos decorat ornamentum, in forma praesertim ramorum, coloris rubri, flavi et viridis; iisdem pigmentis effectae sunt earumdem sectionum litterae initiales quas sequitur linea reliquas mensura excedens; caeterum codex coloribus caret. Duplici lineola signatur interpunctio quam saepius excipiunt litterae ampliores. Ductus directi quarumdam litterarum in imum vel summum marginem producuntur; in ff. 144^{v}, 145, media etiam in plagula, ubi per spatium licet, litterae ⲁ pars dextra in altum proicitur; non raro littera ⲫ praeter modum ampliatur. Tum tituli, tum textus scripti sunt unciali rotunda, notae numericae autem, inscriptiones in summis marginibus et subscriptio f. 158^{v} unciali oblonga; subscriptiones ff. 143, 172^{v}, 184^{v}, litteras exhibent ad dextram inclinatas; accentus lineola simplici vel duplici efformantur, addita nonnunquam lineola curva in altum producta. F. 145^{v}, in imo mg. externo, rudi calamo delineata est imago partim resecta viri, manu dextra gladium tenentis, manu vero sinistra scutum, cum inscriptione [ⲟ ⲁⲅⲓⲟⲥ] ⲃⲓⲕⲧⲱⲣ. Codicis f. 143 (olim 148) et partem folii 179^{v} (olim 184^{v}) phototypice edidit H. Hyvernat, *Album*, tabb. XXVIII et XLII 4.

Amanuensis subscriptiones: f. 143, ⳨ ϧⲉⲛ ⲫⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲫⲓⲱⲧ ⲛⲉⲙ ⲡϣⲏⲣⲓ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ | ϯⲧⲣⲓⲁⲥ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲛⲟⲙⲟⲟⲩⲥⲓⲟ(ⲥ)· ⲫⲁⲓ ⲅⲁⲣ ⲡⲉ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ ⲉ̀ⲧⲉⲛϣⲉⲙϣⲓ | ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲟⲩⲟϩ ⲛⲉⲣϩⲉⲗⲡⲓⲥ ⲉ̀ⲣⲟϥ· ⲁϥϣⲱⲡⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲁⲓϣⲉⲛⲉⲣⲫⲙⲉⲩⲓ̀ | ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲁⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲛ ⲛ̀ϫⲱⲙ ⲛⲱϣ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲟⲧϥ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲙⲁⲓⲛⲟⲩϯ ⲛ̀ⲥⲟⲛ | ⲙ̀ⲙⲟⲛⲁⲭⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ϣⲓϩⲏⲧ ⲫ̅ϯ̅ ⲡⲉⲧ|ⲥⲱⲟⲩⲛ ⲙ̀ⲡⲉϥⲣⲁⲛ ⲉⲁϥϣⲟⲡϥ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲡⲉϥϧⲓⲥⲓ | ⲛⲓⲇⲓⲟⲛ ⲁϥⲧⲏⲓϥ ⲉ̀ϧⲟⲩⲛ ⲉ̀ϯⲃⲩⲃⲗⲩⲟ̀ⲑⲏⲕⲏ | ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲛ̀ⲓⲱⲧ ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ· ⲉⲑⲣⲉ ⲛⲉⲛⲓⲟϯ ⲛ̀ⲣⲉϥⲱϣ ⲉⲑⲛⲏⲟⲩ | ⲕⲁⲧⲁ ⲥⲏⲟⲩ ⲉ̀ⲣⲙⲉⲗⲉⲧⲁⲛ ⲉⲡⲓ̀ⲗⲁⲟⲥ ⲛ̀ϧⲏⲧϥ· ϩⲓϫⲉⲛ ϯ|ⲕⲁⲑⲉⲇⲣⲁ ⲉⲩϣⲉⲛⲉⲣⲫⲙⲉⲩⲓ̀ ⲛⲁϥ ⲛⲉⲙ ⲛⲉϥⲓⲟ̀ϯ | ϯϯϩⲟ ⲉ̀ⲣⲱⲧⲉⲛ ϧⲁ ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲑⲛⲁⲱϣ ⲛ̀ϧⲏⲧϥ ⳤ ⲛⲏ ⲉⲑⲛⲁ|ⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉ̀ⲣⲟϥ | ⲁⲣⲓⲡⲉϥⲙⲉⲩⲓ̀ ϩⲱⲥⲟⲛ ⲉϥϣⲟⲡ ϧⲉⲛ ⲡⲁⲓⲕⲟⲥⲙⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ|ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲉ̀ⲣⲡⲉϥⲛⲁⲓ ⲛ̀ⲛⲓϣϯ ⲛⲉⲙⲁϥ ⲕⲉ ⲁϥϣⲁⲛⲥⲓⲛⲓ ⲉⲃⲟⲗ | ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲣⲟⲑⲃⲉϥ ϧⲉⲛ ⲕⲉⲛϥ ⲛ̀ⲛⲉⲛϣⲟⲣⲡ ⲛ̀ⲓⲟϯ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ | ⲁⲃⲣⲁⲁⲙ ⲛⲉⲙ ⲓ̀ⲥⲁⲁⲕ ⲛⲉⲙ ⲓ̀ⲁⲕⲱⲃ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲡⲁⲣⲁⲗⲓⲥⲟⲥ | ⲛ̀ⲧⲉⲡⲟⲩⲛⲟϥ · ⲯⲩⲭⲏ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲑⲛⲁϫⲟⲥ ϫⲉ ⲁ̀ⲙⲏⲛ | ⲉ̀ϥⲉϭⲓ ⲕⲁⲧⲁ ⲡⲓⲥⲙⲟⲩ ⲁ̀ⲙⲏⲛ · — ⳤ ⲁⲩⲥϧⲏⲧ ⲡⲁⲓϫⲱⲙ ϧⲉⲛ ϯⲙⲁϩⲭ̅ⲟ̅ⲏ̅ ⲛ̀ⲣⲟⲙⲡⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲁ|ⲅⲓⲟⲥ ⲙ̀ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲉϥⲟⲓ ⲇⲉ ⲛⲟⲩⲣⲟ ⲉ̀ϩⲣⲏⲓ ⲉϫⲱⲛ ⲛ̀|ϫⲉ ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ · ⲛⲁϩⲣⲁϥ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲓ̀ⲱⲧ ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲏⲛⲁ ⲡⲁⲣⲭ(ⲏ)|ⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲣⲁⲕⲟϯ. ⲉ̀ϥⲟⲓ ⲇⲉ ⲛ̀ϩⲏⲅ(ⲉⲙⲱⲛ) ⲉⲧⲗⲁⲩⲣⲁ | ⲙ̀ⲡⲉⲛⲓ̀ⲱⲧ ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ϣⲓϩⲏⲧ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲉⲛⲓ̀ⲱⲧ ⲛⲁⲣⲭ(ⲏ)ⲡⲣⲉⲥ(ⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ) | ⲡ̀ⲡ ⲭⲁⲏⲗ · ⲁⲙⲁ ⲇⲉ ⲟⲛ ⲉ̀ϥⲟⲓ ⲛⲟⲓⲕⲟⲛⲟⲙⲟ(ⲥ) ⲉ̀ⲧⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ̈ | ⲙ̀ⲡⲓⲛⲓϣϯ ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲉⲛⲓ̀ⲱⲧ ⲛⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟ(ⲥ) ⲁⲃⲃⲁ | ⲙⲏⲛⲁ ⲩ(ⲓ)ⲟ(ⲥ) ⲛⲓϣ̅ϯ̅ ⲟⲩⲟϩ ⲟⲛ ⲉ̀ⲩⲟⲓ ⲛ̀ⲣⲉϥⲱ̀ϣ ⲉ̀ϯⲕⲁ|ⲑⲉⲗⲣⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲓ̀ⲱⲧ ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲛⲉⲛⲓⲟϯ ⲡⲓⲇ̅ⲓ̅ ⲙⲏⲛⲁ | ⲩ(ⲓ)ⲟ(ⲥ) ⲡⲓϫⲁⲗ ⳤ ⲡⲓⲇ̅ⲓ̅ ⲙⲏⲛⲁ ⲩ(ⲓ)ⲟ(ⲥ) ϯⲛⲓϣϯ ⲛ̀ⲣⲓ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲫ̅ϯ̅ ϯ ⲡⲓ|ⲕⲁϯ ⲛⲱⲟⲩ ϫⲉ ⲉ̀ⲧⲁ ⲡⲁⲓϣⲉⲛⲉⲣⲫⲙⲉⲩⲓ̀ ϣⲱⲡⲓ ϧⲉⲛ ⲛⲟⲩⲉϩⲟⲟⲩ | ⳤ ⲁ̀ⲣⲓⲡⲁⲙⲉⲩⲓ̀ ϩⲱ ϧⲁ ⲡⲓⲉⲃⲓⲏⲛ ⲉ̀ⲧⲁϥⲥϧⲁⲓ ⲡⲓⲥⲃⲟⲩⲓ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅ | ϯ ⲙ̀ⲧⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲁⲧⲁⲗⲉⲡⲱⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲯⲩⲭⲏ ϧⲉⲛ ⲡⲉϥⲃⲏⲙⲁ ⲉ̀ⲧⲟⲓ ⲛ̀ϩⲟϯ ⲁⲙⲏⲛ | ⲫⲏ ⲉⲑⲛⲁϫⲟⲥ ϫⲉ ⲁ̀ⲙⲏⲛ ⲉ̀ϥⲉϭⲓ

ⲕⲁⲧⲁⲡⲓⲥⲙⲟⲩ ⲁⲙⲏⲛ « In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, Trinitatis sanctae consubstantialis; hic est enim Deus noster cui servimus et in quo speramus. Fuit hoc memoriale huius sancti libri lectionis per fratrem nostrum Deum amantem monachum (monasterii) Patris nostri Macarii, cuius nomen novit Deus, qui, cum eum propriis suis sumptibus comparavit, tradidit eum bibliothecae domini mei patris Macarii ut patres nostri lectores tempore suo venturi legant populo ex ipso in cathedra, in memoriale eius et patrum eius. Rogo vos, omnes qui lecturi estis in ipso et qui ipsum audituri estis, mementote eius dum versatur in hoc mundo, ut Dominus faciat magnam suam misericordiam cum ipso; et cum (e corpore) exierit, ut Dominus faciat illum recumbere in sinu pristinorum nostrorum patrum Abraham, Isaac et Iacob, in paradiso iucunditatis. Omnis anima quae dicet ' Amen ' recipiat secundum benedictionem. Amen. — Et scriptus est liber iste anno 678 sanctorum Martyrum, regnante super nos Domino nostro Iesu Christo, sub patre nostro abba Mēna archiepiscopo Alexandrino, hegumeno laurae patris nostri Macarii Scetensis patre nostro archipresbytero apa Khaēl, dum simul erat oeconomus ecclesiae magni abba Macarii pater noster episcopus abba Mēna filius (i. e. monachus cellae [?]) martyrum et dum erant lectores in cathedra patris nostri abba Macarii patres nostri diaconus Mēna, filius (monachus cellae [?]) Piğal, et diaconus Mēna, filius (monachus) magnae cellae (vide H. G. Evelyn White, *The Monasteries of the Wadi 'n Natrûn* t. II, Neo Eboraci, 1932, pp. 282, 362). Domine Deus, da ipsis intellectum quia hoc memoriale factum est diebus eorum. Mementote etiam mei pauperis qui scripsi, humilis Macarii, ut Dominus det requiem miserae animae meae in tribunali suo metuendo. Amen. Qui dicet ' Amen ' recipiet secundum benedictionem. Amen »; f. 158ᵛ, inter duplicem lineam lineolis et punctis effectam: ⲁϥϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲃⲓⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲙ̀ⲡⲁⲧⲣⲓⲁⲣⲭⲏⲥ ⲁⲃⲣⲁⲁⲙ | ⲉⲣⲉ ⲡⲉϥⲥⲙⲟⲩ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ ϣⲱⲡⲓ ⲛⲉⲙ ⲡⲉⲛⲗⲁⲟⲥ ⲧⲏⲣϥ ϣⲁ ⲉ̀ⲛⲉϩ ⲁⲙⲏⲛ « Desinit vita Patris nostri patriarchae Abraham; sit benedictio eius sancta cum populo nostro omni in aeternum. Amen »; f. 172ᵛ, post lineam similis indolis ac supra: ⳨ⲥ ⲁⲣⲓⲫⲙⲉⲩⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲥⲃⲟⲩⲓ ⲉ̀ⲧⲁϥⲥϧⲁⲓ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ϯ ⲙ̀ⲧⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲉϥϫⲟⲃⲓ ⲛ̀ⲯⲩⲭ(ⲏ) ⲁⲙⲏⲛ « Memento humilis qui scripsit Macarii ut Dominus det requiem pauperi eius animae. Amen »; f. 184ᵛ, post lineam similis indolis ac supra: ⲁⲣⲓⲡⲁⲙⲉⲩⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ̅ϯ̅ ⲭⲁ ⲛⲁⲛⲟⲃⲓ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛⲏⲓ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲧⲉϥϯ ⲡⲓⲕⲁϯ ⲛⲏⲓ ⲛ̀ⲧⲉϥϯ ⲡⲓⲥⲉⲙⲛⲓ ⲛ̀ⲁⲑⲛⲟⲃⲓ ⲛⲏⲓ · ϥⲑ « Memento mei, ut Deus remittat mihi peccata mea omnia, ut det mihi intellectum, ut det mihi munditiam sine peccato. Amen »; f. 153ᵛ, in summo mg., librarii invocatio: ⲡⲁ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ϣⲉⲛϩⲏⲧ ϧⲁⲣⲟⲓ « Domine Iesu Christe, misericors esto mihi »; in summo angulo externo, alia manu: ⲡⲁ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ « Domine Iesu »; f. 154, in summo mg. ext., manu recentiore: ϫⲉ ⲟⲩⲟⲓ ⲛⲉ ϯⲯⲩⲭⲏ ⲧⲉⲣⲁⲓ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ « Vae tibi, anima; exibis »; f. 184ᵛ, in imo mg.: ⲥ̅ⲛ̅ⲗ̅.

6 (ff. 185-193ᵛ) Saec. X, ff. 9, linn. 32.

Sermo adscriptus sancto Gregorio Nazianzeno, de sacrificio Abrahae, sub titulo ⲟⲩⲗⲟⲅⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲅⲣⲏⲅⲟⲣⲓⲟⲥ ⲡⲓⲑⲉⲟ̀ⲗⲟⲅⲟⲥ ⲡⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲛⲁⲛⲍⲓⲁⲛⲥⲟⲥ ⲉϥϩⲓⲥⲧⲟⲣⲓⲛ ⲙ̀ⲡⲓⲙⲁ ⲉ̀ⲧⲁ ⲫ̅ϯ̅ ⲥⲁϫⲓ ⲛⲉⲙ ⲁⲃⲣⲁⲁⲙ ⲡⲓⲡⲁⲧⲣⲓⲁⲣⲭⲏⲥ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ϫⲉ ϭⲓ ⲙ̀ⲡⲉⲕϣⲏⲣⲓ ⲡⲉⲕⲙⲉⲛⲣⲓⲧ ⲫⲏ ⲉ̀ⲧⲁⲕⲟⲩⲁϣϥ ⲓ̀ⲥⲁⲁⲕ ⲛ̀ⲧⲉⲕⲉⲛϥ ⲛⲏⲓ

ⲉϩⲣⲏⲓ ⲛ̀ⲟⲩϭ̅ⲗⲓⲗ ⲉ̀ϫⲉⲛ ⲟⲩⲁⲓ ⲛ̀ⲛⲓⲧⲱⲟⲩ ⲉ̀ϯⲛⲁⲧⲁⲙⲟⲕ ⲉ̀ⲣⲟϥ ⲕⲁⲧⲁ ⲫⲣⲏϯ ⲉⲧⲥϧⲏⲟⲩⲧ ϧⲉⲛ ⲡϫⲱⲙ ⲛ̀ϯⲅⲉⲛⲉⲥⲓⲥ « Sermo sancti Gregorii Theologi, episcopi Nazianzeni, referentis locum quo Deus locutus est cum Abraham patriarcha dicens: ‘ Sume dilectum filium tuum quo delectatus es Isaac et offer eum mihi in holocaustum super unum montium quem ostendam tibi ’, sicut scriptum est in libro Genesis (Gen. 22, 2) ».

Codicem edidit et gallice vertit M. Chaîne, *Une homélie de s. Grégoire de Nysse, traduite en copte, attribuée à saint Grégoire de Nazianze*, in ephemeride *Revue de l'Orient chrétien*, t. XVII, 1912, pp. 395-409; t. XVIII, 1913, pp. 36-41. De affinitate huius homiliae cum sermone sancti Gregorii Nysseni qui legitur in *P. G.* 46, coll. 553-576, vide ibid., t. XVII, pp. 37-41.

In summo folio 185, manu recentiore: **ⲥⲟⲩ ⲕ̅ⲏ̅ ⲙ̀ⲙⲉⲥⲱⲣⲏ: ⲡⲓⲅ̅ ⲙ̀ⲡⲁⲧⲣⲓⲁⲣⲭⲏⲥ: ⲃ̅ ⲛ̀ⲗⲟⲅⲟⲥ ⲛ̀ⲥⲁ ⲛⲟⲩⲉ̀ⲣⲏⲟⲩ** « Die vigesimo mesōrē; tres paticarchae; duo sermones se invicem excipientes ».

Codicem exscripsit R. Tuki in codice Borg. copt. 114, ff. 182-188v.

Ductus stylo sicco membranae impressi definiunt margines et binas lineas scripturae quae suspenditur; spatium scripturae servatum est circiter mm. 275 × 175. Codex constat quaternione ⲕ̅ (ff. 185-192, pp. ⟨ⲁ̅⟩ – ⲓ̅ⲋ̅) et folio uno nota destituto (f. 193); paginarum notae appositae sunt plagulis aversis secundum numeros pares. In summo f. 192v, ornamentum in forma crucis inter inscriptiones ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅. Codicis titulum comitantur lineamenta inter se innexa, cum pigmentis rubro, croceo et viridi; eiusdem indolis est praegrandis littera initialis; caeterum deest minium et vacuum est spatium interpunctioni servatum. Linea prima reliquas altitudine excedit; tum titulus, tum textus scripti sunt unciali rotunda, inscriptiones fasciculi (f. 192v) et notae numericae unciali oblonga; accentus puncto vel levi lineola efficiuntur; vocem coarctatam ⲫϯ signat lineola convexa. In summo angulo interno f. 185, nota ⲑ̅ manu rudi. Textum concludit triplex linea punctis et lineolis flexuosis effecta. Folium 193 (olim 198) phototypice edidit H. Hyvernat, *Album*, tab. XXXII; aliud scripturae specimen, eiusdem ut videtur manus, ap. H. G. Evelyn White, *The Monasteries of the Wadi 'n Natrûn*, t. I, Neo Eboraci, 1926, tab. XII A.

F. 193, subscriptiones: [1] nota cursiva (cf. Hyvernat, op. laud., p. 16) **ⲡⲁϭ̅(ⲥ̅) ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲡⲓⲛⲁⲏⲧ ⲡⲓⲣⲉϥϣⲉⲛϩⲏⲧ ⲡⲓⲁⲅⲁⲑ(ⲟⲥ) ⲡⲓϣⲁⲛⲑⲙⲁⲭⲧ | ⲡⲓⲣⲉϥϣⲱⲟⲩ ⲛϩⲏⲧ ⲙ̀ⲙⲁⲓⲣⲱⲙⲓ ⲛⲁⲓ ⲉⲙⲡⲓⲣⲉϥⲉⲣⲛⲟⲃⲓ ⲉⲧⲁϥⲥⲭⲁⲓ | ⲡⲓⲧⲁⲗⲉⲡⲱⲣⲟⲥ ⲉϩⲟⲧⲉ ⲣⲱⲙⲓ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲧϣⲟⲡ ϩⲓϫⲉⲛ ⲡⲓⲕⲁϩⲓ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ | ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ ⲡϣⲏⲣⲓ ⲛⲥⲧⲁⲩⲣⲟⲥ ⲙⲁⲛ̣ⲑ**(ⲑ super lin.) **ⲁⲙⲏⲛ ⲉⲥⲉϣⲱⲡⲓ ⲁⲙⲏⲛ** « Domine mi Iesu Christe, misericors, miserator, bone, benigne, longanimis, hominum amator, miserere peccatoris qui scripsit, miseri prae omnibus hominibus qui sunt super terram, Iohannis Macarii, filii Stauri... Amen, fiat, amen »; [2] nota arabica eiusdem manus بسم الله الواحد امين | هذا كتاب كتبته بيدى سوف تبلا يدى ويبقا الكتاب وكتب العبد الخاطى المذنب | يحنس مقارة بن اصطوروس بن بنوب مقارة مثبوت بخطه بيده (supra vocem بخطه: ⲑⲉⲱⲗ⟨ⲱⲣⲟⲥ⟩, nomen scriptoris notulae sequentis) « In nomine Dei unici. Amen. Scriptum hoc scripsi manu mea; manus profecto esse desinet, scriptum autem permanebit. Scripsit servus peccator,

reus, Iohannes Macarii, filii Stauros, filii Panūb, firmato scripto suo manu sua. Theodorus»; ³ nota manus posterioris ⲁⲣⲓⲫⲙⲉⲩⲓ ⲛ̀ⲡⲓⲣⲉϥⲉⲣⲛⲟⲃⲓ ⲡⲓⲕⲁϩⲓ ⲙⲉⲛ ⲡⲓⲕⲉⲣⲙⲓ | ⲡⲓⲁⲧⲉⲙⲡϣⲁ ⲉⲡⲓⲣⲁⲛ ⲉⲧⲁⲩⲧⲏϥ ⲉⲣⲟϥ ⲡⲓⲇ̅ⲓ̅ | ⲑⲉⲱⲇ(ⲱⲣⲟⲥ) ⲡϣⲏⲣ ⲙⲉⲕⲟⲩⲣⲓ ⲡⲓⲣⲉⲙⲥⲁϩⲣⲁϣⲧ | ϩⲓⲛⲁ ⲧⲉ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲭⲁ ⲡⲁϣⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲁⲛⲟⲃⲓ | ⲛⲏⲓ ⲉⲃⲟⲗ ⲁⲙⲏⲛ ⲋ ⲁⲙⲏⲛ ⲁ... ⳩ ⳨ ⲯ̅ⲓ̅ⲁ̅... «Memento peccatoris qui est terra et cinis, indigni nomine quod accepit, diaconi Theodori, filii Mercurii de Sahrašt (E. Amélineau, *La géographie de l'Égypte*, Parisiis, 1893, p. 409), ut Dominus Iesus Christus remittat mihi multitudinem peccatorum meorum. Amen et amen... anno Martyrum 711...»; ⁴ nota manus alius ⲁⲣⲓⲫⲙⲉⲩⲓ ⲛ̀ⲡⲉⲧⲣⲟⲥ ⲥ̅ⲩ̅ ⲛ̀ⲡⲓⲗⲟⲧⲟⲥ ⲡⲓⲣⲉⲙϣⲗⲏⲙⲓ | ϧⲉⲛ ⲧⲉϥⲡⲁⲧⲣⲓⲥ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ϯ ⲡⲓⲕⲁϯ ⲛⲁϥ ⲁⲙⲏⲛ ϩⲁⲙⲏⲛ «Memento Petri, filii Piloti, civis Šlēimi, in patria sua; Domine, da ei intellectum. Amen, amen». F. 193ᵛ, notae incompte exaratae diversarum manuum: ¹ [ϧ]ⲉⲛ ⲫⲣⲁⲛ ⲫ̅ϯ̅ ⲡⲓϣⲟⲣⲡ ⲛ̀ϩⲱⲃ ⲛⲓⲃⲉⲛ ϯ|[ϯϩ]ⲟ ⲁⲛⲟⲕ ϧⲁ ⲡⲓϫⲱⲃ ⲛ̀ⲣⲉϥⲉⲣⲛⲟⲃⲓ ⲡⲁ|ⲣⲁ ⲣⲱⲙⲓ ⲉⲧϣⲟⲡ ϩⲓϫⲉⲛ ⲡⲕⲁϩⲓ ⲉ... ⲉ | ⲓⲥ ϯⲙⲉⲧⲁⲛⲓⲁ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓⲱϯ ⲉϫ[.]ⲃⲟⲣ[...] ⲁⲣⲓⲡⲁⲙⲉⲩⲓ | [ⲧⲉ] ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲭⲁ ⲛⲁⲛⲟⲃⲓ ⲛⲏⲓ ⲁⲙⲏⲛ ⲉⲥⲉϣⲱⲡⲓ ⲁⲙⲏⲛ | ⳨ ⲛ̀ⲫⲣⲁⲛ «In nomine Dei qui est ante omnia. Oro, ego miser peccator prae hominibus qui sunt super terram... Ecce metanoeam, Domine pater theophore (?), memento mei ut Dominus remittat mihi peccata mea. Amen, fiat, amen. In nomine»; ² ⳨ ϧⲉⲛ ⲫⲣⲁⲛ ⲫ̅ϯ̅ ⲡⲓϣⲟⲣⲡ ⲛ̀ϩⲱⲃ | ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲁⲛⲟⲕ ϧⲁ ⲡⲓϫⲱⲃ ⲛ̀ⲣⲉϥ|ⲉⲣⲛⲟⲃⲓ ⲡⲁⲣⲁ «In nomine Dei qui est ante omnia. Ego miser peccator prae......»; ³ ⳨ ϧⲉⲛ ⲡⲣⲁⲛ ⲛ̀ⲡⲓϣⲟⲣⲡ ⲛ̀ϩⲱⲃ ⲛⲓⲃⲉⲛ | ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲓⲁⲗⲁⲭⲓⲥⲧⲟⲥ ⲙⲓϧⲁⲏⲗ ⲡⲓⲧⲁⲗⲉ|ⲡⲱⲣⲟⲥ ⲛⲉⲃⲓⲏⲛ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲙⲉⲑⲙⲏⲓ... «In nomine illius qui est ante omnia. Ego minimus Michael, miser pauper in veritate....». F. 185, litteras partim deletas atramento restituit manus recentior; f. 186ᵛ, in margine externo: ⲓⲱⲥⲁⲁ̣.

7 (ff. 194-209ᵛ) Saec. X, ff. 16, linn. 32.

Sermo Amphilochii de sacrificio Abrahae, sub titulo ⲟⲩⲗⲟⲅⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲁⲃⲃⲁ ⲁⲙⲫⲓⲗⲟⲭⲓⲟⲥ ⲡⲓⲉ̀ⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲕⲟⲛⲓⲟⲛ ⲉⲑⲃⲉ ⲡⲓⲡⲁⲧⲣⲓⲁⲣⲭⲏⲥ ⲁⲃⲣⲁⲁⲙ ⲉ̀ⲧⲁϥⲉⲛ ⲓ̀ⲥⲁⲁⲕ ⲡⲉϥϣⲏⲣⲓ ⲉⲡϣⲱⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲑⲩⲥⲓⲁ̀ «Sermo abba Amphilochii, episcopi Iconii, de patriarcha Abraham qui obtulit Isaac filium suum in sacrificium».

Inc.: ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲭⲏ ϧⲁ ⲫⲛⲟⲙⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲧⲉϥⲫⲩⲥⲓⲥ «Unusquisque subiacet legi suae naturae»; des. fine mutil.: ⲉⲧⲁϥⲧⲱⲛϥ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲛⲏⲉⲑ[ⲙⲱⲟⲩⲧ... «quum surrexit ex mortuis...».

Codicis versionem germanicam, auctore Adulpho Iacoby, edidit Gehr. Ficker, *Amphilochiana*, t. I, Lipsiae, 1906, pp. 281-306.

In summo mg. f. 194, nota partim resecta, manus posterioris: ⲛⲓⲥⲁⲃⲃⲁⲧⲟⲛ «Sabbatis».

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 114, ff. 189-200.

Codex ab eodem calligrapho exaratus est ac cod. Vat. 61⁶ eamdemque praebet indolem paleographicam. Constat quaternionibus ⲁ̅ et ⲃ̅ (ff. 194-209; pp. ⟨ⲁ̅⟩ – ⲗ̅ⲃ̅). In summis ff. 201ᵛ, 202, 209ᵛ, leve ornamentum atramento delineatum inter inscriptiones: ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅

(ff. 201v, 209v), ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ « miserere nobis » (f. 202). Ornamenta eiusdem sunt indolis ac in cod. Vat. 61[6]. Ff. 194, 202, in summo angulo interno, manus recentior notis ⲓ̅, ⲓ̅ⲁ̅, fasciculos signavit; f. 194, in mg. ext., conscribillationes.

8 (ff. 210-216v) Saec. X, ff. 7, linn. 31.

Sermo sancti Iohannis Chrysostomi de Ps. 50, sub titulo ⲟⲩⲗⲟⲅⲟⲥ ⲉⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓⲭ̀ⲣⲩⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉ̀ⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲕⲱⲥⲧⲁⲛⲧⲓⲛⲟⲩⲡⲟⲗⲓⲥ ⲉⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟϥ ⲉⲑⲃⲉ ⲡⲓⲙⲁϩⲛ̅ ⲙ̀ⲯⲁⲗⲙⲟⲥ· ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲩ(ⲣⲏⲛⲏ) « Sermo quem protulit sanctus Iohannes Chrysostomus, archiepiscopus Constantinopolitanus, quem protulit de Ps. 50. In pace ».

Inc.: ⲉϣⲁⲣⲉ ⲛⲓⲥⲁϧⲟ « Solent pictores »; des. mutilus: ⲁⲗⲗⲁ ⲙ̀ⲙⲟⲛ ⲟⲩⲧⲁϩ « sed nullus est fructus » (*P. G.* 55, col. 565, *Οἱ ζωγράφοι* - col. 568, lin. 23 a. fin. *καρπὸν οὐκ ἔχουσιν*).

Ex hoc codice exscriptus fuerit cod. Vat. copt. 58[11], qui, ut dictum p. 397, eumdem exhibet textum, in medio relictis pericopis quae in codice, utpote in lectione omittenda, ponuntur inter notas marginales ϣⲁ « Usque » et ⲱϣ « Lege ».

In summo f. 201: ⲛⲓⲥⲁⲃⲃⲁⲧⲟⲛ « Sabbatis ». Littera ⲥ ante interrogationes.

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 114, ff. 172-176.

Ductus plagulae carneae membranae impressi tum margines tum binas scripturae lineas definiunt; spatium partis scriptae est circiter mm. 285 × 180. Paginae signantur ⲃ̅ - ⲓ̅ⲇ̅ in foliis aversis, secundum numeros pares. Titulus ac notae numericae paginarum exarata sunt unciali oblonga, textus unciali rotunda venustate conspicua; accentus puncto vel levi lineola efficiuntur; vocem coarctatam ⲫϯ signat punctum in lineolam curvam productum. Lineamenta inter se innexa quibus titulus includitur, ornamenta in forma ramorum in margine externo f. 210 necnon littera initialis praegrandis obducta sunt pigmentis rubro, viridi et flavo; minio exarata sunt interpunctionis signa, puncta litteris quandoque infixa necnon ornamenta levia quibus pleraeque litterae marginales signantur. In summo f. 210v: ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ « Domine Iesu Christe, miserere mei », unciali oblonga; ff. 211, 212, 213, 215, in summa plagula, levis crux atramento effecta. F. 210, in summo angulo interno, manus recentior nota ⲏ̅ fasciculum signavit.

9 (f. 217r-v) Saec. X, f. 1, linn. 30.

Fragmentum alii sermonis (*Τὰ λείψανα*) in Ps. 50, sancto Iohanni Chrysostomo adscripti.

Inc.: ⲟⲩϫⲁⲓ ⲁ̀ⲣⲉⲧⲉⲛⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲟⲩⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ « salutis. Vidistis prophetam »; des.: ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ ⲟⲩⲛⲓϣϯ ⲅⲁⲣ ⲡⲉ ⲡⲉϥⲛⲁⲓ « miserere mei;

magna enim est misericordia tua» (*P. G.* 55, col. 575, lin. 8, *ἐλπις. Εἴδετε τὸν προφήτην* – col. 576, lin. 23 a. fin., *Ἐλέησόν με ὁ Θεός. Ὁ γὰρ ἔλεος σου ἄφατος*); in versione bohairica, ubi passim parcior est sermo, omittuntur quae in textu graeco, utpote e Theodoreto desumpta, uncis inclusa sunt; cf. *P. G.* 55, coll. 563, 564, Monitum; vide etiam A. Wilmart, *La collection des 38 homélies latines de Saint Jean Chrysostome*, in ephemeride *Journal of theological Studies*, t. XIX, Lond., 1918, p. 309.

Folium ad eumdem pertinuit codicem ac cod. Vat. copt. 61[8] eamdemque praebet indolem palaeographicam. In plagula recta notae ⲗ̅ (fasc.) et ⲙ̅ⲑ̅ (pag.), in plagula aversa nota paginae ⲛ̅. In summo f. 217, ornamentum pigmentis rubro, flavo et viridi obductum, inter inscriptiones ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ «miserere nobis»; ibid., in summo angulo interno, manus recentior fasciculum nota ⲁ̅ⲓ̅ signavit.

10 (ff. 218-222v) Saec. X, ff. 5, linn. 34, 35.

Martyrium sancti Apoli, initio mutilum.

Codicem cum versione latina ediderunt I. Balestri et H. Hyvernat, *Acta martyrum*, t. I = *Corpus scriptorum christianorum orientalium, Scriptores coptici*, textus, ser. III, t. I, Parisiis, 1907, pp. 242-248; versio, ser. III, t. I, Parisiis, 1908, pp. 148-151. Ad eumdem codicem pertinent folia quattuor cod. Musaei coptici Cahirensis 11; eadem edidit, cum versione anglica, H. G. Evelyn White, *The Monasteries of the Wadi 'n Natrûn*, t. I, Neo Eboraci, 1926, pp. 87-91; vide, ibid., pp. 92, 93, alterius codicis eiusdem Martyrii fragmenta Lipsiensia Tischendorf XXIV, ff. 4, 27, collata cum codice Vaticano. Cf. etiam W. E. Crum, *Hagiographica from Leipzig manuscripts*, in ephemeride *Proceedings of the Society of biblical Archaeology*, t. XXIX, 1907, p. 291; O. von Lemm, *Kleine koptische Studien LI-LV* = *Mémoires de l'Académie impériale des sciences de St.-Pétersbourg, classe hist.-philol.*, ser. VIII, t. VIII, fasc. 12, Petroburgi, 1908, pp. 1-4.

F. 218, in margine externo: ϣⲁ «Usque», ⲱϣ «Lege», manus posterioris; f. 220, in mg., ⲥ ante interrogationem.

Ductus plagulae carneae membranae impressi ad margines et quaternas scripturae lineas definienda fere evanuerunt; spatium partis scriptae est circiter mm. 290 × 180. Complectitur codex binionem ⲋ̅ (manu posteriore mutatum in ⲉ̅, ff. 218-221, pp. ⲕ̅ⲑ̅ – ⲗ̅ⲏ̅, pro ⲗ̅ⲉ̅) cui accedit folium unum nota destitutum (f. 222); partem mediam binionis signant lineolae rubrae: in summo margine externo pro plagula aversa, in imo margine externo

pro plagula recta; in summo f. 218, ornamentum minio pictum inter inscriptiones ⲓ̄ⲥ̄ ⲭ̄ⲥ̄; inscriptiones illae atque notae fasciculi et paginarum minio exarata sunt unciali oblonga; minio etiam effecta sunt interpunctionis signa, puncta quandoque litteris infixa et ornamenta marginalia initio paragraphorum et sectionum ubi aliquando (ff. 218ᵛ, 221) formam praebent avium cum ramis. Ipse textus exaratus est unciali rotunda; accentus efformantur puncto vel lineola tum directa tum convexa; specimen scripturae vide apud H. G. Evelyn White, *The Monasteries of the Wadi 'n Natrūn*, t. I, Neo Eboraci, 1926, tab. V ᴀ.

F. 222, post triplicem lineam rubram punctis et lineolis flexuosis effectam, subscriptiones librarii: [1] (unciali oblonga, prima linea minio exarata) ⲁⲥϫⲱⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ϫⲉ ϯⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲉ | ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁ̀ⲡⲁⲡⲟⲗⲓ ⲡϣⲏⲣⲓ ⲛ̀ⲓⲟⲩⲥⲧⲟⲥ· | ⲡⲓⲥⲧⲣⲁⲧⲩⲗⲁⲧⲏⲥ· ⲛⲓⲥⲱⲧⲡ ⲙ̀ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ | ⲛ̀ⲧⲉ ⲓ̄ⲏ̄ⲥ̄ ⲡⲭ̄ⲥ̄ · ⲛ̀ⲥⲟⲩⲁ̄ ⲙ̀ⲡⲓⲁ̀ⲃⲟⲧ ⲙⲉⲥⲟⲩⲣⲏ · | ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ · ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ︦ϯ︦ ⲁⲙⲏⲛ « Desinit martyrium sancti ap⟨a⟩ Apoli, filii Iusti stratelatis, electorum martyrum Iesu Christi, die primo mensis mesōrē. In pace Dei. Amen »; [2] (unciali rotunda) ϥ͞ⲥ · ⲡ̄ⲟ̄ⲥ̄ ⲓ̄ⲏ̄ⲥ̄ ⲡⲭ̄ⲥ̄ ⲡⲓⲟⲩⲱⲓⲛⲓ | ⲙ̀ⲙⲏⲓ · ϯⲥⲟⲫⲓⲁ̀ · ⲛⲉⲙ | ⲡⲙⲟϩ ⲛ̀ϯⲁⲅⲁⲡⲏ · ⲫⲏ ⲉ̀ⲧⲁϥ|ϣⲱⲡ ⲉ̀ⲣⲟϥ ⲛⲧⲡⲣⲟⲉ̀ⲣⲉⲥⲓⲥ | ⲛ̀ϯⲭⲏⲣⲁ ⲛ̀ϩⲏⲕⲓ · ϩⲓⲧⲉⲛ ⲡⲓⲗⲉⲃ|ⲧⲟⲛ ⲃ̄ · ϣⲱⲡ ⲉ̀ⲣⲟⲕ ⲟⲛ ϯⲛⲟⲩ | ⲡ̄ⲟ̄ⲥ̄ ⲓ̄ⲏ̄ⲥ̄ ⲡⲭ̄ⲥ̄ ⲫ︦ϯ︦ ⲙ̀ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ|ⲡⲟⲗⲓ ⲡⲓϥ︦ⲣ︦ · ⲛ̀ⲧⲡⲣⲟϩⲉⲣⲉⲥⲓⲥ ⲙ̀|ⲡⲉⲕⲃⲱⲕ ⲅⲉⲱⲣⲅⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲓ̀ⲱⲁⲛⲛⲏⲥ | ⲡⲓϧⲉⲙⲥ · ⲛⲉⲙ ⲁⲛⲛⲁ ⲧⲉϥⲃⲟⲏ̀ⲑⲟⲥ | ⲛⲉⲙ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ · ⲛⲉⲙ ⲓⲱⲥⲏⲫ ⲛⲟⲩ|ϣⲏⲣⲓ · ⲭⲱ ⲛⲱⲟⲩ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲛⲟⲩⲛⲟⲃⲓ | ⲙⲁ ⲙ̀ⲧⲟⲛ ⲛ̀ⲛⲟⲩⲉⲃⲓⲏⲛ ⲙ̀ⲯⲩⲭⲏ · ϧⲉⲛ ⲕⲉⲛϥ ⲛ̀ⲁⲃⲣⲁⲁⲙ ⲛⲉⲙ ⲓⲥⲁⲁⲕ ⲛⲉⲙ ⲓⲁⲕⲱⲃ | ⲙⲁⲣⲟⲩⲉⲣⲡⲉⲙⲡϣⲁ ⲛ̀ϯⲁⲛⲁⲥⲧⲁⲥⲓⲥ | ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲑⲙⲏⲓ · ⲥϧⲏⲧⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲧⲕⲗⲏⲣⲟ|ⲛⲟⲙⲓⲁ ⲛ̀ⲛⲏⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ ⲛ̀ⲧⲁⲕ ⲁⲙⲏⲛ ⲕ(ⲁⲓ) ⲁⲙⲏⲛ (ⲙⲁ ⲙ̀ⲧⲟⲛ ... ⲓⲁⲕⲱⲃ prima manu inter lineas minio adiectum, scriptura unciali oblonga) « Domine Iesu Christe, lux vera, sapientia et plenitudo dilectionis, qui suscepisti propositum viduae pauperis per duo minuta, suscipe nunc etiam, Domine Iesu Christe, Deus sancti ap⟨a⟩ Apoli martyris, propositum servi tui Georgii, filii Iohannis Piẖems, et Annae, adiutricis eius, et Iohannis et Ioseph, filiorum eorum; remitte eis peccata sua; da requiem pauperibus animabus eorum in sinu Abrahae et Isaac et Iacob; digni fiant resurrectionis iustorum; scribe eos in haereditate sanctorum tuorum. Amen et amen ». F. 222ᵛ vacat praeter notam ⲉ̄, in summo margine interno, qua manus recentior fasciculum signavit (vide f. 218); f. 218, littera *F* calamo recente, in summo angulo interno.

In imo f. 1: *Ass. 10* | *ff. 60; 61 Vat. Copto.*

In folio chartaceo quod initio codicis adiectum est, duplex legitur nota recentior: prima, auctore A. Bšiai, monet ff. 30-34 extra genuinum ordinem posita esse et in finem codicis referenda; altera, viri clarissimi Iohannis Mercati Bibliothecae Vaticani Praefecti, meminit haec folia in proprium locum restituta esse anno 1922; eadem aetate imis plagulis rectis impressa est nova foliorum enumeratio quam secuti sumus. Ff. 1 et 222ᵛ, sigilla bibliothecae Vaticanae et bibliothecae Nationalis Parisiensis. Operculo anteriori interno agglutinatum est dorsum tegumenti pristini, e corio rubro, scuta exhibens Leonis XIII et I. B. Pitra card. bibliothecarii atque inscriptionem *Vat.* | *61.*

Tegumentum partim tela viridi partim membrana confectum praebet in dorso, atramento impressa, *Vat. copt.* | *61* necnon scuta Pii XI et Aidani Gasquet card. bibliothecarii.

62 (a I. S. Assemani emptus 11). Membr., ff. 298 (+ 198a), mm. 340 × 265.

Opera homiletica et hagiographica e variis codicibus, bohairice.

1 (ff. 1-37v) Saec. X med., ff. 37, linn. 30-33.

Vita sancti Macarii Scetensis. Tituli magna ex parte avulsi haec supersunt: ⲡⲓⲃⲓⲟⲥ ⲛⲧⲉ ⲡⲓ[ⲛⲓϣϯ... ⲙⲁⲕⲁ]ⲣⲓ ⲫⲓⲱⲧ ⲛ̀ⲛⲓⲙ[ⲟⲩⲛⲁⲭⲟⲥ...] ⲛⲧⲉ ϣⲓⲏⲧ· ⲉ[ⲁϥ... ⲙ̀]ⲙⲟϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲉⲛ[ⲓⲱⲧ... ⲥⲁⲣⲁ]ⲡⲓⲱⲛ ⲡⲓⲙⲁⲑ[ⲏⲧⲏⲥ...] ⲁⲛⲧⲱⲛⲓⲟⲥ [ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ]ⲧⲉ ⲫ[ϯ ⲁⲙⲏⲛ] « Vita magni... Macarii patris monachorum... montis sancti Scete, quam (narravit) pater noster... Sarapion discipulus... Antonii. In pace Dei. Amen »; cf. cod. Vat. copt. 59[6]; vide etiam dicenda de cod. 64[1] ad quem codicis narratio propius accedit.

Codici nonnulla sunt propria: f. 12v, lin. 8 a. fin., post ⲉ̀ⲡⲓⲱⲛϧ ⲛⲉⲛⲉϩ omittit narrationem de falsa stupri accusatione quae inc.: ⲡⲓⲡⲓⲣⲁⲥⲙⲟⲥ ⲇⲉ ⲉⲧⲉⲙⲙⲁⲩ (Vat. 59, f. 106, lin. 8, Vat. 64, f. 4, lin. 17; Amélineau, p. 66, lin. 8) quaeque desinit: ⲁϥϣⲉ ⲛⲁϥ ⲉ̀ⲕⲉⲙⲱⲓⲧ (Vat. 59, f. 109, lin. 5; in cod. Vat. 64, f. 7, lin. 4 a. fin. desinit ⲉ̀ϣⲉ ⲛⲁϥ ⲉⲕⲉⲙⲱⲓⲧ ⲉ̀ϣⲱⲡⲓ ⲙ̀ⲙⲁⲩ, Amélineau, p. 72, lin. 4); inter f. 24 et f. 25 desideratur folium unum (pp. ⲙ̅ⲑ̅, ⲛ̅, initium fasciculi ⲋ̅) cuius textus legitur in cod. Vat. 59, f. 119, lin. 13 a. fin. (ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲥⲑⲉⲣⲧⲉⲣ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲛⲁϫϩⲓ· ⲛⲑⲱⲟⲩ ⲇⲉ ⲡⲉϫⲱⲟⲩ ⲛⲁϥ, cf. Amélineau, p. 93, lin. 3) -f. 120, lin. 12 (ⲟⲩⲟϩ ⲉ̀ⲧⲁϥⲓ ϩⲓϫⲉⲛ ⲟⲩⲗⲩⲙⲏⲛ, Amélineau, p. 94, lin. 12; cf. dicenda de cod. Vat. 64, f. 19v); inter f. 30 et f. 31 desiderantur ff. duo (pp. ⲝ̅ⲅ̅-ⲝ̅ⲋ̅) quorum textum praebet cod. Vat. 64, f. 24v, lin. 2 a. fin. (ⲙ̀ⲡⲉϥⲛ̀ⲕⲟⲧ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲧⲱⲟⲩ, Amélineau, p. 104, lin. 8) -f. 26v, lin. 11 a. fin. (ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉϫⲉ ⲟⲩⲁⲓ ⲙⲙⲱⲟⲩ ⲛⲁϥ, Amélineau, p. 107, lin. 13). Lectiones varias folii 13, lin. 4 a. fin. -f. 14, lin. 9 a. fin., e fragmento Cahirensi 57, vide ap. H. E. Evelyn White, *The Monasteries of the Wadi 'n Natrûn*, t. I, Neo Eboraci, 1926, p. 135.

Notae marginales, variis manibus: ⲥ, ante interrogationes, passim; ff. 18, 22v, ⲱϣ « Lege », ff. 21, 24, ϣⲁ « Usque », f. 27, ϫⲁ[ⲕ]; f. 21v, in mg., manu librarii ut videtur, ad verba ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲧⲁⲥⲑⲟ (Amélineau, p. 86, lin. 5): ⲁⲣⲭⲏ ⲉⲡⲙⲁϩⲃ̅ « Initium pro secundo » et, paulo inferius, ad verba ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲁ ⲛⲁⲓ ⲇⲉ (Amélineau, p. 86, lin. 9), ϫⲁⲕ « Desine ». In summo f. 1, manu posteriore: ⲥⲟⲩⲓ̅ⲇ̅ ⲛ̀ⲉ̀ⲡⲏⲡ ⲱϣ (desin.,

folii parte dextra resecta) « Die decimo quarto epēp; lege ». Occurrunt in textu emendationes varii calami.

Codicem exscripsit R. Tuki in codice Borg. copt. 122, ff. 314-367r, eoque usus est in codice Borg. copt. 116, ff. 185-243v, 2-31r, pro partibus quae desiderantur in codice Vat. copt. 64[1]. Zoega, *Catal.*, p. 132, ad Cod. LXXIII: « ex volum. Vaticano LIX vel LXII », lege « Vaticano LXII »; e codice Vat. LIX nihil a Tuki exscriptum reperire est in codicibus Borgianis.

Codex ab eodem librario exaratus est ac cod. Vat. copt. 58[2] (v. p. 386) eamdemque praebet indolem palaeographicam. Complectitur quaterniones ⲁ̅ – ⲋ̅, ff. sex quaternionis ⲁ̅ cuius desideratur utrumque folium extremum, et folia septem quaternionis ⲉ̅ qui amisit folium primum; paginae notantur: ⲁ̅ – ⲓ̅ⲃ̅ (ff. 2v-6v), ⲓ̅ⲉ̅, ⲓ̅ⲍ̅ (ff. 8v, 9), ⲕ̅ – ⲕ̅ⲉ̅ (ff. 10v-13v), ⲗ̅ⲃ̅, ⲗ̅ⲅ̅ (ff. 16v, 17), ⲗ̅ⲏ̅, ⲙ̅ (ff. 19v, 20v), ⲙ̅ⲇ̅ – ⲙ̅ⲏ̅ (ff. 22v-24v), ⲛ̅ⲃ̅, ⲛ̅ⲇ̅ (ff. 25v, 26v), ⲝ̅, ⲝ̅ⲃ̅ (ff. 29v, 30v), ⲝ̅ⲏ̅ – ⲟ̅ⲃ̅ (ff. 31v-33v), ⲟ̅ⲉ̅ (f. 35v); notis autem carent ff. 1 (lacerum), 7, 14, 15, 18, 21, 27, 28, 34, 36, 37. In ff. extremis fasciculorum, excepto f. 1, ornamentum lineis inter se innexis atramento exaratum, cum inscriptionibus: ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ (ff. 8v, 16v, 24v), ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲓ (sic) « miserere, miserere » (f. 9), ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ « miserere nostri » (f. 17). Codicis titulum, folii primi marginem externum magna ex parte avulsum et textus lineam primam, litteris grandioribus exaratam, ornant lineamenta inter se innexa rubri et crocei coloris; locum autem quo proprie incipit vitae Macarii narratio, f. 2v, lin. 1, ⲡⲓⲛⲓϣϯ ϫⲉ (Amélineau, p. 48, lin. 12), signat ornamentum minio confectum, in forma rami. Caeterum desunt pigmenta. Textum concludit quadruplex linea lineolis flexuosis et punctis effecta.

F. 37v, subscriptio librarii, unciali oblonga: ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲃⲱⲕ ⲭⲁⲏⲗ ⲩ(ⲓ)ⲟ(ⲥ) ⲙⲁⲧⲟⲓ ⲁⲙⲏⲛ « Domine, miserere servi tui Khaēl, filii Matoi. Amen »; in imo mg., post lineam ductibus et punctis effectam, manu rudi recentiore: ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲙⲁ ⲛⲧⲟⲛ ⲡⲉⲕⲃⲱⲕ ⲥⲟⲩⲣⲱⲣ ⲩ(ⲓ)ⲟ(ⲥ) ⲙⲏⲛⲁ ⲃⲁⲃⲩⲗ[ⲱⲛ] | ⲁⲙⲏ[ⲛ] « Domine, da requiem famulo tuo Sourōr, filio Mēna Babylōn. Amen » (nota eiusdem lectoris in f. 89v). In angulo summo externo f. 6v, manu recentiore: ⲁⲗ(ⲏ)ⲑ(ⲱⲥ) (?).

2 (ff. 38-55v) Saec. X med., ff. 18, linn. 30-32.

Vita Danielis Scetensis, sub titulo ⲡⲓⲃⲓⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ· ⲁⲃⲃⲁ ⲇⲁⲛⲓⲏⲗ ⲡⲓϩⲩⲅⲟⲩⲙⲉⲛⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ϣⲓⲏⲧ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲭⲓⲛϣⲱⲛϧ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲏⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲉ̀ⲧⲁϥϯ ⲙⲁϯ ⲉⲣⲱⲟⲩ· ⲟⲩⲟϩ ϫⲉ ⲡⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲉⲧⲁϥⲙ̀ⲧⲟⲛ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲛ̀ϧⲏⲧϥ ⲡⲉ ⲥⲟⲩⲏ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲡⲁϣⲟⲛⲥ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ̅ϯ « Vita patris nostri sancti abba Danielis hegumeni Scetensis et vitae institutum sanctorum quibuscum convenit; et quod dies quo quievit est octavus mensis pašons. In pace Dei ». Duo desiderantur folia: unum (pp. ⲑ̅, ⲓ̅) post f. 41, alterum (pp. ⲓ̅ⲍ̅, ⲓ̅ⲏ̅) post f. 44.

Codicem cum versione italica edidit notisque ditavit Ignatius Guidi, in ephemeride *Revue de l'Orient chrétien*, t. V, 1900, pp. 535-564, t. VI,

1901, pp. 51-53; cf. etiam *Bibliotheca hagiographica orientalis*, Bruxellis, 1910, pp. 56, 57; P. van Cauwenbergh, *Études sur les moines d'Égypte depuis le Concile de Chalcédoine (451) jusqu'à l'invasion arabe (640)*, Lovanii, 1914, pp. 10, 11, 84, 85. De Vitae Danielis recensione graeca, syriaca, arabica et ethiopica, vide L. Clugnet, *Bibliothèque hagiographique orientale*, t. I, Parisiis, 1901.

Notae marginales diversarum manuum: ⲥ ante interrogationes, passim; f. 45v:]ⲏ̅; f. 48: ⲱ[ϣ « Lege »; f. 50: ⲅ̅ ϣⲁ « 3, usque », ante ⲁⲥϣⲱⲡⲓ; f. 53v: ⲱ. Paucae emendationes occurrunt in textu.

Codicem exscripsit R. Tuki in codice Borg. copt. 117, ff. 3-18v.

Codex qui eiusdem est calligraphi ac codices Vaticani coptici 58[2] (vide p. 386) et 62[1] communem cum ipsis habet indolem palaeographicam. Constat autem foliis septem quaternionis ⲁ̅ cuius desideratur folium quintum, foliis septem quaternionis ⲃ̅ qui amisit folium primum et quaternionis ⲅ̅ foliis quattuor primis; paginarum notae sunt ⲁ̅ – ⲏ̅ (ff. 39v-41v), ⲓ̅ⲃ̅ (f. 42v), ⲓ̅ⲉ̅ (f. 44v), ⲕ̅ – ⲕ̅ⲁ̅ (ff. 45v-47v), ⲕ̅ⲉ̅ (f. 49v), ⲁ̅ⲃ̅ – ⲙ̅ⲃ̅ (ff. 51v-55v). In summis ff. 44v, 51v, 52, ornamentum atramento exaratum inter inscriptiones ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ (f. 44v), ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ « Iesu Christe, miserere nostri » (f. 51v), ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ « miserere nostri » (f. 52). Ornamentum tituli ut in cod. Vat. copt. 58[6].

F. 55v, Subscriptiones: [1] ipsius librarii, unciali oblonga, ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲙ̀ⲡⲓϫⲱⲃ ⲉⲧⲁϥⲥϧⲁⲓ ⲭⲁⲏⲗ ⲩ(ⲓ)ⲟ(ⲥ) ⲙⲁⲧⲟⲓ ⲧⲭⲉϩⲗⲓ | ⲁⲙⲏⲛ « Domine, miserere infirmi qui scripsit Khaēl, filii Matoi Tkheḥli (cf. Amélineau, *La géographie de l'Égypte*, Parisiis, 1893, pp. 501, 509, 510). Amen »; [2] eiusdem manus, ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲧ ⲡⲓⲕⲁϯ ⲛ̀ⲛⲉⲛⲓⲟϯ ⲛ̀ⲣⲉϥⲱϣ ⲡⲓⲇ̅ⲓ̅ ⲥⲁⲣⲁⲡⲓⲱⲛ | ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲇ̅ⲓ̅ ⲙⲏⲛⲁ ⲁⲙⲏⲛ « Domine, da intellectum patribus nostris lectoribus diacono Sarapiōn et diacono Mēna. Amen »; [3] manus eiusdem lectoris Isaac qui notulam scripsit in cod. Vat. copt. 59, f. 29v (vide p. 401), ⲓⲥⲁ̀ⲁ̀ⲕ ⲡⲓⲉ̀ⲗⲁⲭ(ⲓⲥⲧⲟⲥ) ⲛ̀ⲣⲉϥⲱϣ ⲫ̅ϯ̅ ϣⲉⲛϩⲏⲧ ϧⲁⲣⲟϥ ⲧⲉϥ|ⲭⲱ ⲛⲁϥ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲁ̀ⲙ̅ⲏ̅ⲛ̅ ⲫ̅ϯ̅ ⲫⲏ ⲉⲧⲛⲁϫⲟⲥ ϫⲉ ⲁ̀ⲙ̅ⲏ̅ⲛ̅ | ⲫ̅ϯ̅ ⲭⲱ ⲛⲁϥ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲱϥ · ⲉ ⲑ ⲑ ⲡ « Isaac minimus lector, Deus misereatur eius et remittat ei. Amen. Deus, qui dicet ' Amen ', Deus remittet ei quoque.... »; [4] tertiae manus, ⲡⲓⲣⲉϥⲉⲣⲛⲟⲃⲓ ⲥⲉⲩⲏ̀ⲣⲟⲥ ⲫ̅ϯ̅ ⲛⲁⲓ ⲛⲁϥ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « Peccator Severus; Deus misereatur eius. Amen ». Notae posteriores ⲓ̅ – ⲓ̅ⲃ̅, in summo angulo interno plagulae initialis fasciculorum appositae, cultro glutinatoris maxima ex parte resectae sunt.

3 (ff. 56-68v) Saec. X med., ff. 13, linn. 30-32.

Martyrium sancti apa Til, sub titulo ϯⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲙ̀ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲫⲏ ⲉⲧⲟⲩⲁⲃ ⲁⲡⲁ ⲧⲓⲗ ⲉⲧⲁϥϫⲟⲕⲥ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲙⲉⲧⲅⲉⲛⲛⲉⲟⲥ (ⲥⲟⲩⲓ̅ⲉ̅ ⲛ̀ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ in ras.) ⲉⲡⲏⲡ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ̅ϯ̅ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « Martyrium sancti martyris Domini nostri Iesu Christi, sancti apa Til, quod strenue consummavit die decimo sexto mensis epēp. In pace Dei. Amen ».

Martyrium cum versione latina ediderunt e cod. Vat. copt. 66[6], additis variis lectionibus e codice nostro, fine mutilo, I. Balestri et H. Hyvernat, *Acta martyrum*, t. I, in *Corpus scriptorum christianorum orientalium*, *Scriptores coptici*, textus, ser. III, t. I, Parisiis, 1907, pp. 89-109; versio, ser. III, t. I, Parisiis, 1908, pp. 61-71; de martyrio apa Til, vide etiam *Bibliotheca hagiographica orientalis*, Bruxellis, 1910, pp. 18, 19.

F. 59, in margine, ante interrogationes, littera ⲥ, librarii ut videtur manus.

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 122, ff. 367ᵛ-385.

Codex eiusdem amanuensis est eamdemque praebet indolem palaeographicam ac codices Vaticani coptici 58² (vide p. 386), 61¹ et 61²; insuper habet communem fasciculorum et paginarum enumerationem cum codice praecedenti. Complectitur nempe quattuor folia ultima quaternionis ⲋ̅ (ff. 56-59), quaternionem ⲍ̅ (ff. 60-66, primo folio resecto absque textus iactura) et folia duo priora binionis ⲏ̅ (ff. 67, 68); in summis ff. 66ᵛ et 67, ornamentum atramento effectum inter inscriptiones ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ (f. 66ᵛ), ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ « miserere nostri » (f. 67); notae numericae, ornamenta et inscriptiones desiderantur in summis ff. 59ᵛ et 60; paginae signantur ⲙ̅ⲍ̅ – ⲙ̅ⲏ̅ (ff. 56ᵛ-58ᵛ), ⲛ̅ⲃ̅ (f. 60ᵛ), ⲛ̅ⲋ̅ (f. 62ᵛ), ⲝ̅ (f. 64ᵛ), ⲝ̅ⲍ̅ (f. 66ᵛ), ⲝ̅ⲉ̅ (f. 67), ⲝ̅ⲏ̅ (f. 68ᵛ). F. 67, in summo angulo interno, manus posterior fasciculum nota ⲓ̅ⲍ̅ signavit. Ornamentum tituli ut in cod. Vat. copt. 62².

F. 65, in imo margine, nota eiusdem manus ac subscriptio ultima f. 55ᵛ: ⲡⲓⲣⲉϥⲉⲣⲛⲟⲃⲓ ⲥⲉⲩⲏⲣⲟⲥ ⲫϯ ⲛⲁⲓ ⲛⲁϥ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « Peccator Severus; Deus misereatur eius. Amen ».

4 (ff. 69-89ᵛ) Saec. X med., ff. 21, linn. 29-33.

Epistolae Petri Mongi et Acacii, sub titulo generali ⲛⲁⲓ ⲛⲉ ⲛⲓⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲁⲃⲃⲁ ⲡⲉⲧⲣⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲁⲕⲁⲕⲓ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ· ⲛⲧⲉ ⲕⲱⲥⲧⲁⲛⲧⲓⲛⲟⲩⲡⲟⲗⲓⲥ ϩⲟⲧⲉ ⲉⲧⲁϥⲉⲣⲙⲉⲧⲁⲛⲟⲓⲛ « Hae sunt epistolae abba Petri et Acacii, archiepiscopi Constantinopolitani, quo tempore (hic) mentem mutavit ».

Codicem, qui constat octo epistolis Petri ad Acacium et sex epistolis Acacii ad Petrum, cum praefatione critica et versione gallica edidit E. Amélineau, *Monuments pour servir à l'histoire de l'Égypte chrétienne aux IVᵉ et Vᵉ siècles*, in *Mémoires de la Mission archéologique française au Caire*, t. IV, fasc. 1, Parisiis, 1888, pp. XXXI-XLVI, 196-228; de hac editione, vide P. de Larminat, *Revision du texte copte des Lettres de Pierre Monge et d'Acace*, in *Atti del II° congresso internazionale d'Arte christiana*, Romae, 1902, pp. 337-343, 352. Cf. etiam O. Bardenhewer, *Geschichte der altkirchlichen Literatur*, t. IV, Friburgi Brisgoviae, 1924, pp. 82, 83, 219, ubi memoratur insuper epistolarum recensio armena.

In summo f. 69, manu posteriore: ⲥⲟⲩⲇ̅ ⲛ̀ⲁ̀ⲑⲱⲣ· ⲋ « Die quarto athōr et » ac infra: ⲋ ⲁⲕϣⲁⲛⲉⲣⲭ̀ⲣⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲑⲁⲓ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲕⲩⲣⲓⲁ̀ⲕⲏ ⲉϥⲟⲓ ⲛ̀ϩⲟⲩⲟ̀ ⲓ̀ⲧⲉ ⲡⲁⲟ̀ⲡⲓ· ⲓ̀ⲧⲉ ⲁ̀ⲑⲱⲣ· ⲁ̀ϫⲟⲥ « et si illo tibi opus fuerit, die dominicali qui superest mense paopi vel mense athōr, dic ». In mgg., varia lectionis signa et ⲥ ante interrogationes; f. 89, ante conclusionem, ⲥⲕⲉⲣⲕⲉⲣ « Protrahe ». Paucae occurrunt in textu emendationes varii calami.

Codex eiusdem est scripturae ac codd. Vaticani coptici 58^2 (vide p. 386) et $62^{1\text{-}3}$ eamdemque praebet ornamentorum indolem, at propriam exhibet fasciculorum et paginarum enumerationem. Continet quaterniones ⲁ̅ et ⲃ̅ et folia quinque fasciculi ⲅ̅; ff. 76ᵛ, 77, 84ᵛ, 85, in summo mg. signantur ornamento inter inscriptiones ⲓⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ (ff. 76ᵛ, 84ᵛ) et ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ « miserere nostri » (ff. 77, 85); paginae notantur ⲃ̅ – ⲓ̅ (ff. 69ᵛ-73ᵛ), ⲓ̅ⲉ̅ (f. 76ᵛ), ⲓ̅ⲍ̅ (f. 77ᵛ), ⲕ̅ – ⲕ̅ⲇ̅ (ff. 78-80ᵛ), ⲕ̅ⲏ̅ (f. 82ᵛ), ⲗ̅ⲃ̅ (f. 84ᵛ), ⲗ̅ⲅ̅ (f. 85), ⲙ̅ (f. 88ᵛ), omissis alibi notis. Ornamentum, quod titulum generalem includit simul ac titulum epistolae primae, eiusdem est indolis ac in cod. Vat. copt. 62^3; singulos titulos epistolarum comitantur lineae lineolis flexuosis et punctis effectae. In summo angulo interno ff. 69, 77, 85, notis ⲓ̅ⲉ̅ – ⲓ̅ⲍ̅, nunc partim resectis, manus posterior fasciculos signavit; f. 82, in mg. externo, ⲡⲁⲣⲁⲇⲓⲥⲟⲥ bis scriptum, diversa manu.

F. 89ᵛ, in summo folio, imago sancti militis rudi calamo effecta, inferius vero, manibus variis: [ϧⲉⲛ ⲫⲣ]ⲁ̣ⲛ ⲙ̀ⲫⲓⲱⲧ ⲛⲉⲙ ⲡϣⲏⲣⲓ « In nomine Patris et Filii »; ⲁⲣⲓⲡⲙⲉⲩⲓ ⲛⲡⲓⲣⲉϥⲛⲟⲃⲓ ⲥⲟⲩⲣⲱⲣ ⲩ(ⲓ)ⲟ(ⲥ) ⲙⲏⲛⲁ | ⲃⲁⲃⲩⲗⲱⲛ ⲉⲛⲧⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ϯ ⲛⲧⲟⲛ ⲛⲁϥ ⲁⲙⲏⲛ « Memento peccatoris Sourōr, filii Mēna Babylōn, ut Deus det ei requiem. Amen » (cf. f. 37ᵛ). Ff. 84ᵛ, 88ᵛ, in mg., translationes arabicae quorumdam vocabulorum copticorum; f. 89, in imo mg.: ⲣ̅ⲟ̅ⲑ̅.

5 (ff. 90-119ᵛ) Saec. X med., ff. 30, linn. 30-35.

Catechesis Evhodii adscripta de Dormitione beatae Mariae Virginis, sub titulo ⲟⲩⲕⲁⲑⲏⲕⲉⲥⲓⲥ ⲉⲧⲁϥⲧⲁⲩⲟⲥ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲟⲩⲟϩ ⲉⲧⲧⲁⲓⲏⲟⲩⲧ ⲕⲁⲧⲁ ⲥⲙⲟⲧ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲁⲃⲃⲁ ⲉⲩⲭⲟⲇⲓⲟⲥ ⲡⲓⲁ̀ⲣⲭⲏⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲛⲓϣϯ ⲙ̀ⲡⲟⲗⲓⲥ ⲣⲱⲙⲏ ⲉⲡⲓⲙⲁϩⲃ̅ ⲡⲉ ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲁ ⲡⲉⲧⲣⲟⲥ ⲡⲓⲁ̀ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ ⲉⲧⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟⲥ ⲇⲉ ⲉ̀ⲧⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲧⲏⲣⲉⲛ ϯⲑⲉⲟ̀ⲇⲟⲕⲟⲥ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲙⲁⲣⲓⲁ ⲉϥⲟⲩⲱⲛϩ ⲙ̀ⲡⲓϩⲱⲃ ⲛⲁⲛ ⲉⲃⲟⲗ ϫⲉ ⲁⲥϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲡⲉⲥⲃⲓⲟⲥ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲛ̀ⲥⲟⲩⲕ̅ⲁ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲧⲱⲃⲓ ⲕⲁⲧⲁ ⲛⲓⲣⲉⲙⲛ̀ⲭⲏⲙⲓ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ︦ϯ︦ ⲁⲙⲏⲛ « Catechesis quam protulit pater noster sanctus et omnimode honorandus abba Evhodius, archiepiscopus magnae civitatis Romae, secundus post Petrum apostolum; protulit eam de Domina omnium nostrum Deipara sancta Maria, manifestans nobis rem, scilicet consummavit vitam suam sanctam die vigesimo primo mensis tōbi, secundum Ægyptios. In pace Dei. Amen. »

Textum ediderunt E. Revillout, *Apocryphes coptes*, in *Études égyptologiques*, t. VIII, fasc. 1, Parisiis, 1876, pp. 75-112, et P. de Lagarde, *Aegyptiaca*, Gottingae, 1883, pp. 38-63; anglice vertit, cum praefatione, Forbes Robinson, *Coptic apocryphal Gospels*, in *Texts and Studies*, t. IV, fasc. 2, Cantabr., 1896, pp. XXIV, 44-66, additis, pp. 66-89, eiusdem sermonis fragmentis sahidicis desumptis e codicibus Borgianis Neapolitanis CCLXXIII, CCLVIII 1, CCLIX, et Oxoniensi Clarendon. B 3. 15; inter codicis f. 98 (des. ⲁⲛⲟⲛ ⲇⲉ ϩⲱⲛ ⲛⲁⲛⲟⲓ ⲛ̇ⲟ̄ⲃ̄) et f. 99 (inc. ⲉⲃⲟⲗ ⲟⲩⲛ ϩⲓⲧⲉⲛ ⲡⲁⲓⲛⲓϣϯ ⲛϩⲱⲃ) desiderantur ff. sex, quorum iacturam non adverterint auctores laudati; varias lectiones e fragmentis bohairicis Cahirensibus 31, $31^{Add.}$ I et II, videre est apud H. G. Evelyn White, *The Monasteries of the Wadi 'n Natrûn*, t. I, Neo Eboraci, 1926, pp. 59, 60. Alii textus sahidici de Dormitione beatae Mariae Virginis, attamen textui bohairico non semper consoni, exstant: in codicibus Pierpont Morgan M 596, ff. 19^{v}-26, M 598, ff. 1-8^{v}; in cod. Argentoratensi copt. 413 (edidit W. Spiegelberg, *Eine sahidische Version der Dormitio Mariae*, in *Recueil de travaux relatifs à la philologie et à l'archéologie égyptiennes et assyriennes*, t. XXV, Parisiis, 1903, pp. 1-15; cf. O. von Lemm, *Koptische Miscellen CVI*, in *Bulletin de l'Académie impériale des sciences de St.-Pétersbourg*, ser. VI, t. V, Petroburgi, 1911, pp. 1135-1139); in cod. Parisiensi copt. 131^{8}, f. 152; in codicibus Vindobonensibus K 9400 (edidit C. Wessely, *Griechische und koptische Texte theologischen Inhalts*, fasc. IV, in *Studien zur Palaeographie und Papyruskunde*, t. XV, Lipsiae, 1914, pp. 123, 124), K 9401, K 9783. Nonnulla codici nostro affinia praebet sermo Evhodio adscriptus quem edidit F. Rossi, *Trascrizione e traduzione di un sermone sulla passione del Nostro Signore Gesù Christo*, in *Memorie della R. Academia delle scienze di Torino*, ser. II, t. XLII, Taurini, 1892, pp. 107-143, 205-217; cf. O. von Lemm, *Koptische Miscellen CXXVIII*, op. laud., t. VII, 1913, pp. 536-544. Vide etiam W. E. Crum, *Theological texts from Coptic papyri*, in *Anecdota Oxoniensia*, ser. semitica, t. XII, Oxonii, 1913, p. 17.

Paucae occurrunt in textu emendationes diversarum manuum et varia signa lectionis in margine, imprimisque signum ⲥ ante interrogationes.

Codicem exscripsit, R. Tuki in cod. Borg. copt. 117, ff. 23-46^{v}.

Codex eiusdem est amanuensis Khaël ac codices Vaticani coptici 58^{2} (vide p. 386) et 62^{1-4} quibuscum communem praebet indolem palaeographicam; attamen ductus directi plagulae carneae membranae impressi definiunt, praeter morem, binas lineas scripturae. Constat codex quaternione ⲁ̄ (ff. 90-97, pp. ⟨ⲁ̄⟩ – ⲓ̄ⲉ̄), primo et ultimo folio quaternionis ⲃ̄ (f. 98,

pp. ⲓ̅ⲍ̅, ⲓ̅ⲏ̅, f. 99, pp. ⟨ⲗ̅ⲁ̅⟩, ⲗ̅ⲃ̅), quaternionibus ⲅ̅, ⲇ̅ (ff. 100-115, pp. ⲗ̅ⲅ̅ – ⲝ̅ⲇ̅) et binione ⲉ̅ (ff. 116-119, pp. ⲝ̅ⲉ̅ – ⲟ̅ⲃ̅). Summas paginas extremas fasciculorum, excepto f. initiali codicis, decorat ornamentum inter inscriptiones ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅, in plagulis aversis, et ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ « miserere nostri », in plagulis rectis; fasciculorum paginas medias signat crux minio adiecta, in summis foliis aversis et in imis foliis rectis; notae paginarum desiderantur in ff. 91ᵛ-96ᵛ, 100ᵛ-106ᵛ, 108ᵛ, 109ᵛ, 112ᵛ, 113ᵛ, 117ᵛ, 118ᵛ. Ornamenta tituli, marginis externi et primae textus lineae ut in cod. Vat. copt. 62[1]; linea textus secunda scripta est litteris maioribus partim minio tactis. Minio exarata sunt interpunctionis signa paginae primae, dum reliquae codicis plagulae vacuum praebent spatium interpunctioni servatum et omni carent pigmento.

Subscriptiones et notae: f. 90, in ornamento marginali, manu ipsius calligraphi, ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ | ⲛⲁ ⲙ̀|ⲡⲉⲕ|ⲃⲱⲕ | ⲭⲁⲏⲗ | ⲙⲁⲧⲟⲓ « Domine, miserere famuli tui Khaēl Matoi »; f. 119ᵛ, [1] eadem manu, ⳩ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲣⲉϥⲉⲣⲛⲟⲃⲓ ⲉⲧⲁϥⲥϧⲁⲓ ⲭⲁⲏⲗ ⲩ̅ⲥ̅ ⲙⲁⲧⲟⲓ | ⲁⲙⲏⲛ « Domine, miserere peccatoris qui scripsit, Khaēl filii Matoi. Amen »; [2] post notulam fere integre erasam, manu recentiore, ϧⲉⲛ ⲫⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲫ̅ⲫ̅ ⲡⲓϣⲟⲣⲡ ⲛ̀ϩⲱⲃ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲓⲥ ϯⲙⲓⲧⲁ́ⲛⲓⲁ́ | ϯϯϩⲟ ⲁⲣⲓⲡⲁⲙⲉⲩⲓ ⲁ̀ⲛⲟⲕ ϧⲁ̀ ⲡⲓϫⲱⲃ ⲛ̀ⲣⲉϥⲉⲣⲛⲟⲃⲓ ⲡⲁ|ⲣⲉ ⲣⲱⲙⲓ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲧϣⲟⲡ ϩⲓϫⲉⲛ ⲡⲕⲁϩⲓ ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀|ⲧⲉ ⲡⲁ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲭⲱ ⲛⲏⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « In nomine Dei, principii omnium rerum, metanoeam ago, rogo, memento mei, miseri peccatoris prae omnibus hominibus qui sunt super terram, ut Dominus Iesus Christus remittat mihi. Amen »; [3] in mg., nota partim resecta, بسم الله | يا رب ارحم عبدك الخاط[ى] | الفقير المحتاج الى رح[متك] | وقف مقدر من يفطر الحر[وف] | رحم اليه عزواه ودعا [له] | بالتوبة والمغفرة ام[ين] | يا رب العلمين « In nomine Dei. Domine, miserere servi tui peccatoris, inopis, misericordia tua carentis, sustine fata illius qui effecit litteras, miserere ipsius, ipsum consolare, et adduc eum ad paenitentiam et veniam. Amen. O Domine universorum », nonnulla (linn. 4 et 5) sunt lectionis et interpretationis incertae. In imo f. 90: ⲡ̅ⲟ̅.

6 (ff. 120-142ᵛ) Saec. X med., ff. 23, linn. 30-32.

Encomium sancti Iohannis Baptistae, initio mutilum.

Textum cum praefatione critica edidit et gallice vertit H. de Vis, *Homélies coptes de la Vaticane*, t. I, in *Coptica*, t. I, Hauniae, 1922, pp. 1-52 (cf. Ad. Hebbelynck, *Le Muséon*, t. XXXV, 1922, p. 307); vide ibid., pp. 2-11, alia idem documentum spectantia, imprimisque fragmenta quae ediderunt F. Rossi, *Trascrizione di tre manoscritti copti*, in *Memorie della R. Academia delle scienze di Torino*, t. XXXVII, Taurini, 1886, pp. 115-144, 163-172, et E. Revillout, *Évangile des douze Apôtres*, in *Patrol. orient.*, t. II, Parisiis, 1907, pp. 131, 132.

In marginibus, diversarum manuum signa lectionis: ⲥ ante interrogationes et * initio et in fine quarumdam paragraphorum. Paucae correctiones in textu.

Codicem exscripsit R. Tuki, in cod. Borg. copt. 117, ff. 173-191ᵛ.

Codex eiusdem est calligraphi eiusdemque indolis palaeographicae ac codices Vaticani coptici 58[2] (vide p. 386) et 62[1-5]; ductus directi membranae impressi ut in cod. praecedenti.

Amisit codex folium primum quaternionis ⲁ̅, integros autem habet quaterniones ⲃ̅ et ⲅ̅; paginarum notae leguntur ⲓ̅ⲉ̅ (f. 126^{v}), ⲓ̅ⲍ̅, ⲓ̅ⲏ̅ (f. $127^{r \cdot v}$), ⲗ̅ⲃ̅ (f. 134^{v}), ⲗ̅ⲅ̅ (f. 135). Uti in cod. 62^{5}, in summis ff. extremis fasciculorum, excepto f. 142^{v} quod vacuum habet summum mg., ornamenta et inscriptiones ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅, ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ, et in fasciculorum paginis mediis crux minio effecta.

F. 142, subscriptio librarii (unciali oblonga): ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲙⲡⲉⲕⲃⲱⲕ ⲭⲁⲏⲗ ⲛ̀ⲧⲉ ⲙⲁⲧⲟⲓ ⲁⲙⲏⲛ « Domine, miserere servi tui Khaēl filii Matoi. Amen »; f. 142^{v}, nota donationis, ab ipso librario exarata, cuius finis interiit cum imo folio cui suffecta est nova membrana: ⳥ ϧⲉⲛ ⲫⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲫⲓⲱⲧ ⲛⲉⲙ ⲡϣⲏⲣⲓ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ | ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ϯⲧⲣⲓⲁⲥ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲛⲟⲙⲟⲟⲩⲥⲓⲟⲥ ⲫⲁⲓ | ⲅⲁⲣ ⲡⲉ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ ⲉⲧⲉⲛϣⲉⲙϣⲓ ⲙⲙⲟϥ ⲁ̀ⲛⲟⲛ | ϧⲁ ⲛⲓⲭⲣⲓⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ · ⲁϥϣⲱⲡⲓ ⲛϫⲉ ⲡⲁⲓ|ϣⲉⲛⲉⲣⲫⲙⲉⲩⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲁⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲛ ⲛ̀ϫⲱⲙ ⲛ̀ⲱϣ | ⲉⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲟⲧⲟⲩ ⲛ̀ⲛⲉⲛⲙⲁⲓⲛⲟⲩϯ ⲛⲓⲟϯ ⟨ⲡⲁⲓⲱⲧ ⲫⲓⲗⲟⲑ(ⲉⲟⲥ) ⳽ ⲡⲁⲓⲱⲧ ⲍⲁⲕⲁⲣⲓ(ⲁ)ⲥ | ⳽ additum postea prima manu⟩ ⲡⲁⲓⲱⲧ ⲗⲟⲩⲣⲟϯ ⳽ ⲡⲁⲓⲱⲧ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ ⲡⲉϥⲥⲟⲛ ⟨ⲛⲟⲩϣⲏⲣⲓ ⳽ ⲛⲟⲩⲓⲟϯ ⲕⲁⲧⲁ ⲥⲁⲣⲝ add. postea prima manu⟩ | ⲛⲓⲙⲟⲛⲁⲭⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲧⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲛ̀ⲇⲓⲕⲉⲟⲥ | ⲡⲓⲛⲓϣϯ ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ ⲛⲉⲛϣⲏⲣⲓ ⲙ̀ⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ⲧⲓⲕⲟⲛ | ⲙ̀ⲡⲓⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲡⲁⲓⲱⲧ ⲫⲓⲗⲟⲑⲉⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲁⲃⲣⲁⲁⲙ | ⲛ̀ⲕⲟⲩϫⲓ ⲛⲓⲣⲉⲙⲉⲗⲙⲓ ⲕⲁⲧⲁ ⲧⲟⲩⲡⲁⲧⲣⲓⲥ | ⲁⲩϣⲟⲡϥ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲡⲟⲩϧⲓⲥⲓ ⲛ̀ⲓⲇⲓⲟⲛ | ⲁⲩⲧⲏⲓϥ ⲉϧⲟⲩⲛ ⲉϯⲁⲅⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ̀ ⲛ̀|ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ϣⲓⲏⲧ ⟨ⲛⲁⲅⲁⲡⲓ ϩⲓϫⲉⲛ ⲛⲟⲩⲯⲩⲭ(ⲏ) add. postea prima manu⟩ | ⲧⲉⲛϯ ϯϩⲟ ⲉⲣⲱⲧⲉⲛ ϧⲁ ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲑⲛⲁⲱϣ ⲛ̀[ϧⲏⲧϥ... « In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, Trinitatis sanctae consubstantialis; hic est enim Deus noster cui servimus, nos christiani. Factum est hoc memoriale huius sancti libri lectionis per patres Deum amantes patrem Philotheum et patrem Zachariam et patrem Douroti et patrem Macarii, fratrem eius, filios eorum et patres eorum secundum carnem, monachos monasterii patris nostri iusti, magni abba Macarii, filios spirituales beati patris Philothei, filii Abrahae parvi, virorum Elmi, secundum patriam suam (E. Amélineau, *La géographie de l'Égypte*, Parisiis, 1893, pp. 162, 163); comparaverunt illud proprio suo labore illudque dederunt ecclesiae sancti patris nostri abba Macarii Scetensis in charitatem pro animabus suis; rogamus vos, unumquemque qui legerit in [hoc... ». In mgg. f. 126^{v} conscribillationes.

7 (ff. 143-155^{v}, 159-165^{v}) Saec. X med., ff. 20, linn. 31-34.

Sermo Theophili Alexandrini de Anania, Azaria et Misael, sub titulo ⲟⲩⲗⲟⲅⲟⲥ ⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲃⲃⲁ ⲑⲉⲟ̀ⲫⲩⲗⲗⲟⲥ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲣⲁⲕⲟϯ ⲉⲁϥϫⲟϥ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲅ̅ ⲛⲁⲗⲟⲩ ⲛ̀ⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲁ̀ⲛⲁⲛⲓⲁⲥ ⲁ̀ⲍⲁⲣⲓⲁⲥ ⲙⲓⲥⲁⲏⲗ ϧⲉⲛ ⲡⲉϩⲟⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲟⲩⲉⲣⲫⲙⲉⲩⲓ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲉⲧⲉ ⲥⲟⲩⲓ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲡⲁϣⲟⲛⲥ ⲡⲉ ⲟⲩⲟϩ ⲟⲛ ϫⲉ ⲡⲁⲅⲓⲁⲥⲙ̀ⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲟⲩⲧⲟⲡⲟⲥ ⲉⲧⲁϥⲕⲟⲧϥ ϧⲉⲛ ⲡⲟⲩⲣⲁⲛ ϧⲉⲛ ⲣⲁⲕⲟϯ ⲉϥϫⲏ ⲙ̀ⲙⲁⲩ ϩⲱϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲁⲃⲃⲁ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓⲉⲅⲕⲗⲏⲥⲧⲟⲥ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲙⲁⲛⲇⲣⲓⲧⲏⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲧⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲥⲓⲱ̀ⲟⲩⲧ ⲫⲁⲓ ⲉⲧⲁϥϣⲱⲡⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲣⲱⲙⲓ ⲙ̀ⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ⲧⲟⲫⲟⲣⲟⲥ ⲉⲡϧⲁⲉ̀ ⲇⲉ ⲁϥϯⲙⲁϯ ⲉϯⲙⲉⲧⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ϣⲙⲟⲩⲛ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ̅ϯ̅ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « Sermo (quem) protulit sanctus abba Theophilus, archiepiscopus Alexandrinus,

loquens in ecclesia (litt. martyrio) trium sanctorum puerorum Ananiae, Azariae, Misael, die recordationis eorum sanctae, qui est decimus mensis pašons, et consecrationis sanctuarii eorum quod condidit in nomine eorum Alexandriae dum aderat quoque abba Iohannes, archimandrita montis Siōout, qui fuit homo pneumatophoros et in fine obtinuit episcopatum (urbis) Šmoun. In pace Dei. Amen ».

Codicem edidit, cum versione gallica et praefatione de variis documentis ad idem argumentum spectantibus, H. de Vis, *Homélies coptes de la Vaticane*, t. II, in *Coptica*, t. V, Hauniae, 1929, pp. 121-157. De eiusdem sermonis fragmentis Lipsiensibus, vide W. E. Crum, *Hagiographica from Leipzig manuscripts*, in *Proceedings of the Society of biblical Archaeology*; t. XXIX, 1907, p. 307.

F. 143, in summo mg., manu posteriore: ⲉⲩϣⲓⲃ̅ϯ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲃ̅ ⲛ̄ⲗⲟⲅⲟⲥ ⲟⲩⲣⲟⲙⲡⲓ ⲉⲩⲱϣ ⲙ̀ⲫⲁⲓ · ⲕⲉ ⲣⲟⲙⲡⲓ ⲟⲛ ⲉⲩⲱϣ ⲛ̀ⲛⲟⲩϣⲫⲏⲣⲓ · ⲉ̀ⲧⲉ ⲫⲏ ⲉⲑⲛⲏⲟⲩ ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲁ ⲫⲁⲓ ⲉ̀ⲫⲙⲏⲛ ⲉⲩϣⲉⲙϣⲓ ϧⲉⲛ ϯⲥⲕⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲉⲣⲏⲥ · ⲟⲩⲇⲟⲝⲟⲗⲟⲅⲓⲁ̀ ⲡⲉ « Duo hi sermones (scil. Vat. 62^7 et 62^8) alternantur; legitur hic (sermo) uno anno, altero anno leguntur miracula eorum, seu (sermo) qui sequitur, continuo. Officium fit in tabernaculo australi; est doxologia ». F. 144, lin. 4 a fin., ϣⲁⲧⲉⲕ, alia manu in mg. iteratum est. Varia habet codex diversarum manuum signa et notas marginalia ad lectionem spectantia; huiusmodi sunt: crux initio quarumdam paragraphorum, ⲱ(ϣ) « Lege », ϣ(ⲁ) « Usque », rudi manu, sparsim; ⲥ ante interrogationes; f. 153, ϫⲁ « Desine » ante ⲛⲁⲓϫⲱ ⲅⲁⲣ (de Vis, p. 141, lin. ult.). Paucae emendationes varii calami.

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 117, ff. 191v-206v.

Codex eiusdem est manus eiusdemque indolis palaeographicae ac codices Vaticani coptici 58^2 (vide p. 386) et 62^{1-6}; ductus directi membranae impressi ut in codice praecedenti. Componitur codex quaternionibus ⲁ̅, ⲃ̅ (ff. 143-155, 159-161) et binione ⲅ̅ (ff. 162-165); paginarum notae apparent tantum in plagulis extremis fasciculorum (excepta, pro more, prima et ultima): ⲓ̅ⲉ̅ (f. 150v), ⲓ̅ϛ̅ (f. 151), ⲕ̅ⲃ̅ (f. 161v), ⲕ̅ⲅ̅ (f. 162). Ornamenta et inscriptiones in summis paginis extremis fasciculorum, atque crux in paginis mediis eadem sunt ac in codicibus 62^5 et 62^6. Ff. 156-158 fragmenta sunt alterius codicis, de quibus infra (8). Titulum involvunt lineamenta inter se innexa rubri, viridis et crocei coloris, eisdemque pigmentis obducta est littera initialis; litterae sequentes lineae primae, caeteris maiores, carent pigmento sicut reliqua pars codicis.

F. 165v, subscriptio manus posterioris: ⳩ ⲥⲩⲛ ⲑ(ⲉⲱ) | ϯϯϩⲟ ⲁⲣⲓⲡⲁⲙⲉⲩⲓ ⲛⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲛ̀ⲓⲟϯ ⲉⲑⲛⲁⲱϣ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲉⲛⲉⲣⲡⲁⲙⲉⲩⲓ | ⲛ̀ⲛⲁϩⲣⲉⲛ ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ϩⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉϥϯ ⲟⲩⲛⲟⲩⲥ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲕⲁϯ {ⲛ} | ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲥⲉⲙ (ⲉ supra lineam; lege ⲥⲉⲙⲛⲓ?) ⲛ̀ⲧⲁϥ ⲛⲏⲓ ⲛ̀ⲧⲉϥϫⲁ ⲡⲁϣⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛ̀ⲁⲛⲟⲃⲓ ⲛⲏⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ. | ϫⲉ ⲥⲉⲟϣ ⲉ̀ϩⲟⲧⲉ ⲡⲓϣⲱ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫⲓⲟⲙ. ⲛⲉⲙ ⲛ̀ⲫⲣⲏϯ

ⲛ̀ⲛⲓⲥⲓⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲧⲫⲉ | ϧⲉⲛ ⲡⲟⲩⲁϣⲁⲓ ⲛⲁⲓ ⲉⲧⲉ ⟨ⲙ⟩ⲡⲁⲩϣϭⲓ ⲏⲡⲓ ⲛ̀ⲙⲱⲟⲩ « Cum Deo. Rogo, mementote mei, domini patres qui legetis, mementote mei apud Dominum nostrum Iesum Christum ut det mihi mentem et intellectum et firmitatem suam dimittatque mihi multitudinem peccatorum meorum, quia numerosiora sunt arena maris et, in multitudine sua, sicut stellae caeli quae sunt innumerabiles »; alia manu, probationes calami; in imo mg: ⲕ̣.

8 (ff. 156-158v) Saec. X, ff. 3, linn. 31, 32.

Fragmenta tria in s. Petrum Alexandrinum. [1] (ff. 156, 158) Fragmenta duo encomii s. Petri Alexandrini. Primum inc., ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ « sicut Iohannes »; des. ⲛ̀ⲡⲁⲧⲣⲓ[ⲁⲣⲭⲏⲥ « patriarchae » = Vat. copt. 62, f. 190, lin. 8-f. 191, lin. 14; alterum inc.: ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲱⲟⲩ « gloriae »; des.: ϫⲉ ⲁⲩⲑⲱⲛ ⲛⲓⲁⲛ[ⲛⲱⲛⲛⲁ « ubi sunt cibaria? » = Vat. copt. 62, f. 195v, lin. 9-f. 196v, lin. 14; [2] (f. 157) fragmentum martyrii s. Petri Alexandrini, inc.: ⲛⲏ ⲉ̀ⲧⲁⲩⲟⲩ{ⲟⲩ}ⲁϩⲥⲁϩⲛⲓ « quae iusserunt », des.: ⲕⲁⲧⲁ ⲫⲣⲏϯ ⲉ̀ⲧⲁⲓⲥⲱⲧⲉⲙ « sicut audivi » = Vat. copt. 62, f. 201, lin. 12 a. fin.-f. 202, lin. 6 a. fin.

Varias lectiones trium fragmentorum in notis edidit H. Hyvernat, *Les actes des martyrs de l'Égypte*, t. I, Parisiis, 1886, pp. 248-250, 257-259, 268-270. Paucae emendationes varii calami.

Ductus plumbo in plagula carnea membranae delineati definiunt marginum spatium; spatium partis scriptae est circiter mm. 280 × 200. Paginarum notae in paginis aversis appositae sunt: ⲋ̅ (f. 156v), ⲓ̅ⲋ̅ (f. 158v), ⲕ̅ⲋ̅ (f. 157v). Nitida est foliorum scriptura, pigmentis et ornamentis carens; accentus levi lineola efficiuntur; vocem coarctatam ⲫϯ signat lineola convexa; signa interpunctionis, quibus librarius raro utitur, lineola simplici vel duplici constant.

9 (ff. 166-188v) Saec. X med., ff. 23, linn. 27-34.

Encomium Ananiae, Azariae et Misael, Cyrillo Alexandrino adscriptum, sub titulo ⲟⲩⲉⲅⲕⲱⲙⲓⲟⲛ ⲉ̀ⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲕⲩⲣⲓⲗⲗⲟⲥ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲣⲁⲕⲟϯ ⲉϥⲟⲩⲱⲛϩ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲛⲓϫⲟⲙ ⲛⲉⲙ ⲛⲓϣⲫⲏⲣⲓ ⲉⲧⲁ ⲫ︦ϯ︦ ⲁⲓⲧⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲉⲛ ⲡⲓⲅ̅ ⲛⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁ̀ⲛⲁⲛⲓⲁⲥ ⲁ̀ⲍⲁⲣⲓⲁⲥ ⲙⲓⲥⲁ{ⲏⲗ}ⲏⲗ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲥⲏⲟⲩ ⲉⲧⲁⲩⲕⲱⲧ ⲛⲱⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲛⲓϣϯ ⲛⲉⲩⲕⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ϧⲉⲛ ⲣⲁⲕⲟϯ ϯⲙⲉⲧ̣ⲣⲟⲡⲟⲗⲓⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲭⲏⲙⲓ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲉϩⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲟⲩⲁ̀ⲅⲓⲁⲥⲙⲟⲥ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲉⲧⲉ ⲥⲟⲩⲓ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁ̀ⲃⲟⲧ ⲡⲁϣⲟⲛⲥ ⲡⲉ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ︦ϯ︦ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « Encomium quod protulit sanctus Cyrillus, archiepiscopus Alexandrinus, narrans virtutes et portenta quae Deus fecit per tres sanctos Ananiam, Azariam, Misael, quo tempore erectum est ipsis hoc magnum oratorium Alexandriae, in metropoli

Ægypti, die festivitatis eorum sanctae, seu die decimo mensis pašons. In pace Dei. Amen ».

Textum cum praefatione, versione gallica et variis lectionibus e codice Vat. copt. 69[5], edidit H. de Vis, *Homélies coptes de la Vaticane*, t. II, in *Coptica*, t. V, Hauniae, 1929, pp. 158-202.

F. 166, in summo mg., notam praebet lectionis, eiusdem manus ac nota folii 143: ⲉⲩϫⲱ ⲛ̀ⲑⲁⲓ ⲓⲉ̀ ⲑⲏ ⲉⲧϧⲁϫⲱⲥ· ⲟⲩⲣⲟⲙⲡⲓ ⲉⲩϫⲱ ⲛ̀ⲑⲁⲓ· ⲕⲉⲣⲟⲙⲡⲓ· ⲉⲩϫⲱ ⲛ̀ⲑⲏ ⲉⲧϧⲁϫⲱⲥ· ϧⲉⲛ ϯⲥⲕⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲉ̀ⲣⲏⲥ ⲉⲩϫⲱ ϯⲇⲟⲝⲟⲗⲟⲅⲓⲁ̀ « Dicitur hic (sermo) vel superior; uno anno hic, altero anno superior; in tabernaculo australi; dicitur doxologia ». Ante interrogationes, littera ⲥ; f. 178, in mg.: ϣⲁ « Usque »; pauca insuper occurrunt signa lectionis manus rudioris; ff. 170, 171v, 178, notis ⲁ̅, ⲃ̅, ⲉ̅, signavit amanuensis initium primi, secundi et quinti portentorum; paucae correctiones varii calami.

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 117, ff. 206v-222.

Codex eiusdem est manus et indolis palaeographicae ac codices Vaticani coptici 58[2] (vide p. 386) et 62[1-7]; ductus directi membranae impressi ut in codice 62[7]. Constat codex quaternionibus ⲁ̅ et ⲃ̅ (ff. 166-181) et ternione ⲅ̅ (ff. 182-187) cui accedit folium unum omni nota destitutum; paginarum enumeratio in solis fasciculorum plagulis extremis apparet; ornamenta et inscriptiones in plagulis extremis fasciculorum atque crux in eorum plagulis mediis normam sequuntur codicum Vat. copt. 62[5-7]. Tituli ornamentum solo minio exaratum est; textus litterae initiales minio tactae sunt. Finem singularum narrationum distinguunt lineolae flexuosae cum punctis.

F. 188, subscriptio calligraphi, unciali oblonga: ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲉ̀ⲗⲁⲭ(ⲓⲥⲧⲟⲥ) ⲉⲧⲁϥⲥϧⲁⲓ ⲭⲁⲏⲗ ⲩ(ⲓ)ⲟ(ⲥ) ⲙⲁⲧⲟⲓ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « Domine, miserere miseri Khaēl, filii Matoi. Amen »; f. 188v, notae lectoris: [1] unciali oblonga, ⳥ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲫ̅ϯ̅ ⲙⲁ ⲙⲧⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲯⲩⲭ(ⲏ) ⲙⲡⲓⲉⲗⲁⲭ(ⲓⲥⲧⲟⲥ) ⲛ̀ⲧⲁⲗⲉⲡⲟⲣⲟ(ⲥ) ϩⲁⲡⲓⲡ « Domine Deus, da requiem animae minimi, miseri, Ḥapip (ar. حبيب) »; [2] unciali rotunda, ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲙⲡⲓⲥⲃⲟⲩⲓ ⲛⲉⲃⲓⲏⲛ ϩⲁⲡⲓⲡ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « Domine, miserere humilis miseri Hapip. Amen ». F. 171v, in imo mg.: ϧⲉⲛ ⲫ⟨ⲣⲁⲛ⟩ « In nomine », manu posteriore; eadem manu, in mg. ext. f. 174v: ϧⲉⲛ ⲫⲣⲁⲛ.

10 (ff. 189-198v) Saec. X in., ff. 10, linn. 33, 34.

Encomium sancti Petri Alexandrini, auctore Alexandro, archiepiscopo Alexandrino, sub titulo ⲟⲩⲉⲅⲕⲱⲙⲓⲟⲛ· ⲉ̀ⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲁⲃⲃⲁ ⲁ̀ⲗⲉⲝⲁⲛⲇⲣⲟⲥ· ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉ̀ⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲣⲁⲕⲟϯ· ⲉⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲡⲉⲧⲣⲟⲥ ⲡⲓⲡⲁⲣⲑⲉⲛⲟⲥ· ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉ̀ⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲧⲁⲓⲡⲟⲗⲓⲥ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲧ· ⲫⲏ ⲉ̀ⲧⲁϥⲉⲣⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲉ̀ϩⲣⲏⲓ ⲉ̀ϫⲉⲛ ⲫⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲉⲛ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅· ⲉ̀ⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟϥ ϧⲉⲛ ⲡⲉϥⲉⲩⲕⲧⲏⲣⲓⲟⲛ· ⲉⲧⲥⲁⲡⲉⲙⲉⲛⲧ ⲛ̀ϯⲡⲟⲗⲓⲥ ⲉⲩⲉⲣϣⲁⲓ ⲛⲁϥ ϧⲉⲛ ⲡⲉϩⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉϥⲉⲣⲫⲙⲉⲩⲓ

ⲉⲧⲧⲁⲓⲏⲟⲩⲧ· ⲉ̀ⲧⲉ ⲥⲟⲩⲕ̅ⲑ̅ ⲛ̀ⲁⲑⲱⲣ ⲡⲉ· ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ̅ϯ̅ ⲁⲙⲏⲛ « Encomium quod protulit abba Alexander, archiepiscopus Alexandriae, in sanctum Petrum, virginem et archiepiscopum eiusdem civitatis, qui martyrium subiit propter nomen Domini nostri Iesu Christi, quod protulit in ipsius oratorio ad occidentem civitatis; festum eius celebrant die eius commemorationis venerabilis, seu die vigesimo nono athōr. In pace Dei. Amen ».

Encomium edidit, cum versione gallica, H. Hyvernat, *Les actes des martyrs de l'Égypte*, t. I, Parisiis, 1886, pp. 247-262; eiusdem fragmentum (f. 193, lin. 11 — f. 198^{v}, lin. 1) legitur apud A. Mallon, *Grammaire copte*, Beryti, 1926, pp. 68-77 (Chrestomathia); de hoc encomio videatur etiam *Bibliotheca hagiographica orientalis*, Bruxellis, 1910, pp. 204, 205.

In summo mg. folii 189, manu posteriore: ϧⲉⲛ ϯⲡⲁⲣⲑ(ⲉⲛⲟⲥ) « In Virginis (sanctuario) ». Varia signa lectionis in marginibus: f. 192^{v}, ϣⲁ « Usque », f. 194^{v}, ⲱϣ « Lege », f. 195, crux ad verba ⲛⲑⲱⲟⲩ ⲇⲉ ⲧⲏⲣⲟⲩ « Illi omnes ». Paucae emendationes in textu.

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 111, pp. 733-748.

Codex, qui eumdem amanuensem prodit ac codices Vaticani coptici 62^{11} et 69^{5}, Lipsiensis Tischendorf XXIV, ff. 43, 45-48, Mancuniensis 448, Cahirenses 16, 54 I, II, habet ductus plagulae carneae membranae impressos ad margines spatiumque quattuor scripturae linearum definienda; spatium scripturae servatum est circiter mm. 280 × 175. Efficitur codex quaternione ⲁ̅ (ff. 189-196, pp. ⟨ⲁ̅⟩ – ⲓ̅ⲋ̅) et duobus foliis primis quaternionis ⲃ̅ (ff. 197, 198, pp. ⲓ̅ⲍ̅ – ⲕ̅); notae paginarum appositae sunt foliis aversis secundum numeros pares, addita nota ⲓ̅ⲍ̅ in plagula initiali fasc. ⲃ̅; in summis fasciculorum paginis extremis apparet crux (minio tacta in f. 196^{v}, insuper pigmento croceo obducta in f. 197) inter inscriptiones ⲓ̅ⲩ̅ ⲭ̅ⲩ̅ (f. 196^{v}), ⲩ̅ⲥ̅ ⲑ̅ⲩ̅ (f. 197); partis mediae quaternionis utraque plagula signatur cruce atramento delineata; manus posterioris sunt notae fasciculorum ⲓ̅ⲅ̅ (f. 189) et ⲓ̅ⲇ̅ (f. 197), in summo angulo interno appositae; in plagulis aversis, praeterquam in ff. 190^{v}, 196^{v}, 198^{v}, in summo mg., ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅, in plagulis autem rectis, exceptis ff. 189 et 197, crux quattuor punctis constans. Titulus codicis, inscriptiones in summis foliis necnon paginarum et fasciculorum notae exarata sunt unciali oblonga, textus autem unciali rotunda; accentus efformantur tum lineola directa, tum puncto in lineolam curvam producto; vocem coarctatam ⲫ̅ϯ̅ signat lineola concava vel lineola directa minio tacta. Lineamenta inter se innexa cum figuris quadratis, pigmentis rubro, viridi et croceo obducta, decorant marginem externum paginae initialis, leviora autem viridis et crocei coloris titulum involvunt. In imo mg., rami, glutinatoris cultro partim resecti, pigmentis ornati sunt rubro, viridi et croceo sicut et litterae praegrandes lineae primae quae figuras exhibent avium et botruum. Sectiones maiores signant ornamenta in forma ramorum vel avium minio exarata; f. 192, in mg. ext. ad verba ⲟⲩⲟϩ ⲡⲁⲓⲣⲏϯ, ornamentum leve in forma ramorum coloribus rubro et viridi obductum. Minio signata sunt inscriptiones ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ in summis marginibus, litterae initiales minores, litterae nonnullae in ipso textu, maxime littera o post

interpunctionem, et ductus super voces coarctatas; voces ⲫⲓⲱⲧ, ⲡϣⲏⲣⲓ, quando ad personas ss. *Trinitatis* referuntur, *tria superant puncta minio apposita*; ff. 189, 192, litterae ⲟ et ⲫ nonnumquam etiam colore flavo tactae sunt. Interpunctionis signa rubra formas praebent diversas: × ad spatia maiora, ·> ad spatia minora, ∿ in fine paragraphorum. Textum concludit linea rubra ornamentis, lineolis et punctis effecta. Folium 189 phototypice edidit H. Hyvernat, *Album*, tab. XXXVIII; aliud scripturae specimen vide ibid., tab. XXXVI.

F. 198ᵛ, subscriptio amanuensis, minio: ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲁ̀ⲣⲓⲡⲓⲛⲁⲓ ⲛⲉⲙ ⲡⲉⲕⲃⲱⲕ ⲡⲓ̅ⲇ̅ⲓ̅ ⲅⲁⲃⲣⲓⲏⲗ ⲕⲟⲥⲙⲏⲧ ⲁⲙⲏⲛ « Domine, miserere servi tui diaconi Gabriel Kosmēt. Amen »; ff. 190ᵛ, 198ᵛ, in summo mg. litteris graecis minutis: ⲡⲁ̅ⲍ̅ⲥ̅ ⲓⲏⲥ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲉⲛⲧⲏⲓ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ ⲁⲙⲏⲛ « Domine, Iesu mi Christe, miserere mei. Amen ». F. 189, lineas textus partim deletas manus recentior atramento restituit; ibid., in imo mg., manu rudi: ⲣ̅ⲓ̅ⲃ̅. Folium 190 nova membrana partim refectum est.

11 (ff. 198ª-210ᵛ) Saec. X in., ff. 13, linn. 33.

Martyrium sancti Petri Alexandrini, sub titulo ϯⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲡⲉⲧⲣⲟⲥ· ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉ̀ⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲣⲁⲕⲟϯ· ⲉ̀ⲧⲁϥϫⲱⲕ ⲙ̀ⲡⲉϥⲁ̀ⲅⲱⲛ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ ⲉ̀ⲃⲟⲗ· ⲛ̀ⲥⲟⲩ̅ⲕ̅ⲑ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁ̀ⲃⲟⲧ ⲁ̀ⲑⲱⲣ· ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ̅ϯ̅ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « Martyrium sancti Petri, archiepiscopi Alexandriae, qui consummavit suum certamen sanctum die vigesimo nono mensis athōr. In pace Dei. Amen ».

Martyrium edidit, cum versione gallica, H. Hyvernat, *Les actes des martyrs de L'Égypte*, t. I, Parisiis, 1886, pp. 263-283. Fragmentum bohairicum, ex eodem cod. ac Vat. 62⁸?, vide in cod. Cahir. 50 quem, cum versione anglica, edidit H. G. Evelyn White, *The Monasteries of the Wadi 'n Natrūn*, t. I, Neo Eboraci, 1926, p. 119; huius fragmenti pagina ⲙ̅ⲁ̅, linn. 1-11 = codicis f. 210ᵛ, linn. 19 ad fin.; caetera exhibent martyrii conclusionem quam cod. Vat. amisit. De textus iactura f. 198ª, vide H. Hyvernat, op. laud., pp. 263, 264.

Varia signa lectionis in mg.: ⲱϣ « Lege », ϣⲁ « Usque », passim; f. 203, ⲥ ad interrogationem; f. 206, crux ad orationem ϫⲉ ⲡϣⲏⲣⲓ « O Fili »; f. 206ᵛ, ⲥⲟⲕⲥ « Trahe », minio. Occurrunt in textu paucae emendationes varii calami.

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 111, pp. 748-768.

Codex eiusdem amanuensis est ac cod. Vat. copt. 62¹⁰ eamdemque praebet indolem palaeographicam, immo ad eumdem pristinum pertinet codicem, continuata eiusdem paginarum et fasciculorum enumeratione; constat nempe sex foliis ultimis quaternionis ̅ⲃ̅ (ff. 198ª-203, pp. ⟨ⲕ̅ⲁ̅⟩ – ̅ⲗ̅ⲃ̅) et foliis septem quatern. ̅ⲅ̅ (ff. 204-210, pp. ̅ⲗ̅ⲅ̅ – ̅ⲙ̅ⲉ̅, ultimo folio deperdito); f. 204, pristinae fasciculi notae ̅ⲅ̅ praefixit notam ̅ⲓ̅ eadem manus quae in eiusdem folii summo angulo interno nota ̅ⲓ̅ⲉ̅ quaternionem signavit (cf. ff. 189, 197). In summis foliis 203ᵛ, 204, inscriptiones ̅ⲓ̅ⲩ̅ ̅ⲭ̅ⲩ̅ (f. 203ᵛ) ̅ⲩ̅ⲥ̅ ̅ⲑ̅ⲩ̅ (f. 204) et ornamenta

minio exarata sunt sicut fasciculorum et paginarum notae. Ornamenta plagulae initialis (H. Hyvernat, *Album*, tab. XXXVI), tituli scilicet, marginum et litterae textus primae, pigmentis obducta sunt rubro, viridi et croceo; nonnullae insuper litterae minores eiusdem paginae pigmento croceo tactae sunt. Nova membrana refecta sunt folia lacera 198ª et 203.

12 (ff. 211-242ᵛ) Saec. IX-X, ff. 32, linn. 33-36.

Vita Isaac, archiepiscopi Alexandriae, auctore Mēna, episcopo urbis Pšati, sub titulo ⲫⲃⲓⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲓⲛⲓϣϯ ⲙ̀ⲡⲁⲧⲣⲓⲁⲣⲭⲏⲥ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉ̀ⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ· ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲛⲓϣϯ ⲙ̀ⲡⲟⲗⲓⲥ ⲣⲁⲕⲟϯ ⲁⲃⲃⲁ ⲓⲥⲁⲁⲕ· ⲉⲁϥϩⲓⲥⲧⲟⲣⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲫⲏ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ· ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲏⲛⲁ· ⲡⲓⲟ̀ⲥⲓ⟨ⲟ⟩ⲧⲁⲧⲟⲥ ⲛⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ· ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲡⲟⲗⲓⲥ ⲡϣⲁϯ· ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ︦ϯ︦ ⲁⲙⲏⲛ « Vita magni patriarchae sancti et archiepiscopi magnae civitatis Alexandriae, abba Isaac, quam narravit sanctus abba Mēna, venerabilis episcopus civitatis Pšati. In pace Dei. Amen ».

Vitam ediderunt cum praefatione et versione gallica: E. Amélineau, *Histoire du patriarche copte Isaac*, in *Bulletin de correspondance africaine*, t. II, Parisiis, 1900; E. Porcher, *Vie d'Isaac, patriarche d'Alexandrie de 686 à 689*, in *Patrol. orient.*, t. XI, fasc. 3, Parisiis, 1915, emendata, in notis, editione superiore.

In folio summo initiali, manu posteriore: ⲥⲟⲩⲑ︦ ⲛⲁⲑⲱⲣ ⲟϣϥ ⲉⲧϩⲏ « Die 9 athōr; lege hoc primum ». In marginibus, nonnunquam etiam in textu, notae lectionis variae indolis diversarum manuum: ⲱϣ « Lege », ϣⲁ « Usque », passim; littera ⲥ ante interrogationes; f. 225ᵛ, ⲁⲣⲭ(ⲏ); f. 230ᵛ, ⲧⲁⲣⲭ(ⲏ) ⲡⲓⲙⲁϩⲃ︦ ⲛ̀ⲥⲟⲡ « Initium, secunda vice »; litterae ⲕ, ⲗ, ⲛ, ϭ, sensus incerti. Paucae occurrunt in textu emendationes varii calami.

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 117, ff. 222ᵛ-252ᵛ.

Codex ab eodem librario exaratus est eamdemque praebet indolem palaeographicam ac cod. Vat. copt. 58⁸ (vide p. 394). Complectitur integros quaterniones ⲁ︦ – ⲇ︦ (pp. ⟨ⲁ︦⟩ – ⲝ︦ⲇ︦); in summis angulis internis ff. 211, 219, 227, 235, manus posterior notis ⲓ︦ⲉ︦ – ⲓ︦ⲏ︦ fasciculos signavit; in paginis extremis fasciculorum, excepta pagina initiali, ornamenta et inscriptiones: ⲓ︦ⲏ︦ⲥ︦ ⲡ︦ⲭ︦ⲥ︦, ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ « miserere nostri », ut in cod. 58⁸. Inscriptiones ⲓ︦ⲏ︦ⲥ︦ in summis marginibus cultro glutinatoris nonnunquam partim resectae sunt. Titulus scriptus est unciali oblonga. Rubri, viridis et crocei coloris sunt lineamenta inter se innexa quae titulum involvunt, sicuti et rami qui decorant folii initialis marginem externum. Nonnullarum sectionum initia distinguuntur levi ornamento marginali rubro; minio etiam exarata sunt signa ·> quae comitantur locos s. Scripturae, correctio ⲟⲩ

f. 216, paucae notae marg. ⲱϣ, ϣⲁ, et ⲁⲣⲭ(ⲏ) folii 225v. Textum concludunt lineae tres lineolis flexuosis ac punctis effectae.

F. 212v, in summa plagula, invocatio litteris graecis minutis: ⲡⲁⲍⲥ ⲓⲏⲥ ⲡⲭⲥ ⲛⲧⲏⲓ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ ⲁⲙⲏⲛ « Domine Iesu mi Christe, miserere mei. Amen »; in imo f. 242v: ⲁⲣ⟨ⲓⲡ⟩ⲁ-ⲙⲉⲃⲓ « Memento mei »; ⲣⲙⲍ, manu posteriore; item, in angulo externo, alia manu.

•

13 (ff. 243-252v) Ca. med. saec. X, ff. 10, linn. 31-34.

Epistola Severi Antiocheni ad diaconissam Anastasiam in Matth. 23, 35, sub titulo ⲟⲙⲟⲓⲱⲥ ⲟⲩⲉ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲡⲁⲧⲣⲓⲁⲣⲭⲏⲥ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲁⲛⲧⲓⲟⲭⲓⲁ̀ ⲁⲃⲃⲁ ⲥⲉⲩⲏⲣⲟⲥ ⲉϥⲥϧⲏⲧⲥ ϣⲁ ⲟⲩⲡⲁⲣⲑⲉⲛⲟⲥ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ϫⲉ ⲁ̀ⲛⲁⲥⲧⲁⲥⲓⲁ ϯⲇⲓⲁ̀ⲕⲱⲛ ⲉϥⲉⲣⲉⲣⲙⲏⲛⲉⲩⲓⲛ ⲛ̀ϯⲡⲁⲣⲁⲃⲟⲗⲏ ⲉⲧϧⲉⲛ ⲡⲓⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ⲉⲑⲃⲉ ⲫⲏ ⲉ̀ⲧⲁ ⲡⲓⲥⲱⲧⲏⲣ ϫⲟϥ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ϫⲉ ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲉϥⲓ̀ ⲉϫⲉⲛ ⲑⲏⲛⲟⲩ ⲛ̀ϫⲉ ⲥⲛⲟϥ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲛ̀ⲑⲙⲏⲓ ⲉⲧⲁⲩⲫⲟⲛϥ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲓϫⲉⲛ (ⲛ correctio ex ⲡ) ⲡⲕⲁϩⲓ ⲓⲥϫⲉⲛ ⲡⲥⲛⲟϥ ⲛⲁⲃⲉⲗ ⲡⲓⲑⲙⲏⲓ ϣⲁ ⲡⲥⲛⲟϥ ⲛ̀ⲍⲁⲭⲁⲣⲓⲁⲥ ⲡϣⲏⲣⲓ ⲛ̀ⲃⲁⲣⲁⲭⲓⲁⲥ ⲫⲏ ⲉ̀ⲧⲁⲣⲉⲧⲉⲛϧⲟⲑⲃⲉϥ ⲟⲩⲧⲉ ⲡⲓⲉⲣⲫⲉⲓ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲙⲁ ⲛⲉⲣϣⲱⲟⲩϣⲓ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ̅ϯ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « Similiter epistola patriarchae sancti et archiepiscopi Antiochiae, abba Severi, quam scripsit ad virginem sanctam Anastasiam diaconissam, interpretans parabolam quae est in Evangelio de eo quod Salvator dixit in Evangelio: ‘ Ut veniat super vos sanguis omnis iustus qui effusus est super terram inde a sanguine Abel iusti usque ad sanguinem Zachariae, filii Barachiae, quem occidistis inter templum et altare ’. In pace Dei. Amen ».

Epistolam, cuius desideratur conclusio, edidit, cum praefatione et versione gallica, M. Chaîne, in ephemeride *Oriens Christianus*, nova ser., t. III, 1913, pp. 32-58; cf. Ioh. Mercati, ibid., t. IV, 1914, pp. 59-63.

In imo mg. folii initialis, manus posterior adiecit: ⲥⲟⲩⲏ̅ ⲛ̀ⲑⲱⲟⲩⲧ « Die octavo thōout ». Notae marginales ad lectionem spectantes: f. 247v, manu rudi, ⲱϣ « Lege »; ff. 248v, 251, 252v (alia manu), initium sectionis distinguit lineola directa tribus lineolis transversis divisa eiusque finem signum ⁙ (ff. 249v, 251v, in textu); littera ⲥ ante interrogationes. Pluribus in locis, amanuensis ipse, ut videtur, menda sua correxit.

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 117, ff. 253-261.

Codex eiusdem est manus ac codices Vaticani coptici 62[14] et 68[7] (an. D. 957). Ductus plagulae carneae membranae stilo sicco impressi tum margines tum varium linearum spatium definiunt; spatium partis scriptae est circiter mm. 270 × 175. Constat codex quaternione ⲁ̅ (ff. 243-250, pp. ⟨ⲁ̅⟩ – ⲓ̅ⲋ̅, omissa nota ⲏ̅ in f. 246v) et duobus foliis prioribus

quaternionis ⲕ̄ (ff. 251, 252, pp. ⲓ̄ⲍ̄ – ⲕ̄); in summo mg. ff. 250ᵛ et 251, inter invocationes ⲓ̄ⲏ̄ⲥ̄ ⲡⲭ̄ⲥ̄ et ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ « miserere nostri », ornamenta cum vestigiis pigmenti viridis in f. 251; in plerisque summis plagulis rectis crucula quattuor punctis effecta; in plagulis autem aversis: ⲓ̄ⲏ̄ⲥ̄. Textus exaratus est unciali rotunda, titulus, inscriptiones et notae numericae necnon correctio f. 249ᵛ, unciali oblonga; accentus efformantur tum puncto, tum levi lineola, tum puncto in lineolam curvam producto; vocem coarctatam ⲫϯ signat punctum vel lineola directa. Lineamenta inter se innexa quae involvunt titulum, ornamenta quadrata marginis externi ac flores et rami imi marginis plagulae initialis pigmentis obducta sunt rubri, viridis et crocei coloris. Littera initialis praegrandis est et ornata, pigmenta autem amisit; reliquae litterae lineae primae caeteris sunt ampliores. Nullibi in textu apparet minium ac vacua sunt spatia interpunctioni servata; in enumeratione folii 252, duplex lineola separat prima membrorum elementa a seqq., e. g. ⲛⲉⲙ = ⲛⲓⲗⲟⲩⲍ, ⲛⲣⲉϥ = ϯϣⲱϣ, ⲛⲁⲧ = ϣϥⲁⲓ. In imo f. 243, manu posteriore: ⲥ̄.

14 (ff. 253-265ᵛ) Ca. med. saec. X, ff. 13, linn. 31-34.

Martyrium sancti Didymi, initio et fine mutilum. Initio deest folium unum, cuius sola plagula aversa ad « Martyrium » spectabat, ut testantur eiusdem plagulae pigmentorum vestigia summo folio 253; pauca tantum desiderantur in fine codicis quum desinat narrato iam martyris funere.

Codicem, cum versione gallica, edidit H. Hyvernat, *Les actes des martyrs de l'Égypte*, t. I, Parisiis, 1886, pp. 284-303.

In marginibus, varia lectionis signa ut in codice praecedenti; insuper ϣⲁ « Usque », manu rudi. Occurrunt in textu emendationes varii calami.

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 122, ff. 529-547ᵛ.

Martyrium ad eumdem pertinet codicem ac praecedens Epistola Severi quacum communem habet non tantum scripturae indolem sed fasciculorum et paginarum enumerationem. Complectitur nempe: ff. quinque ultima quaternionis ⲃ̄ (ff. 253-257, pp. ⟨ⲕ̄ⲩ̄⟩ – ⲗ̄ⲃ̄, scripto ⲙ̄ⲃ̄ pro ⲕ̄ⲉ̄ in f. 254ᵛ et omissa a manu pristina nota ⲕ̄ⲏ̄ in f. 255ᵛ; notae ⲕ̄ⲉ̄, ⲕ̄ⲏ̄, manu recente additae sunt) et quaternionem ⲩ̄ (ff. 258-265, pp. ⲗ̄ⲩ̄ – ⲙ̄ⲏ̄). In paginis extremis fasciculorum, ornamenta et inscriptiones ut in codice praecedenti, item inscriptio ⲓ̄ⲏ̄ⲥ̄ et crucula in plerisque summis paginis; notae paginarum ⲗ̄ⲃ̄, ⲗ̄ⲏ̄, litteris graecis minutis scriptae sunt. F. 265, nonnullas litteras madore partim deletas manus recentior atramento restituit.

15 (ff. 266-276ᵛ) Ca. med. saec. X, ff. 11, linn. 28-31.

Homilia in sanctos Innocentes, initio mutila.

Codicem breviter descripsit et cum versione gallica edidit H. de Vis, *Homélies coptes de la Vaticane*, t. I, in *Coptica*, t. I, Hauniae, 1922, pp. 107-126.

F. 270^{v}, in mg., ante verba ϫⲉ ⲟⲩⲥⲙⲏ ⲁ̀ⲛⲥⲟⲑⲙⲉⲥ ϧⲉⲛ ⲣⲁⲙⲁ « Vocem, eam audivimus in Rama » (de Vis, p. 115): [ⲥ]ⲟⲕⲥ ⲉⲃⲟⲗ « Trahe ». Emendationes paucae manu, ut videtur, ipsius amanuensis.

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 122, ff. 549-561^{v}.

Codex ab eodem librario exaratus est ac cod. Vat. copt. 61[5] (v. p. 424) eamdemque praebet indolem palaeographicam; attamen solos margines definiunt ductus qui stilo sicco plagulae carneae membranae impressi sunt praeterquam in ff. 274 (pagina pilosa), 275, ubi plumbo delineati; f. 274^{v} praeter morem ductus non recepit. Deperdito primo folio, constat codex foliis septem quaternionis ⲁ̅ (ff. 266-272, pp. ⟨ⲅ̅⟩ – ⲓ̅ⲉ̅) et binione ⲃ̅ (ff. 273-276, pp. ⲓ̅ⲍ̅ – ⲕ̅ⲇ̅); in paginis extremis fasciculorum, summum mg. signat crux inter inscriptiones ⲓ̅ⲥ̅ ⲭ̅ⲥ̅ (f. 272^{v}), ⲩ̅ⲥ̅ ⲑ̅ⲥ̅ (f. 273), ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ (f. 276^{v}); cruculae in summis foliis aversis et rectis, ut in cod. Vat. copt. 61[5]. Desunt ornamenta picta nec minii apparent vestigia atque vacuum est spatium interpunctioni servatum. Locos s. Scripturae in mg. comitantur signa ·>. Textum concludit linea ornamentis, punctis ac lineolis flexuosis effecta. In imo f. 276^{v}: ⲥ̅ⲗ̅ⲁ̅.

16 (ff. 277-298^{v}) Saec. X, ff. 22, linn. 31-35.

Vita sancti Martyriani anachoretae, initio mutila.

Inc.: ϩⲱⲥ ⲇⲉ ⲉ̀ⲣⲉ ⲡⲓⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲟ̀ϩⲓ ⲉⲣⲁⲧϥ ⲛ̀ⲟⲩⲉϩⲟⲟⲩ ⲉϥϣⲗⲏⲗ· ⲁ̀ ⲡⲓⲇⲓⲁ̀ⲃⲟⲗⲟⲥ ⲉⲣ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ⲟⲩⲛⲓϣϯ ⲛ̀ⲇⲣⲁⲕⲱⲛ « dum staret autem sanctus quodam die orans, diabolus speciem assumpsit magni draconis »; des.: ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩⲕⲟⲥⲥ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲙⲉⲧⲥⲉⲙⲛⲟⲥ ⲁϥⲑⲟⲙⲥ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲙⲁ ⲉϥⲧⲁⲓⲏⲟⲩⲧ ⲉⲩⲉⲣⲯⲁⲗⲗⲓⲛ ϧⲁϫⲱⲥ ⲛ̀ϫⲉ ⲛⲓⲙⲏϣ ⲉⲩϯ ⲱ̀ⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅... ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲉ̀ⲛⲉϩ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « et curaverunt cadaver eius cum reverentia et (episcopus) sepelivit eam in loco nobili, psallente coram ea multitudine, gloriam reddente Domino nostro ... saeculorum omnium. Amen ». Avulsa est pars dextera folii 288 cum gravi textus iactura.

Textus non pauca exhibet additamenta et emendationes manuum diversarum.

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 122, ff. 12-51^{v}.

Codex ab eodem librario exaratus est ac codices Vat. copt. 67[5], Lipsiensis Tischendorf XXIV, ff. 40, 42, et Cahirensis 109. Ductus membranae impressi tum margines tum spatium varium linearum definiunt; spatium scripturae servatum est circiter mm. 280 × 175. Continet codex septem ff. ultima quaternionis ⲁ̅ (ff. 277-283, pp. ⟨ⲅ̅⟩ – ⲓ̅ⲉ̅), quaternionem ⲃ̅ (ff. 284-291, pp. ⲓ̅ⲍ̅ – ⲗ̅ⲃ̅) et septem ff. quaternionis ⲅ̅ (ff. 292-298, pp. ⲕ̅ⲅ̅ – [ⲙ̅ⲉ̅], ultimo folio deperdito). Paginarum notae appositae sunt foliis aversis secundum numeros pares necnon, secundum numeros impares, in plagulis primis rectis fasciculorum; nonnullae notae desiderantur, resectae, ut videtur, cultro glutinatoris. Paginas extremas fasciculorum signant invocationes ⲓ̅ⲩ̅ ⲭ̅ⲩ̅ ⲑ̅ⲩ̅ ⲕ̅ⲩ̅ (f. 283^{v}), ⲩ̅ⲥ̅ ⲭ̅ⲥ̅

(f. 284), ιⲩ ⲭⲩ ⲑⲩ ⲩⲥ (f. 291ᵛ), ιⲩ ⲭⲩ (f. 292), et ornamenta quae minio exarata sunt in plagulis aversis, atramento autem in plagulis rectis; manus recentior ornamentum f. 284 minio foedavit ac ornamentum et inscriptiones f. 292 pigmentis rubro, viridi et croceo obduxit; paginas medias fasciculorum distinguunt vestigia crucis, minio in mgg. externis effectae; in summis plagulis, praeterquam in paginis extremis quaternionum, crucula quattuor punctis formata. Textus scriptus est unciali rotunda, ductibus litterarum ⲫ, ⲯ, ϧ, ϯ, in summum mg. altius solito proiectis atque, ubi per spatium licet, etiam alibi; invocationes in paginis extremis fasciculorum et notae numericae uncialem exhibent oblongam; accentus lineola directa vel convexa, raro autem concava, notantur; pauca apparent pristinae interpunctionis signa quae constant duplici lineola et aliquando, in fine paragraphorum, linea flexuosa. Minio exarata sunt pleraeque paginarum notae numericae, ornamenta litterarum marginalium, puncta super vocabulorum compendia et, f. 297ᵛ, puncta quae litteras iteratas ⲉⲣⲱⲓⲥ circumdant, interpunctionis signa ·> et ornamenta marginalia, partim resecta, quae aliquando formam praebent avium vel ramorum; minio tactae sunt litterae marginales pleraeque et, in ipso textu, litterae paucae solito maiores post interpunctionis signa. Textum concludunt lineae tres lineolis et punctis effectae.

F. 298ᵛ, nota lectoris (vide cod. 58, f. 177ᵛ): ⳨ ⲁⲣⲓⲡⲁⲙⲉⲩ ⲁⲛⲟⲕ ⲭⲁ ⲗⲁⲭⲓⲥⲧⲟⲥ ιⲱⲁⲛⲛⲏⲥ | ⲛⲧⲉ ⲡⲁⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ϯ ⲡⲓⲕⲁϯ ⲁⲙⲏⲛ «Memento mei, minimi Iohannis, ut Dominus meus Iesus Christus det intellectum. Amen»; ibid., in imo mg.: ⲟ̅ⲑ̅.

In folio averso membranae recentioris, custodiae modo initio addito: *Assem. XI*; in folio recto, etiam membranae recentioris, ad calcem codicis, manu recente: ⲁϥⲟⲩⲱⲛϩ ⲉ̀ⲡⲁⲓϫⲱⲙ ⲛ̀ⲛⲱⲛϧ ⲛ̀ⲣⲉϥⲙⲉⲧⲉⲑ|ⲟⲩⲁⲃ ⲛ̀ϫⲉ ιⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ϣⲁ̅ⲙ̅ ⲡⲓⲥϧⲁⲓ «Manifestavit hunc librum vitae salutiferum Iohannes... scriptor (?)», cui notulae adiecit alia manus, eadem quae in ff. 254ᵛ, 255ᵛ, notas ⲕ̅ⲉ̅, ⲕ̅ⲏ̅ supplevit: *poche parole tutti spropositi da chi scrisse queste parole*. Ff. 1 et 298ᵛ, sigilla bibliothecae Vaticanae et bibliothecae Nationalis Parisiensis.

Codicis tegumentum, e corio rubro confectum, in dorso auro impressa exhibet notam *62*, trimontium et stellas gentis Albani i. e. Clementis XI necnon scutum Benedicti Pamfili card. bibliothecarii.

63 (a I. S. Assemani emptus 12). Membr., ff. 188, mm. 320×250.

Opera homiletica et hagiographica e variis codicibus, bohairice.

1 (ff. 1-27ᵛ) Saec. X, ff. 27, linn. 30-33.

Homilia de sancto Michaele archangelo, initio mutila.

Inc.: ϯϩⲓⲱⲧⲕ ⲛ̀ϯϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲧⲟⲩⲃⲟ ⲛⲉⲙ ϯⲇⲓⲕⲉⲟ́ⲥⲩⲛⲏ ⲟⲩⲟϩ ⲭⲛⲁϩⲱⲗ ⲉⲧⲉϥⲁⲩⲗⲏ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲣⲁϣⲓ «induere pace et munditia et iustitia, et pervenies ad aulam eius in gaudio»; des.: ⲛ̀ϫⲉ ⲧⲉⲛⲟ̅ⲥ̅

ⲧⲏⲣⲉⲛ ϯⲑⲉⲟⲇⲟⲕⲟⲥ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲟⲩⲟϩ ⲙⲡⲁⲣⲑⲉⲛⲟⲥ ⲛ̀ⲥⲏⲟⲩ ⲛⲓⲃⲉⲛ ϯⲣⲉϥϫⲫⲉ ⲫ︦ϯ︦ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲙⲉⲑⲙⲏⲓ ϯⲁⲅⲓⲁ ⲙⲁⲣⲓⲁ̀ ϩⲓⲧⲉⲛ ⲡⲓϩⲙⲟⲧ... ⲁⲙⲏⲛ «Domina omnium nostrum, Theotokos sancta et virgo in omni tempore, vere Dei Genitrix, sancta Maria, per gratiam... Amen».

Eamdem homiliam, Theodosio Alexandrino adscriptam, e codicibus sahidicis Brit. Mus. Orr. 7021 et 6781, cum praefatione et versione anglica, edidit E. A. Wallis Budge, *Miscellaneous coptic Texts in the dialect of Upper Egypt*, Londini, 1915, pp. CXXXV-CXLIV, 321-431, 893-947. Initium codicis Vaticani legere est in op. laud., p. 361, linn. 2 et 19 (Or. 7021, f. 23 ca. fin., Or. 6781, f. 11 ca. med.): ϯ ϩⲓⲱⲱⲕ ⲛ̀ϯⲣⲏⲛⲏ. Textus bohairicus et textus sahidicus communiter consentiunt, non semper tamen ad verbum. Magis recedit recensio Vaticana a textu bohairico quem e codice chartaceo Curzoniano edidit E. A. Wallis Budge, sub titulo *Saint Michael the archangel, Three encomiums*, Londini, 1894, pp. 1-61 (vide p. 22, lin. 22, locum ubi incipit fragmentum Vaticanum). Brevior aliquantulum est recensio quam praebet codex sahidicus M 607, ff. 2-23, in *Bybliothecae Pierpont Morgan codices coptici photographice expressi*, cura Henrici Hyvernat, t. XXVII, Romae, 1922. Tria demum fragmenta ad idem argumentum spectantia, duo bohairica (Cahirensia 32 et 32^Add. π) et unum sahidicum (Cahirense 32^Add. ι), edidit H. G. Evelyn White, *The Monasteries of the Wadi 'n Natrûn*, t. I, Neo Eboraci, 1926, pp. 66-70, cum notis de convenientia fragmentorum cum aliis codd. hucusque editis.

Varias praebet codex variae manus notas marginales lectionem spectantes: ante interrogationes ⲥ vel ɔ; ϣⲁ «Usque», ⲱϣ «Lege», passim; f. 6, ϭ; f. 12ᵛ, ⲕ; f. 22, ϫⲁⲕ «Desine»; f. 27, ante conclusionem, ⲥⲕⲉⲣ[ⲕⲉⲣ] «Protrahe»; initium nonnullarum sectionum signant cruculae vel ductus incompti. F. 18ᵛ, ⲡⲓⲁⲣⲭⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ̅ partim scriptum est in rasura; occurrunt etiam paucae emendationes varii calami.

Codex eiusdem amanuensis est ac cod. Vat. copt. 59[1] (vide p. 401) eamdemque praebet indolem palaeographicam. Amissis tribus primis fasciculis, exhibet quaterniones ⲇ̅–ⲋ̅ (ff. 1-24, pp. ⲙ̅ⲑ̅ – ϥ̅ⲋ̅) et tria folia prima quaternionis ⲍ̅ (ff. 25-27, pp. ϥ̅ⲍ̅ – ⲣ̅ⲃ̅); folium signatum 15, quod olim positum erat perperam inter ff. 9 et 10, ut iam calamis recentioribus, tum arabice: راجع وجه ١١ على طول «Convertere ad plagulam 11 pro (textus) consequentia» (f. 9ᵛ), بعد هذا راجع وجه ١٠ ثم وجه ١٦ «Post hoc convertere ad plagulam 10 dein ad plagulam 16» (f. 14ᵛ), tum gallice: *Ce feuillet et les quatre suivants doivent être placés avant le précédent* (f. 10), *Ce folio va entre 15 et 16* (f. 15), notatum legitur, anno 1933 in proprium locum restitutum est inter ff. 15 et 16; quaedam paginarum notae cum summis foliis resectae sunt. In plagulis extremis fasciculorum, ornamentum, lineis inter se innexis confectum, separat invocationes ⲓ̅ⲥ̅ ⲭ̅ⲥ̅ in ff. aversis, et ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ

« miserere nostri » in ff. rectis, at ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ « miserere mei » in f. 9. Excepta cruce, minio exarata, quae signat plagulas medias quaternionum, codex caret omni pigmento. F. 17ᵛ, ornamentum in forma ramorum distinguit initio seriem dictorum ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲉ ⲙⲓⲭⲁⲏⲗ « Ego sum Michael ». Pauca occurrunt interpunctionis signa.

F. 27ᵛ, inter duas lineas lineolis, tum directis tum flexuosis, punctis et ornamentis effectas, subscriptio librarii, unciali oblonga solito maiore: ⲟⲩⲛⲁⲓ ⲙ̀ⲫⲏ ⲉⲧⲁϥⲥϧⲁⲓ ⲁⲙⲏⲛ | ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲙ̀ⲫⲏ ⲉⲧⲱϣ ⲁⲙⲏⲛ | ⲟⲩⲕⲁϯ ⲛ̀ⲛⲏ ⲉⲧⲥⲱⲧⲉⲙ ⲁⲙⲏⲛ « Misericordia ei qui scripsit. Amen. Pax ei qui legit. Amen. Intellectus eis qui audiunt. Amen ». F. 21, in imo mg. externo, notula lectoris partim resecta: ميخائيل الخاطى المذنب | بس[م] الله الرح[ن] الرح[يم] « Michael, peccator, reus. In nomine Dei clementis, misericordis ».

2 (ff. 28-54ᵛ) Saec. X in., ff. 27, linn. 30-33.

Martyrium sancti Theodori Orientalis et sociorum, conclusione mutila, sub titulo ϯⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲑⲉⲟⲇⲱⲣⲟⲥ ⲡⲓⲭⲱⲣⲓ ⲙ̀ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲓⲏ̅ⲥ̅ ⲫⲏ ⲉ̀ⲧⲟⲩⲙⲟⲩϯ ⲉ̀ⲣⲟϥ ϫⲉ ⲡⲓⲁ̀ⲛⲁⲧⲟⲗⲉⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲛⲉϥϣⲫⲏⲣ ⲙ̀ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲉⲧⲁ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲑⲁϩⲙⲟⲩ ⲉ̀ⲡⲁⲓ ⲁ̀ⲅⲱⲛ ⲛⲟⲩⲱⲧ ⲙ̀ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲕⲟⲛ ⲛⲉⲙⲁϥ ⲉⲧⲉ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲗⲉⲟⲛⲧⲓⲟⲥ ⲡⲓⲁⲣⲁⲃⲉⲩⲥ ⲡⲉ ⲛⲉⲙ ⲫⲏ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲡⲁⲛⲏⲅⲏⲣⲟⲥ ⲡⲓⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲛⲓⲡⲉⲣⲥⲏⲥ ⲉ̀ⲧⲁⲩⲭⲱⲕ ⲛ̀ⲧⲟⲩⲁⲑⲗⲏⲥⲓⲥ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲙⲉⲧⲅⲉⲛⲛⲉⲟⲥ ⲛ̀ⲥⲟⲩⲓ̅ⲃ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲧⲱⲃⲓ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ︦ϯ︦ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « Martyrium s. Theodori, fortis martyris Christi Iesu, quem vocant Orientalem, et sociorum eius martyrum quos Dominus vocavit ad idem cum ipso certamen martyrii, scilicet sancti Leontii Arabi et sancti Panegiri ex Persis, qui absolverunt suum certamen fortiter, die undecimo mensis tōbi. In pace Dei. Amen ».

Textum ediderunt: cum versione italiana, I. Balestri, in ephemeride *Bessarione*, ser. II, t. x, 1906, pp. 151-168, 248-263; ser. III, t. ɪɪ, 1907, pp. 34-45; cum versione latina I. Balestri et H. Hyvernat, *Acta martyrum*, t. I, in *Corpus scriptorum christianorum orientalium, Scriptores coptici*, textus, ser. III, t. ɪ, Parisiis, 1907, pp. 34-62; versio, 1908, pp. 30-43; cf. E. O. Winstedt, *Coptic texts on saint Theodore the General, St. Theodore the Eastern, Chamoul and Justus*, Lond., 1910, pp. ɪ-xxx, 1-169; W. Hengstenberg, *Der Drachenkampf des Heiligen Theodor*, in ephemeride *Oriens christianus*, nov. ser., t. II, 1912, pp. 274-280; vide infra, cod. Vat. copt. 65³.

In summo f. 28, manu posteriore: ⲥⲟⲩⲓ̅ⲃ̅ ⲛ̀ⲭⲟⲓⲁⲕ · ϧⲉⲛ ⲁⲃⲃⲁ ⲃⲉⲛⲟⲩϥⲉⲣ « Die duodecimo khoiak; in abba Benūfer ». In marginibus passim: ⲱϣ, « Lege », ϣⲁ « Usque » et ⲥ vel ɔ ante interrogationes; ff. 32, 36ᵛ, 45, 50ᵛ, 52ᵛ: ⲕ; insuper cruculae et varia signa rudiora et

recentiora lectionem spectantia. Occurrunt in textu emendationes diversarum manuum.

Codex ab eodem librario exaratus est ac cod. Vat. copt. 61[3] (vide p. 421) eiusdemque est indolis palaeographicae. Complectitur quaterniones ⲁ̄ – ⲅ̄ (ff. 28-51, pp. ⟨ⲁ̄⟩ – ⲙⲏ) et tria ff. prima binionis ⲇ̄ (ff. 52-54, pp. ⟨ⲙⲑ⟩ – ⲛⲇ̄); in paginis extremis fasciculorum invocationes ⲓ̄ⲏ̄ⲥ̄ ⲡ̄ⲭ̄ⲥ̄ (ⲓ̄ⲥ̄ ⲭ̄ⲥ̄ in ff. 35[v], 51[v]) quas separat ornamentum minio tactum; in nonnullis summis plagulis aversis crucula quattuor punctis effecta; in summo folio 48[v]: ⲡⲁ̄ⲟ̄ⲥ̄ ⲓ̄ⲏ̄ⲥ̄ ⲡ̄ⲭ̄ⲥ̄ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ « Domine Iesu Christe, miserere mei ». Lineamenta inter se innexa, rubri, viridis et crocei coloris, decorant titulum et litteram initialem praegrandem ⲁ quae est in forma avis; iisdem pigmentis distinguitur ornamentum in forma rami, in folii initialis imo margine dextro. Minio exarata sunt interpunctionis signa ·>; minio tactae sunt litterae marginales fere omnes, litterae ⲉ, ⲟ, ⲫ, passim in textu, necnon aliquando litterae ⲑ, ⲥ, ⳿; minio obducta est crux quae plagulas medias fasciculorum distinguit. Fasciculorum initiis manus posterior summo angulo interno notas apposuit ⲓ̄ⲃ̄ – ⲓ̄ⲉ̄. Partem superiorem folii 36 phototypice edidit H. Hyvernat, *Album*, tab. XLI 3, partem superiorem f. 48[v] E. Tisserant, *Specimina codicum orientalium*, Bonnae, 1914, tab. 77. Plagulae initialis litteras partim deletas atramento refecit manus recentior.

3 (ff. 55-78[v]) Saec. X, ff. 24, linn. 30-33.

M a r t y r i u m sancti Apater et sororis eius Irai, sub titulo ⲡⲓⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲗⲟⲅⲓⲟⲛ · ⲛⲧⲉ ⲡⲓⲅⲉⲛⲛⲉⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲁⲑⲗⲟⲫⲟⲣⲟⲥ ⲙ̀ⲙⲣ̅ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ · ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁ̀ⲡⲁⲧⲏⲣ ⲛⲉⲙ ⲏ̀ⲣⲁⲓ̈ ⲧⲉϥⲥⲱⲛⲓ · ⲛⲉⲛϣⲏⲣⲓ ⲛ̀ⲃⲁⲥⲓⲗⲓⲧⲏⲥ ⲡⲓⲥⲧⲣⲁⲧⲩⲗⲁⲧⲏⲥ · ⲛ̀ⲧⲉ ⲑⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ⲛⲓⲣⲱⲙⲉⲟⲥ · ⲉⲧⲁⲩϫⲱⲕ ⲙ̀ⲡⲟⲩⲁⲅⲱⲛ ⲙ̀ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲕⲟⲛ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲥⲟⲩⲕ̅ⲏ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲑⲱⲟⲩⲧ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ︦ϯ︦ ⲁⲙⲏⲛ « Martyrologium fortis et victoris martyris Domini nostri Iesu Christi, sancti Apater et Irai eius sororis, filiorum Basilidis Stratelatae regni Romanorum, qui consummaverunt certamen martyrii die vigesimo octavo mensis thōout. In pace Dei. Amen ».

Codicem edidit cum versione gallica, H. Hyvernat, *Les actes des martyrs de l'Égypte*, t. I, Parisiis, 1886, pp. 78-113. Folium ultimum, alterius manus, suffectum est folio pristino deperdito.

Diversarum manuum sunt lectionis signa marginalia, quorum nonnulla partim resecta: ⲥ ante interrogationes, ⲱϣ « Lege » (ff. 55[v], 70[v], 71, 74[v], 75, 77), ϣⲁ « Usque » (ff. 74[v], 76[v]), [ϫⲁ]ⲕ [ⲉⲃⲟ]ⲗ « Desine » (f. 68[v]), ⲥϧ[ⲁⲓ] « Scribe » (f. 71). Emendationes varii calami occurrunt in textu.

Codex eiusdem amanuensis est ac cod. Mancuniensis bibl. John Rylands 338. Ductus transversi, plumbo in paginis delineati, definiunt margines, ductus vero plagulis carneis membranae stilo sicco impressi binas scripturae lineas; spatium partis scriptae est

circiter mm. 285 × 180. Codicem efficiunt quaterniones tres signati ⲕⲃ̅–ⲕⲇ̅, unde colligitur eumdem esse partem codicis pristini amplioris. Paginarum notae plurimae vel omissae sunt vel, resectae, evanuerunt; nunc iam solum integre vel partim apparent in ff. 55v (ⲃ̅), 56v (ⲇ̅), 57v (ⲋ̅), 58v (ⲏ̅), 59v (ⲓ̅), 62v (ⲓⲋ̅), 63 (ⲓⲍ̅), 70v (ⲕⲃ̅), 71 (ⲕⲅ̅). Linea rubra ad medias quaternionis plagulas distinguendas, in summo angulo externo pro pagina aversa, in imo angulo externo pro pagina recta, apparet, ob folia in conficiendis quaternionibus resecta, in f. 3 averso et f. 4 recto fasciculorum secundi et tertii. In summis paginis extremis fasciculorum, ornamentum inter invocationes ⲓ̅ⲥ̅ ⲭ̅ⲥ̅ quarum locum tenet, in f. 62v, invocatio uberior de qua infra. Titulus, inscriptiones et notae numericae exarata sunt unciali oblonga, ipse textus unciali rotunda; accentus efficiuntur tum puncto, tum lineola, tum puncto in lineolam curvam producto; interpunctionis signa simplici vel duplici lineola directa constant. Folii initialis ornamenta, textus littera initialis necnon linea prima similis sunt indolis ac in cod. Vat. copt. 63[2], absque tamen pigmentis, quibus codex prorsus caret; levia ornamenta in forma ramorum comitantur sectionum initium ac nonnullas litteras marginales; levius ornamentum ad seriem verborum ⲛⲉⲙ (f. 69v). Textum concludit duplex linea lineolis et punctis effecta.

Inscriptiones partim resectae in summis marginibus, librarii manu: f. 56v, ⲡⲁ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲛⲧⲏⲓ ϫⲱ ⲛⲏⲓ ⲉⲃⲟⲗ «Domine Iesu mi, dimitte mihi»; f. 57v, ⲡⲁ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲛⲧⲏⲓ ⲛⲁϩⲙⲉⲧ «Domine Iesu mi, salva me»; f. 59v, [ⲡⲁ̅ⲟ̅ⲥ̅] ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ϫⲱ ⲛⲏⲓ ⲉⲃⲟⲗ «Domine Iesu, dimitte mihi»; f. 62v, ⲡⲁ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲁⲛⲟⲩϯ ⲁⲣⲓⲃⲟⲏ[ⲑⲓⲛ] ⲉⲓⲱⲥⲏⲫ ⲡⲉⲕⲃⲱⲕ ⲛⲁⲧϣⲁⲩ ϫⲱ ⲛⲁϥ ⲉⲃⲟⲗ «Domine Iesu, Deus meus, adiuva Ioseph servum tuum inutilem; dimitte ei»; in imo margine f. 73, nota lectoris: ⲁⲣⲓⲡⲁⲙⲉⲩ ⲁⲛⲟⲕ ϧⲁ ⲡⲓⲣⲉϥⲉⲣⲛⲟⲃⲓ ϣⲟⲡ ⲉϫⲉⲛ ⲡⲕⲁϩⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ | ϫⲁ ⲛⲛⲟⲃⲓ ⲛⲏⲓ ⲉⲃⲟⲗ ⲁⲙⲏⲛ ⲁⲙⲏⲛ «Memento mei, peccatoris, ⟨qui⟩ sum super terram, ut Dominus dimittat peccata mea mihi. Amen, amen». F. 78v, in imo margine: ⲙ̅ⲏ̅.

4 (ff. 79-105v) Saec. X, ff. 27, linn. 29.

Homilia s. Iohannis Chrysostomi in II Cor. 5, 17, sub titulo ⲟⲩⲗⲟⲅⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓⲭⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲕⲱⲥⲧⲁⲛⲧⲓⲛⲟⲩⲡⲟⲗⲓⲥ ⲉⲁϥϫⲟϥ ⲉⲡⲓⲣⲏⲧⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁ̀ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ ϫⲉ ϩⲱⲥⲇⲉ ⲛⲏ ⲉⲧϧⲉⲛ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲟⲩⲥⲱⲛⲧ ⲙ̀ⲃⲉⲣⲓ ⲡⲉ ⲛⲓⲁⲣⲭⲉⲟⲥ ⲁⲩⲥⲓⲛⲓ ϩⲏⲡⲡⲉ ⲓⲥ ϩⲁⲛⲃⲉⲣⲓ ⲁⲩϣⲱⲡⲓ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ̅ϯ̅ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « Sermo sancti Ioannis Chrysostomi, archiepiscopi Constantinopolitani, quem habuit de verbo Apostoli ‘ Quoniam qui in Christo sunt, nova sunt creatura; vetera transierunt, ecce nova facta sunt ’. In pace Dei. Amen ».

Inc.: ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲅⲁⲣ ⲉϣⲁϥⲉⲣⲟⲩⲟⲧ ⲛϫⲉ ⲡⲓⲟⲩⲱⲓ ⲉⲥⲓϯ ⲙ̀ⲡⲉϥϫⲣⲟϫ ⲉⲧⲕⲟⲓ « Sicut enim agricola alacris esse solet ad seminandum semen suum in agro »; des.: ⲟⲩⲟϩ ⲁϫⲟⲥ ⲉⲑⲃⲏⲧⲟⲩ ϫⲉ ⲫⲏ ⲉⲧϧⲉⲛ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲟⲩⲥⲱⲛⲧ ⲙ̀ⲃⲉⲣⲓ ⲡⲉ ϧⲉⲛ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲛ̅ⲟ̅ⲥ̅ ... ⲁⲙⲏⲛ « et dic de ipsis: ‘ qui in Christo est, nova est creatura; in Christo Iesu, Domino nostro ... Amen »

(*P. G.* 64, col. 25, *Πολλὴ μὲν γηπόνῳ προθυμία καταβάλλειν τὰ σπέρματα* — col. 34, *ὥστε, Εἴ τις ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις. Ὑπὲρ δὲ τούτων ἁπάντων εὐχαριστήσωμεν τῷ θεῷ ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν*).

Inter utrumque sermonem graecum et bohairicum rerum potius quam verborum est consensus, nec desunt graviores discrepantiae; sic verba *ὡς κέρατα ἑστηκότα*, col. 25, linn. 24, 25, quae in editorum monito praevio (*P. G.* 64, p. 10) ut Chrysostomo abiudicanda notantur, ignorat recensio bohairica (f. 80, linn. 11, 12), nec parum discrepat utriusque textus conclusio.

In summo mg. f. 79, manu posteriore, **ⲥⲟⲩⲁ̅ ⲛ̀ⲑⲱⲟⲩⲧ** « Die primo thōout »; in mg. externo, alia manu, **ⲥⲟⲩⲁⲓ ⲛ̀ⲑⲱⲟⲩⲧ ⲱϣ ⲛϥⲁⲓ** « Die primo thōout lege hoc »; item, paulo inferius, manu rudiore (partim resectum). In marginibus passim, **ϣⲁ** « Usque », **ⲱϣ** « Lege ». Paucae occurrunt correctiones diversarum manuum.

Ductus directi, stilo sicco plagulae carneae membranae impressi, spatium definiunt duplicis lineae scripturae; bini ductus transversi spatium litteris marginalibus servatum; spatium partis scriptae est circiter mm. 240 × 165. Constat codex quaternionibus ⲁ̅ – ⲓ̅ⲅ̅ et tribus foliis fasciculi ⲓ̅ⲇ̅; paginarum notae in solis plagulis extremis fasciculorum scriptae sunt, incipiendo a f. 86[v] (ⲓ̅ⲉ̅); in summo angulo interno ff. 79, 87, 103, manus posterior notis ⲓ̅ⲇ̅, ⲓ̅ⲉ̅, [ⲓ̅]ⲋ̅ fasciculos signavit (nota ⲓ̅ⲉ̅ in f. 95 cum summo mg. resecta). Inter fasciculorum et paginarum notas numericas atque invocationes ⲓ̅ⲥ̅ ⲭ̅ⲥ̅, atramento exaratum est ornamentum lineis inter se innexis effectum. Notae numericae et inscriptiones unciali oblonga, reliqua unciali rotunda scripta sunt; accentus efficiuntur puncto vel levi lineola; vox coarctata ⲫ̅ⲧ̅ signatur lineola concava. Titulus praeter morem minio exaratus est atque vacuum praebet spatium ornamento servatum. Praegrandis est littera initialis homiliae minio obducta; duae lineae priores reliquis sunt ampliores et punctis rubris distinctae; quattuor punctis rubris, in forma crucis, efficiuntur interpunctionis signa, quae in ultima plagula omissa sunt; demum, puncta rubra infixa sunt nonnullis litteris marginalibus et in ipso textu, post spatium vacuum, litterae o, raro aliis; locos sacrae Scripturae comitantur signa marginalia. Scriptura est nitida; vide specimen ap. H. Hyvernat, *Album*, tab. XLII, 1, quae partem superiorem folii 103 codicis exhibet. Textum concludunt lineae tres lineolis et punctis effectae.

F. 105[v], subscriptio manus recentioris: **ⲁⲣⲓⲫⲙⲉⲩⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲣⲉϥ|ⲉⲣⲛⲟⲃⲓ ⲑⲉⲱⲇ|ⲣⲟⲥ ⲥ̅ⲩ̅ ⲡⲣⲙ̇ⲛ̀ⲥⲓⲟⲩⲧ** « Memento peccatoris Theodori filii, ex Siūt ». In summo f. 79, conscribillationes; in imo folio 105[v]: ⲇ̅ⲑ̅.

5 (ff. 106-172[v]) Saec. X, ff. 68, linn. 31-35.

Encomium s. Georgii martyris, Theodoto Ancyrensi adscriptum, sub titulo **ⲟⲩⲉⲛⲅⲱⲙⲓⲟⲛ ⲉ̀ⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲛ̀ⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ · ⲁⲃⲃⲁ ⲑⲉⲟⲇⲟⲧⲟⲥ · ⲡⲓⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲁⲛⲕⲏⲣⲁ ·**

ⲛ̀ⲧⲉ ⲕⲁⲗⲁⲧⲓⲁ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲉⲣⲫⲙⲉⲩⲓ ⲉⲧⲧⲁⲓⲏⲟⲩⲧ · ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲣⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲙⲉⲑⲙⲏⲓ · ⲡⲓⲥⲓⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉ ϩⲁⲛⲁⲧⲟⲟⲩⲓ̀ ⲡⲓⲛⲓϣϯ ⲙ̀ⲙⲉⲗⲓⲧⲱⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲅⲁⲗⲓⲗⲉⲟⲥ · ⲡⲓⲙⲁⲧⲟⲓ ⲛⲭⲱⲣⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲭ︦ⲥ︦ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲅⲉⲱⲣⲅⲓⲟⲥ ⲡⲓⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲣⲉⲙϯⲟⲥⲡⲟⲗⲓⲥ · ⲛⲧⲉ ϯⲡⲁⲗⲓⲥⲧⲓⲛⲏ · ⲉⲧⲉ ⲫⲁⲓ ⲡⲉ ⲥⲟⲩⲕ︦ⲅ︦ ⲛⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲫⲁⲣⲙⲟⲩⲑⲓ ⲉϥⲟⲩⲱⲛϩ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲧⲉϥⲥⲩⲛⲅⲉⲛⲓⲁ̀ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲛⲓϣϯ ⲛⲛⲁⲅⲱⲛ ⲉ̀ⲧⲁϥⲉⲣϩⲩⲡⲟⲙⲉⲛⲓⲛ ⲉⲣⲱⲟⲩ · ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲧⲁⲓⲟ ⲉ̀ⲧⲁϥϭⲓⲧⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ̀ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲏⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ︦ϯ︦ ⲁⲙⲏⲛ « Encomium quod protulit beatus episcopus abba Theodotus, episcopus Ancyrae Galatiae, die commemorationis gloriosae solis veritatis, stellae matutinae, magni herois (cf. cod. Vat. copt. 71, f. 59, col. b.: ⲡⲓⲙⲉⲗⲓⲧⲟⲛ الفضل) Galilaeorum, militis fortis Christi, sancti Georgii martyris viri Diospolis Palaestinae, qui est dies vigesimus tertius mensis pharmouthi, manifestans eius cognationem et magna certamina quae sustinuit et honores quos accepit in caelis. In pace Dei. Amen ».

Codicem edidit cum praefatione et versione anglica, E. A. W. Budge, *The martyrdom and miracles of saint George of Cappadocia*, Lond., 1888, pp. XIII-XV, 83-173, 274-331; eumdem textum ediderunt I. Balestri et H. Hyvernat, *Acta martyrum*, t. II, in *Corpus scriptorum christianorum orientalium*, *Scriptores coptici*, textus, ser. III, t. II, Parisiis, 1924, pp. 183-269; vide etiam *Bibliotheca hagiographica orientalis*, Bruxellis, 1910, pp. 72-74; E. W. Brooks, *Acts of S. Georg*, in ephemeride *Le Muséon*, t. XXXVIII, 1925, pp. 67-115; H. G. Evelyn White, *The Monasteries of the Wadi 'n Natrûn*, t. I, Neo Eboraci, 1926, pp. 73, 74. Codex varias praebet additiones et correctiones de quibus vide Balestri-Hyvernat, op. laud.

Notae marginales varii calami et signa lectionem spectantia nonnunquam ex parte resecta sunt vel madore deleta; cruculae, passim; f. 117v, ad verba ⲟⲩⲭⲣⲏⲥⲧⲏⲛⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲁⲣⲣⲏⲥⲓⲁ̀ quae sequitur in textu duplex lineola obliqua: ϣⲁ ϫⲁ ⲧⲉϥⲙⲁⲣϯⲣⲓⲁ [ⲉ]ⲫⲁϩⲟⲩ ⲫⲱⲛϩ ⲛ̀ⲛⲓ[ⲥⲁ]ϫⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ϯ[ⲙ]ⲁⲣⲧⲏⲣⲓⲁ [ ]ⲭⲡⲓⲱ̄ ⲥⲁⲑⲏ · ϯⲉ̄ ⲛ̣ⲭⲱⲃⲓ ⲛϧ̣ⲁⲓⲉ ⲟ̄ ⲱϣ ⲛⲉⲙ ⲛⲁⲓ « Usque. Postpone martyrium eius; inverte sermones martyrii ... exinceps; quinque folia post septuaginta (?); lege cum hisce »; f. 121v, iuxta verba ϫⲉ ϥϩⲱⲟⲩ ... ⲛⲉⲙⲱⲧⲉⲛ: ⲫⲱⲛϩ ⲛⲁⲓ [ ]ⲟ̣ⲩⲏⲓ ⲥⲁ[ ] ⲙⲁⲣⲧⲩ[ⲣⲓⲁ] ϣⲁ [ ]ϧ̣ⲁ̣ⲓ̣ⲉ̣ «Inverte haec ... »; ff. 139, 149v, 161, iterantur in mg. prima verba textus sectionis; ff. 151v, 162v, ϫⲁⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ « Desine »; f. 162v, ad verba ϯⲛⲁⲑⲉⲣⲉⲛⲓⲫⲩⲗⲏ: ⲱϣ ⲉ̀ⲧϩⲏ [ⲉ]ϩⲣⲏⲓ ϧⲉⲛ ⲡⲓ[ⲉ]ϫⲱⲣϩ ⲉ̀ⲧⲉⲙ[ⲙ]ⲁⲩ ⲁϥ[ⲟ]ⲩⲟⲛϩϥ ⲉ̀ⲣⲟϥ [ⲛ̀]ϫⲉ ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̀ⲏ̅ⲥ̅ [ⲁ]ϥⲥⲁϫⲓ ⲛ̣ⲉⲙⲁϥ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ϫⲉ ϫⲉⲙⲛⲟⲙϯ ⲡⲁ[ⲁ]ⲗⲟⲩ ⲅⲉⲱⲣⲅⲓⲟ[ⲥ] [ⲟ]ⲩⲟϩ ϭⲣⲟ ⲙ̀ⲙⲟⲕ « Lege prius: In ipsa illa nocte sese

manifestavit ei Dominus noster Iesus locutusque est cum ipso dicens: 'Confortare, puer mi Georgi, et viriliter age'»; f. 163, ϣⲁⲅ̅ «Usque ad 3»; f. 166^{v}, ϣ(ⲁ) «Usque», ⲱ(ϣ) «Lege»; f. 168, ⲱϣ; f. 169^{v}, ⲁⲣⲭⲏ.

Ductus membranae impressi tum margines, tum binas scripturae lineas definiunt; spatium partis scriptae est circiter mm. 250 × 175. Complectitur codex quaterniones ⲁ̅ – ⲋ̅ (ff. 106-153), septem folia quaternionis ⲍ̅ (ff. 154-160; quintum fasciculi folium resectum sine textus iactura) et folia duodecim (ff. 161-172) quae omni nota coptica carent. Quaternionum ⲁ̅ – ⲍ̅ plagulas extremas, exceptis ff. 106 et 137^{v}, signant ornamenta obducta pigmentis rubro et flavo, partim deletis (omittuntur pigmenta in f. 113^{v}), inter varii tenoris inscriptiones: ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅, ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅, ⲡⲁ̅ⲟ̅ⲥ̅, ⲡⲁ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅, ⲡⲁⲟⲩⲣⲟ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ «Rex meus, Iesu, miserere mei», ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ, ⲡⲁ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ, ⲡⲁ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲓⲛⲁⲓ (sic), ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅. Leguntur insuper amanuensis invocationes in summis marginibus: f. 106^{v}, ⲡⲁ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ϭⲓ ⲙⲱⲓⲧ ⲛⲏⲓ «Domine Iesu, deduc me in via»; f. 144^{v}, ⲡⲁ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ ⲛⲁⲧⲁⲡⲏ «Domine Iesu, miserere mei in dilectione». Paginarum enumeratio coptica mendosa fit inde a f. 113^{v}, ubi ⲓ̅ⲉ̅ scriptum est pro ⲓ̅ⲋ̅, continuato errore usque ad f. 116^{v} quod nota signatur ⲕ̅ⲁ̅; in reliquis foliis paginarum notae sunt: ⲕ̅ⲃ̅ (f. 117^{v}), ⲕ̅ⲇ̅ (f. 118^{v}), ⲕ̅ⲉ̅ (f. 119^{v}), ⲕ̅ⲏ̅ - ⲗ̅ⲃ̅ (ff. 120^{v}-122^{v}), ⲗ̅ⲅ̅ (f. 123^{v}), ⲗ̅ⲓ̅ correctum in ⲗ̅ⲋ̅ (f. 124^{v}), ⲗ̅ⲏ̅ - ⲣ̅ (ff. 125^{v}-156^{v}), ⲣ̅ⲁ̅ (f. 157^{v}), ⲣ̅ⲃ̅ – ⲣ̅ⲋ̅ (ff. 158^{v}-160^{v}). Codicis titulus, inscriptiones et notae numericae exarata sunt unciali oblonga, textus vero unciali rotunda. Encomii littera initialis eiusdem est mensurae ac caeterae litterae lineae primae, quae reliquas ter altitudine excedit, ac punctis rubris tacta est. Quaedam litterae initiales caeteris sunt minores; interpunctio duplici levi lineola recta signatur; efficiuntur accentus puncto, nonnumquam insuper in lineolam curvam producto, vel lineola directa. Plagulae initialis margines decorant et titulum a textu separant lineamenta inter se innexa, cum figuris quadratis; ibidem autem pigmentum rubrum et vestigia coloris crocei sola iam apparent. Interdum puncta rubra infixa sunt litteris ⲟ, ⲫ et ϧ. F. 172 phototypice edidit H. Hyvernat, *Album*, tab. XXVI.

F. 172, nota donationis quam includit ornamentum lineolis inter se innexis atramento confectum: ⳩ ϧⲉⲛ ⲡⲣⲁⲛ ⲛ̀ⲡⲉⲛ|ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲁϥϣⲱⲡⲓ ⲛ̀ϫⲉ | ⲡⲁⲓ ⲁ̀ⲅⲁⲑⲟⲛ ⲛ̀ϣⲉⲛⲉⲣⲫⲙⲉⲩⲓ | ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲁⲓϫⲱⲙ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲟⲧⲟⲩ ⲛ̀|ⲛⲉⲛⲙⲁⲓⲛⲟⲩϯ ⲛ̀ⲥⲛⲏⲟⲩ ⲙ̀ⲙⲁⲓ|ⲁⲅⲁⲡⲏ ⲡⲓⲗⲓⲁ̀ⲕⲟⲛ ⲡⲉⲧⲣⲟⲥ ⲉⲛⲉⲙ | ⲡⲓϯⲁ̀ⲕⲟⲛ ⲕⲉⲗⲗⲟⲩϫ ⲛⲉⲙ ⲛⲟⲩϣⲏⲣⲓ [ϫⲉ ⲛ̀ⲧⲱ]ⲟⲩ | ⲁⲩϣⲟⲫϥ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲡⲟⲩϧⲓⲥ (sic) ⲙ̀ⲙⲏ[ⲓ ⲁⲩ]ⲧⲏⲓϥ | ⲉ̀ϧⲟⲩⲛ ⲉ̀ϯⲁ̀ⲕⲓⲁ̀ ⲛⲉⲕⲗⲏⲥⲓⲁ̀ ⲉⲧⲉⲙ[ⲡⲓ]ⲁⲣⲭⲁⲛⲅⲉⲗⲟⲥ | ⲙⲓⲭⲁⲏⲗ ⲛ̀ⲧⲉ ϯϫⲉⲫⲣⲟⲛⲉ ϧⲉⲛ ⲡ[ⲑⲟ]ϣ [ ] | ⲉⲩϣⲉⲛⲉⲣⲫⲙⲉⲩⲓ ⲛⲱⲟⲩ ⲛⲉⲙ ⲛⲟⲩⲓⲟϯ | ϯϯϩⲟ ⲉⲃⲟⲛ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲑⲛⲁⲱϣ ⲛ̀ϧⲏⲧϥ ⲛⲉⲙ ⲛⲏ | ⲉⲑⲛⲁⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉ̀ⲣⲟϥ ⲛ̀ⲧⲟⲩϫⲟⲥ ϫⲉ ⲛⲏ ⲉⲧⲟⲛϧ | ⲛ̀ⲧⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲉⲣⲡⲉϥⲛⲁⲓ ⲛ̀ⲛⲓϣϯ ⲛⲉⲙⲱ[ⲟⲩ] | ⲕⲉ ⲛⲏ ⲉⲧⲁⲧⲥⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲧⲱⲟⲩ ⲧⲉ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ϯ ⲙ̀|ⲧⲟⲛ ⲛⲟⲩⲯⲩⲭⲏ ⲧⲉϥⲣⲟⲑⲃⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲕⲉⲛϥ | ⲛⲉⲛⲓⲟϯ ⲉⲑⲟⲩⲁ (sic) ⲁⲩⲣⲁϩⲁⲙ | ⲛⲉⲙ ⲓⲥⲁ[ⲁⲕ] ⲛⲉⲙ ⲓⲁⲕⲱⲃ [ⲁ]ⲙⲏⲛ «In nomine Domini nostri Iesu Christi. Fuit hoc bonum memoriale huius libri per Dei amantes fratres, amantes charitatem, diaconum Petrum et diaconum Kellouğ et filios eorum; nam ipsi acquisiverunt illud veris suis laboribus, dederunt illud sanctae ecclesiae archangeli Michaelis (civitatis) Ǧephrone in nomo [...] (E. Amélineau, *La géographie de l'Égypte*, Parisiis, 1893, p. 505), in memoriale eorum et patrum eorum. Rogo eos omnes qui in hoc legerint vel qui illud audierint ut

dicant: qui sunt vivi, Dominus faciat cum eis magnam suam misericordiam, qui autem exierunt (e corpore; lege ⲉⲧⲁⲩⲉⲓ), Dominus det requiem animabus eorum et faciat eos decumbere in sinu patrum nostrorum sanctorum Abraham, Isaac et Iacob. Amen »; f. 172v, nota lectoris: ⳩ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲫ̅ϯ̅ ⲛⲧⲉ ⲛⲓϫⲟⲙ ⲡⲏ ⲉⲧϧⲉⲛ ⲕⲉⲛϥ ⲛⲡⲉϥⲓⲱⲧ ⲛⲁⲅ̣ⲁ̣ⲑ(ⲟⲛ) | ⲡⲏ ⲉⲣⲉ ⲛⲉϥⲁϩⲱⲣ ⲙⲉϩ ⲛ̀ⲛⲁⲓ ⲛⲉⲙ ⲙⲉⲧϣⲉⲛϩⲏⲧ ⲡⲏ ⲉⲧϫⲓ̣ ⲟⲩ̣|ⲥⲟⲙⲥ ⲛ̀ⲥⲛⲟⲩ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲛ̀ⲥⲁ ⲑⲙⲉⲗⲁⲛⲓⲁ̀ ⲛⲡⲓⲣⲉϥⲉⲣⲛⲟⲃⲓ | ⲡⲏ ⲉⲑⲃⲟⲩϣ ⲫⲙⲟⲩ ⲁⲛ ⲛ̀ⲡⲓⲣⲉϥⲉⲣⲛⲟⲃⲓ ⲛⲡⲣⲏϯ ⲧⲉϥ|ⲧ̣ⲁ̣ⲥ̣ⲑⲟϥ ⲧⲉϥⲱⲛϧ ⲧⲉⲛⲧⲱⲃϩ ⲛⲧⲉⲕⲙⲉⲑⲁ̀ⲅⲁⲑⲟⲥ | ⲫ̅ϯ̅ ⲡⲓⲙⲁⲓⲣⲱ⟨ⲙⲓ⟩ ϩⲓⲧⲉⲛ ⲛⲓϯϩⲟ ⲛⲧⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲅⲉⲱⲣⲅⲓ | ⲧⲉⲕⲉⲣⲡⲓⲛⲁⲓ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲣⲉ ϧⲓⲥⲓ ⲓⲉ ϣⲉⲛⲉⲣⲫⲙⲉ|ⲃ̣ⲓ ⲛ̣ⲧ̣ⲱⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲡⲁⲓⲕⲟⲩϫⲓ ⲛϫⲱⲙ ϧⲉⲛ ⲡⲁⲓⲉⲱⲛ | ⲓⲉ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲕⲉ ⲉ̀ⲱⲛ ⲉⲑⲛⲏⲟⲩ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲉⲕⲉϭⲓ ⲛⲛⲟⲩⲯⲩⲭⲏ | ⲉⲛⲓⲧⲟⲡⲟⲥ ⲛⲧⲉ ⲡⲉⲙⲧⲟⲛ ϫⲉ ⲛⲑⲟⲕ ⲉⲣⲉ ⲡⲉⲣϣⲓϣⲓ ⲛⲓⲛⲁⲓ | ⲛ̣ⲧ̣ⲟ̣ⲧⲕ ⲡⲓⲱ̀[ⲟⲩ] ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲥⲙⲟⲩ ⲉⲣⲡⲣⲉⲡⲓ ⲛⲁⲕ ⲫⲓⲱⲧ | ⲛⲉⲙ ⲫϣⲏⲣ[ⲓ ⲛⲉⲙ] ⲡⲓⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ ϣⲁ ⲛⲓⲉⲛⲉϩ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲁⲙⲏⲛ | ⲭⲣⲟⲛⲟ[ⲛ] ⲙⲁⲣⲧ̣ⲏ̣ⲣⲟⲥ̣ ⲭ̅ⲟ̅ⲃ̅ « Domine Deus virtutum, qui es in sinu Patris tui boni, cuius thesauri sunt pleni misericordiae et miserationis, qui respicis omni tempore conversionem peccatorum, qui non vis mortem peccatoris, ita ut convertatur et vivat, rogamus tuam bonitatem, Deus amans homines, per preces sancti Georgii, ut facias misericordiam cum omnibus quorum labores vel memoriale in hoc parvo sunt libro, in hoc saeculo vel in saeculo futuro. Domine, suscipe eorum animam in regionibus quietis; quia tui est potestas misericordiarum; gloria et benedictio decent te, Pater, cum Filio et Spiritu, in saecula omnia. Amen. Epocha Martyrum 672 (= an. D. 955-956) ». Quaedam folia madore corrosa sunt, non sine aliquo textus ac summi marginis invocationum atque subscriptionum detrimento. In imo f. 106: ⲧ̅ⲓ̅ⲙ̅ ⲩ̅ « Timotheus (?) filius »; ibid., alia manu: ⲥ̅ⲍ̅ⲍ̅.

6 (ff. 173-188v) Saec. X, ff. 16, linn. 34-36.

Martyrium Apa Sarapamon, initio mutilum.

Codicem edidit, cum versione gallica, H. Hyvernat, *Les actes des martyrs de l'Égypte*, t. I, Parisiis, 1886, pp. 304-331.

Codex ab eodem librario exaratus est ac cod. Vat. copt. 59[1] (vide p. 401) eamdemque praebet indolem palaeographicam. Amisso primo fasciculo, continet codex quaterniones ⲃ̅ et ⲅ̅; paginae signantur ⲓ̅ⲍ̅ (f. 173) – ⲙ̅ⲏ̅ (f. 188v). Inscriptiones in summis paginis extremis fasciculorum leguntur ⲩ̅ⲥ̅ ⲑ̅ⲩ̅ (initio), ⲓ̅ⲥ̅ ⲭ̅ⲥ̅ (in fine); has separant lineamenta inter se innexa, in forma crucis quae in solis ff. 173 et 180v, manu posteriore, pigmentis rubro et croceo obducta sunt; eadem manu minio tacta sunt passim litterae marginales et interpunctionis signa. Variis in summis foliis aversis, inscriptio ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅. Deest in codice crux quae medias fasciculorum plagulas distinguat.

F. 184v, in summo margine, invocatio, amanuensis ut videtur manu (vide cod. 59[1], f. 7v): يا رب ارحم عبدك يحنس « Domine, miserere servi tui Iohannis ».

In laterculo anteriore interno: *Ass. 12. n. 62*; in folio averso, eidem laterculo custodiae modo adiecto, schedula chartacea titulos refert operum quae in codice leguntur. Ff. 1 et 188v sigilla exhibent bibliothecae Vaticanae et bibliothecae Nationalis Parisiensis.

Codicis tegumentum, e corio rubro confectum, in dorso auro impressa habet notam *63*, trimontium et stellas gentis Albani, i. e. Clementis XI, necnon scutum Benedicti Pamfili card. bibliothecarii.

64 (a I. S. Assemani emptus 13). Membr., ff. 185, mm. 348×280.

Opera homiletica et hagiographica e variis codicibus, bohairice.

1-3 (ff. 1-60ᵛ) Saec. X in., ff. 60, linn. 31-35.

1 (ff. 1-32ᵛ) Vita sancti Macarii Scetensis, mutila initio et doxologia necnon folio uno (pp. ⟨ⲛ̅ⲉ⟩, ⲛ̅ⲋ̅) post f. 19; cf. codd. Vaticanos copticos 59⁶ et 62¹. Inc.: ⲉϯⲙⲉⲧϣⲁⲙϣⲉ ⲛⲟⲩϯ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲉϥⲓⲟϯ (E. Amélineau, *Histoire des monastères de la Basse-Égypte*, Parisiis, 1894, p. 60, lin. 7).

Initium vitae Macarii quod in codice desideratur habet cod. Vat. copt. 62, ff. 1-9, lin. 10 a. fin., ⲉϥⲛⲁⲩ, « videns »; textus folii amissi post f. 19, legitur in cod. Vat. copt. 59, f. 119ᵛ, lin. 13, ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉϫⲉ ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ ⲛⲁϥ « et dixit ei abba Macarius » – f. 120ᵛ, lin. 14 a. fin., ⲉ̀ⲛⲉϩ « nunquam » (partim etiam in cod. Vat. copt. 62, f. 25ʳ·ᵛ); partem doxologiae amissam in fine, vide in cod. Vat. copt. 62, f. 37ᵛ, lin. 6 a. fin., ⲙ̀ⲫⲓⲱⲧ ⲛⲉⲙⲁϥ ...; cf. E. Amélineau, op. laud., p. 60, lin. 7-p. 117, lin. 3 a. fin., ubi in notis signantur codicis partes amissae.

Foliorum 4 et 6 varias quasdam lectiones e fragmento Cahirensi 57 edidit H. G. Evelyn White, *The Monasteries of the Wadi 'n Natrûn*, t. I, Neo Eboraci, 1926, p. 135.

Tum in marginibus tum in textu varia sparsa sunt lectionis signa diversarum manuum: cruculae, signum ⋉, ⲥ ante interrogationes, passim; f. 7, ⲱ[ϣ] « Lege »; f. 15ᵛ, ⲁⲣⲭⲏ ⲡⲓⲙⲁϩ̅ⲃ̅ « Initium; secundus » ad verba ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲧⲁⲥⲑⲟ et infra ϫⲁⲕ « Relinque »; cf. Amélineau, p. 86, n. 6; f. 18ᵛ, ϣⲁ « Usque »; f. 20, in imo mg. externo, ⲡϩⲁⲏ̀ ⲡⲓⲉ̀ⲣⲁⲕⲁ « Finis Hieracae », ad verba ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲇⲉ ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ (Amélineau, p. 96); de Hieracae historia quae in cod. non legitur, vide Amélineau, p. 104, n. 8, et dicta superius de cod. Vat. copt. 59⁶. Folii initialis cum imo ang. externo litterae nonnullae perierunt quas manus recens supplere tentavit in membrana qua codex refectus est; paucae emendationes occurrunt in textu.

Codicis ff. 1-32ᵛ, addita versione arabica, exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 116, ff. 185-243ᵛ.

2 (ff. 33-41ᵛ) Vita s. Pauli anachoretae, sub titulo ⲡⲓϫⲓⲛⲱⲛϧ ⲛ̀ⲧⲉ ⲁⲃⲃⲁ ⲡⲁⲩⲗⲉ ⲡⲓⲁ̀ⲛⲁⲭⲱⲣⲓⲧⲏⲥ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ « Vitae institutum abba Pauli, anachoretae sancti ». Folii 34 exiguum tantum remanet fragmentum.

Vitam edidit, cum versione gallica et praefatione, E. Amélineau, *Histoire des monastères de la Bassse-Égypte*, in *Annales du Musée Guimet*, t. XXV, Parisiis, 1894, pp. IV-XVII, 1-14; de textu bohairico collato cum s. Hieronymi *Vita s. Pauli eremitae (P. L.* 23, coll. 17-30), vide, cum debitis tamen cautelis, Amélineau, op. laud., pp. IV-XVII; cf. etiam F. Nau, *Le texte grec original de la Vie de s. Paul de Thèbes*, in ephemeride *Analecta Bollandiana*, t. XX, 1901, pp. 121-157, et A. Kugener, *S. Jérôme et la Vie de Paul de Thèbes*, in ephemeride *Byzantinische Zeitschrift*, t. XI, 1902, pp. 513-517. De s. Paulo eremita, vide etiam Zoega, *Catalogus*, pp. 360.

F. 33, in summo mg., manu posteriore: ⲡⲓⲥⲁⲃⲃⲁⲧⲟⲛ ⲛ̀ϩⲟⲩⲓⲧ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓϩ̅ⲙ̅ « Primo sabbato quadragesimae ». In marginibus, ⲥ vel ⲟ ante interrogationes, passim; f. 36ᵛ, ante ϫⲉ ⲟⲩⲟⲓ ⲛⲁⲥ ⲣⲁⲕⲟϯ (Amélineau, p. 5), in mg., ⲥⲟⲕⲥ « Trahe »; f. 41, crucula ad orationem ⲱ̀ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ « O Domine »; f. 41ᵛ, ante ϫⲉ ⲟⲩⲏⲓ ⲅⲁⲣ (Amélineau, p. 14), ⲥⲟⲕⲥ, minio scriptum; ibidem, in textu, correctio minio adiecta; paucae occurrunt insuper emendationes varii calami.

Codicis ff. 33-41ᵛ exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 111, pp. 721-733.

3 (ff. 42ᵛ-60ᵛ) Apophthegmata de s. Antonio, sub titulo ⲛⲓⲥⲁϫⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓϧⲉⲗⲗⲟⲓ ⲉⲑⲃⲉ ⲁⲃⲃⲁ ⲁⲛⲧⲱⲛⲓ « Verba seniorum de abba Antonio »; desiderantur finis et folium unum post f. 42.

Apophthegmata, cum versione gallica et praefatione, edidit E. Amélineau, *Histoire des monastères de la Basse-Égypte*, in *Annales du Musée Guimet*, t. XXV, Parisiis, 1894, pp. XVII-XXVII, 15-45; cf. etiam I. Guidi, *Coptica* in *Rendiconti della R. Accademia dei Lincei, classe di scienze morali, storiche e filologiche*, ser. V, t. XV, Romae, 1906, pp. 463-465; R. Pietschmann, *Apophthegmata Patrum boheirisch*, in *Nachrichten von der k. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen, philol. – hist. Klasse*, Gottingae, 1899, pp. 36-48. De vita et apophthegmatibus s. Antonii, vide *P. G.* 65, coll. 76-88, ubi, col. 83, num. 28, idem refertur sermo quo desinit codex; *Bibliotheca hagiographica orientalis*, Bruxellis, 1910, pp. 16, 17; Th. Hopfner *Ueber die koptisch-sa'idischen Apophthegmata Patrum Aegyptiorum*, in *Denkschriften der kais. Akademie der Wissenschaften in Wien, philos. – hist. Klasse*, t. 61, fasc. 2, Vindobonae, 1918, pp. 32, 33; W. Bousset, *Apophthegmata*, Tubingae, 1923, pp. 186, 195. Vide etiam G. Zoega, *Catalogus*, p. 356.

F. 42ᵛ, in summo mg., manu secunda: ϯⲕⲩⲣⲓⲁ̀ⲕⲏ ⲛ̀ϩⲟⲩⲓϯ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓϩ̅ⲙ̅ « Dominica prima quadragesimae ». F. 54, in mg., rudi calamo:

ⲥⲟⲕⲥ « Trahe » ante orationem virginis lugentis (Amélineau, p. 34), cuius initium duplici ductu, finis vero (ⲛ̀ϫⲟⲃⲓ) cruce eodem calamo signantur; item, f. 60^v, ⲥⲟⲕⲥ, manu altera, ante apophthegma ⲟⲩϩⲉⲗⲗⲟ ⲁϥⲉⲣⲉⲧⲓⲛ ⲙ̄ⲫ̄ⲧ̄ « Senex Deum rogavit » (Amélineau, p. 45); insuper varia lectionis signa vel notae, passim, imprimisque ⲥ ante interrogationes et cruculae, tum in margine, tum in ipso textu. Quaedam occurrunt emendationes.

Codicis ff. 42^v-60^v exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 122, ff. 274-310, et, addita versione arabica omissaque transcriptione codicis folii 42^v, in cod. Borg. copt. 116, ff. 135-180.

Codex Vat. copt. 64^{1-3} eumdem prodit amanuensem ac cod. Vat. copt. 58^3 (vide p. 338) quocum communem universim habet indolem palaeographicam. Constat codex quaternionibus ⲃ̅, ⲅ̅ (ff. 1-16), foliis septem quaternionis ⲇ̅, cuius desideratur folium quartum (ff. 17-23), quaternione ⲉ̅ (ff. 24-31), folis septem quaternionis ⲋ̅ (ff. 32-38) resecto folio secundo, foliis septem quaternionis ⲍ̅, cuius desideratur folium quintum (ff. 39-45), quaternione ⲏ̅ (ff. 46-53) et foliis septem quaternionis ⲑ̅ (ff. 54-60) ultimo folio resecto; paginae atramento signantur in plagulis extremis fasciculorum: ⲓ̅ⲍ̅, ⲗ̅ⲃ̅, ⲗ̅ⲅ̅, ⲙ̅ⲏ̅, ⲙ̅ⲑ̅, ⲝ̅ⲇ̅, ⲝ̅ⲉ̅, ⲡ̅, ⲡ̅ⲁ̅, ⲣ̅ⲓ̅ⲃ̅, ⲣ̅ⲓ̅ⲅ̅, ⲣ̅ⲕ̅ⲏ̅, ⲣ̅ⲕ̅ⲑ̅; minio signantur in foliis aversis, ⲗ̅ⲇ̅ - ⲙ̅ⲇ̅ (ff. 1^v-6^v), ⲙ̅ⲇ̅ (sic, f. 7^v), ⲗ̅ⲇ̅ (f. 9^v), ⲗ̅ⲋ̅, iuxta ⲗ̅ⲇ̅ cancellatum (f. 10^v), ⲗ̅ⲉ̅ mutatum in ⲗ̅ⲋ̅ (f. 11^v), ⲙ̅ - ⲙ̅ⲋ̅ (ff. 12^v-15^v), ⲛ̅, iuxta ⲝ̅ⲏ̅ cancellatum (f. 17^v), ⲛ̅ⲃ̅, iuxta ⲝ̅ cancellatum (f. 18^v), ⲛ̅ⲇ̅ (f. 19^v), ⲛ̅ⲏ̅ - ⲝ̅ⲃ̅ (ff. 20^v-22^v), ⲝ̅ⲋ̅ - ⲟ̅ⲏ̅ (ff. 24^v-30^v), ⲡ̅ⲋ̅ (f. 33^v), ϥ̅ - ⲣ̅ⲇ̅ (ff. 35^v-42^v), ⲣ̅ⲏ̅, ⲣ̅ⲓ̅ (ff. 43^v, 44^v), ⲣ̅ⲓ̅ⲇ̅ - ⲣ̅ⲕ̅ⲋ̅ (ff. 46^v-52^v), ⲣ̅ⲇ̅ - ⲣ̅ⲙ̅ⲃ̅ (ff. 54^v-60^v); f. 32^v signatum est nota ⲡ̅ⲃ̅ manu recenti; haec etiam notam ⲡ̅ adiecit summo mg. externo folii 31^v cuius nota pristina ⲡ̅ fere evanuerat. In summis plagulis extremis fasciculorum ornamenta apparent, pigmentis rubro, viridi et croceo obducta praeterquam in f. 32, ubi colores desiderantur, et ff. 38^v, 39, ubi solo minio exarata sunt sicut et foliorum fasciculorumque notae; ornamenta comitantur inscriptiones ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ in plagulis aversis et ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ « miserere nobis » in plagulis rectis; in reliquis paginis aversis, exceptis ff. 32^v, 42^v et 43^v, minio scripta est invocatio ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅; lineolae flexuosae, coloris ut videtur rubri, distinguunt fasciculorum plagulas medias in summo angulo externo paginae aversae et in imo angulo externo paginae rectae. F. 33, ornamentum lineis inter se innexis confectum, ac pigmentis obductum rubro, viridi, caeruleo et croceo, decorat titulum, unciali oblonga scriptum, marginem externum et imum marginem necnon litteram initialem o cui infixa sunt puncta viridia et crocea in forma crucis. Pars reliqua lineae primae litteras habet maiores punctis rubris tactas; f. 42^v, ornamentum tituli et litterae initialis idem fere ac in folio 33, marginem tamen non invadit; litterae lineae primae caeteris sunt maiores, non omnes tamen minio tactae. Nonnullas litteras marginales maiores et initia quaedam sectionum comitantur ornamenta in forma ramorum, avium, vel etiam unicornis (f. 9), rubri, viridis et crocei coloris, vel solo minio effecta. F. 41^v, textus concluditur lineola lineolis flexuosis necnon punctis nigris et rubris effecta. Praeterquam in f. 32^v, minio exarata sunt interpunctionis signa ·>, puncta litteris marginalibus aliisque nonnullis, in ipso textu, infixa,

pars sinistra litterae ⲁ marginalis, paucis locis exceptis ubi haec minio tacta est vel solo atramento scripta, levia demum ornamenta paucis litteris marginalibus adiecta. Desiderantur communiter interpunctionis signa in fine paragraphorum. Nonnullis in plagulis, litteras partim deletas atramento restituit manus posterior.

4 (ff. 61-115) Saec. X in., ff. 55, linn. 32-35.

Apophthegmata de abba Macario, sub titulo ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲛⲓⲁ̀ⲣⲉⲧⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲛ̀ⲇⲓⲕⲉⲟⲥ ⲡⲓⲛⲓϣϯ ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ « E virtutibus patris nostri iusti magni abba Macarii ». Desiderari folium unum post f. 96 (vide infra) iam suadent verba quibus incipit folii 97 paragraphus prima (ⲙⲡⲥⲙⲟⲧ ⲛ̀ϩⲁⲛⲕⲟⲩϫⲓ ⲛ̀ⲍⲱⲟⲛ) quae nec cohaerent cum fine folii 96[v] (ⲉⲧⲉ ⲛⲓⲡ̅ⲛ̅ⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲡⲟⲛⲏⲣⲓⲁ ⲛⲉ) nec solitum produnt initium novae narrationis (cf. E. Amélineau, op. laudando, pp. 174, 175, ubi nihil de folii iactura).

Codicem edidit, cum praefatione et versione gallica, E. Amélineau, *Histoire des monastères de la Basse-Égypte*, in *Annales du Musée Guimet*, t. XXV, Parisiis, 1894, pp. XL-XLII, 118-202; cf. Th. Hopfner, *Ueber die koptisch-sa'idischen Apophthegmata Patrum Aegyptiorum*, in *Denkschriften der kais. Akademie der Wissenschaften in Wien, philos.-hist. Klasse*, t. 61, fasc. 2, Vindobonae, 1918, pp. 30-32. De folio 108, lin. 1-f. 108[v], collato cum fragmento Cahirensi 56, vide H. G. Evelyn White, *The Monasteries of the Wadi 'n Natrûn*, t. I, Neo Eboraci, 1926, p. 135. Inter codicis apophthegmata unum tantum legitur inter *Apophthegmata Macarii* codicum Vat. copt. 59[7] et Vat. copt. 64[5], narratio scil. de daemone qui falce armatus Macario occurrit (Amélineau, op. laud., pp. 119, 120, et pp. 206, 207; cf. *P. G.* 34, col. 245, num. 11). Leguntur insuper inter Macarii apophthegmata graeca, haec dicta Macarii: de vastatione Scetensi (*P. G.* 34, col. 244, num. 5, Am., pp. 135, 136); de contumeliis tacite ferendis (*P. G.* 34, col. 249, num. 23, Am., p. 126); de divitiis Domini et paupertate daemonis (*P. G.* 34, col. 252, num. 24, Am., pp. 168, 169).

F. 61, in summo mg., manu posteriore: ϯⲙⲁϩ̅ⲃ̅ϯ ⲛ̀ⲕⲩⲣⲓⲁ̀ⲕⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡ̅ϩ̅ⲙ̅ « Dominica secunda quadragesimae »; dein, paulo superius, alio calamo, duplex lineola obliqua cum monito ϣⲁ ⲙ̅ⲋ̅ ⲛ̀ϩⲟ ⲛϫⲱⲙ ϫⲁⲕ ⲉⲃⲟⲗ « Usque ad plagulam quadragesimam sextam; desine »; f. 69, in mg., ad verba ⲟⲩⲥⲟⲛ ⲁϥϣⲉⲛ (Amélineau, p. 131, lin. 1), ϫⲁⲕ ⲉⲃⲟ[ⲗ] « Desine »; f. 71, in mg., ⲥϧⲁⲓ « Scribe » ad ⲁϥϫⲟⲥ ⲛ̀ϫⲉ ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ (Am., p. 134); f. 80, in mg., ̅ⲅ̅ ϣⲁ (bis, varii calami) « 3; usque »; f. 83[v], in parte vacua lineae 8 a. fin., calamo rudi: ª crux et ductus

directus, [b] in mg.: ⲥⲟⲕⲥ « Trahe », ante ⲛⲁⲓ ϫⲉ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ (Am., p. 154, lin. 10), [c] lin. ult., ⲉⲩⲱ̀ⲟⲩ « in gloriam » (doxologia), post ⲡⲓⲑⲏⲣⲓⲟⲛ (Am., ibid., lin. 3 a. fin.); f. 84 in mg., eadem manu ac inscriptio prima summi f. 61: ϯⲙⲁϩⲅ̅ϯ ⲛ̀ⲕⲩⲣⲓⲁ̀ⲕⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓϩ̅ⲙ̅, « Dominica tertia quadragesimae » (Am., ibid.); paulo superius, atramento rescriptum super minium: ⲁⲣⲭ(ⲏ); in fine textus lineae sextae: ϣⲁ « Usque », minio adiectum; f. 86, in mg., ad verba ϫⲉ ⲁ̀ ⲣⲁⲕⲟϯ (Am., p. 158, linn. 5, 6): ⲥⲟⲕⲥ « Trahe », calamo rudi; f. 89, in imo angulo externo, manu rudi: ⲭⲁⲕ « Desine »; eadem manu, ad ultimae paragraphi finem (Am. p. 163, lin. 7): ⲃ̅ « 2 »; f. 103ᵛ, in mg., ad verba ϯϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ⲛⲁⲕ (Am., p. 185, lin. 6): ⲇ̅ ⲁⲣⲭ(ⲏ); dein paulo inferius, alio calamo qui finem praecedentis paragraphi signavit signo ·/. et lineola: [a] ⲥⲟⲕⲥ « Trahe », [b] ⲭⲁ ⲫⲁⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ · ⲉⲩϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟϥ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲥⲁⲃⲃⲁⲧ(ⲟⲛ) ⲙ̀ⲙⲁϩⲇ̅ « Relinque hoc (scil. quod sequitur), quum dicatur sabbato quarto », [c] in fine paragraphi, post ⲡⲓⲧⲏⲃ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ︦ϯ︦ (Am., ibid., lin. 8): ⲉⲩⲱⲟⲩ « In gloriam », [d] inferius, ad ⲁϥϫⲟⲥ ⲛ̀ϫⲉ ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ: ⲁϫⲟ ⲙ̀ⲡⲓⲗⲟⲅⲟⲥ ⲉⲧⲥⲁⲧϩⲏ ⲙ̀ⲙⲟϥ ϧⲉⲛ ϯⲕⲩⲣⲓⲁ̀ⲕⲏ ⲙ̀ⲙⲁϩⲇ̅ « Dic sermonem qui praecedit hunc dominica quarta »; f. 105, in mg., manu rudi: ⲭⲁⲕ « Desine »; f. 114ᵛ, ad verba ⲉϣⲱⲡ ⲇⲉ (Am., p. 202, lin. 12): ⲥⲟⲕⲥ « Trahe » (bis scriptum, calamo diverso). In marginibus et in textu, passim, manuum diversarum: ⲥ vel ↄ ante interrogationes, ⲱϣ vel ⲱ « Lege », ϣⲁ vel ϣ « Usque », cruculae et signa varia lectionem spectantia. F. 69, pauca verba quae lacerato folio exciderant, in membrana nova manus recens restituere tentavit; paucae insuper emendationes in textu.

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 122, ff. 52-148.

De universa codicis indole palaeographica, vide codices Vaticanos copticos 58[3] (cf. p. 388) et 64[1-3] qui eiusdem sunt amanuensis. Complectitur quaterniones ⲁ̅ – ⲇ̅ (ff. 61-92), septem folia quaternionis ⲉ̅ (ff. 93-99), quaternionem ⲋ̅ (ff. 100-107), trinionem ⲍ̅ (ff. 108-113), et folia duo fasciculi ⲏ̅ (ff. 114, 115). Ut in codicibus Vaticanis copticis 64[1 et 3], paginae atramento signatae sunt in fasciculorum plagulis extremis; minio autem, iuxta numeros pares, in paginis aversis: ⲃ̅ – ⲓ̅ⲇ̅ (ff. 61ᵛ-67ᵛ), ⲓ̅ⲏ̅ – ⲗ̅ (ff. 69ᵛ-75ᵛ), ⲗ̅ⲇ̅ – ⲙ̅ⲋ̅ (ff. 77ᵛ-83ᵛ), ⲛ̅ – ⲝ̅ⲃ̅ (ff. 85ᵛ-91ᵛ), ⲝ̅ⲋ̅ – ⲟ̅ⲋ̅ (ff. 93ᵛ-98ᵛ), ⲡ̅ⲃ̅ – ϥ̅ⲇ̅ (ff. 100ᵛ-106ᵛ), ϥ̅ⲏ̅ – ⲣ̅ⲉ̅ (108ᵛ-112ᵛ); in summo f. 84, atramento, manu alia: ⲙ̅ⲍ̅; notis carent ff. 114ᵛ et 115ʳ·ᵛ. Fasciculus ⲉ̅, iuxta paginarum enumerationem (ⲝ̅ⲉ̅, ⲡ̅, ff. 93, 99ᵛ) in plagulis extremis, integer erat quaternio; inter f. 96 et f. 97, remanent vestigia folii resecti. Mutilum esse pristinum quaternionem (vide superius dicta de textus omissione) iam innuitur ex eo quod, praeter morem, plagula carnea f. 4 respicit plagulam pilosam. Iam folium exciderat quando foliis 96ᵛ, 97ᵛ, notae plagularum appositae sunt ⲟ̅ⲃ̅, ⲟ̅ⲇ̅, uti etiam colligitur ex omissione

notae ⲟ̅ⲏ̅. Foliorum resectorum vestigia supersunt inter f. 109 et f. 110 necnon inter f. 110 et f. 111, absque tamen textus iactura et salva plagularum in paginis extremis fasciculi enumeratione qua sex tantum folia fasciculo tribuuntur, sociatis caeterum iuxta normam plagulis pilosis. Ornamenta fasciculorum pigmentis obducta sunt praeterquam in folio 114. Lineolae flexuosae, ad medias fasciculorum distinguendas paginas, nonnunquam simul positae fuerunt sive in sola plagula aversa (ff. 64^v, 80^v, 96^v), sive in sola plagula recta (ff. 89, 111). In plagulis extremis fasciculorum recentior manus summo margini interno novam apposuit fasciculorum enumerationem ⲓ̅ – ⲓ̅ⲍ̅ qua continuatur series quaternionum praecedentium codicum. Ornamenta tituli et marginum folii initialis necnon linea textus prima eiusdem sunt indolis ac in f. 33; attamen textus littera prima gracilior est solisque pigmentis rubro et croceo distincta; f. 73, in mg., imago avis ut in f. 39; f. 80, ornamentum marginale in forma ramorum coloribus rubro, viridi et croceo depictum. In nonnullis marginibus, manus posterior translationem arabicam quorumdam verborum copticorum adiecit.

F. 115, post triplicem lineam punctis lineolisque flexuosis effectam, librarii subscriptio, unciali oblonga: ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲃⲱⲕ ⲙⲁⲧⲟⲓ ⲁⲙⲏⲛ « Domine, miserere servi tui Matoi. Amen »; dein alia manu ⲁⲙⲏⲛ... Variis in plagulis litteras partim deletas atramento refecit manus recentior. Media pars inferior f. 115 resecta, nova membrana restituta est.

5. 6 (ff. 116-155^v) Saec. X in., ff. 41, linn. 31-38.

5 (ff. 116-135^r) Apophthegmata de s. Macario, sub titulo ⲉⲑⲃⲉ ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ ⲡⲓⲛⲓϣϯ « De abba Macario magno ».

Apophthegmata, collato cod. Vat. copt. 59^7, edidit et gallice vertit, cum praefatione, E. Amélineau, *Histoire des monastères de la Basse-Égypte*, in *Annales du Musée Guimet*, t. XXV, Parisiis, 1894, pp. XLII-XLVIII, 203-234; cf. dicta de cod. Vat. copt. 59^7 cui textus codicis est affinis. Varias lectiones folii 120, lin. 4 a. fin.-f. 121, lin. 5, e fragmento Cahirensi 55, vide apud H. G. Evelyn White, *The Monasteries of the Wadi 'n Natrûn*, t. I, Neo Eboraci, 1926, p. 135.

F. 116, in summo mg., manu posteriore: ϯⲙⲁϩ̅ⲇ̅ ⲛ̀ⲕⲩⲣⲓⲁ̀ⲕⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓϩ̅ⲙ̅ « Dominica quarta quadragesimae »; in angulo externo paucae litterae calami rudis magna ex parte resectae. F. 118, in mg., ad verba ⲉϥⲥⲓⲛⲓⲱⲟⲩ (Amélineau, p. 206, lin. 14): ⲙ̀ⲡⲉⲣⲱ̣[ϣ] « Ne legas »; f. 118^v, ad verba ⲁϥϫⲟⲥ ⲛ̀ϫⲉ ⲁⲃⲃⲁ ⲡⲓϫⲓⲙⲓ (Am., p. 207, lin. 16), in mg.: ⲥϧⲁⲓ « Scribe »; f. 127, in mg., ad verba ϫⲉ ⲱ̀ ⲡⲓⲣⲓⲙⲓ (Am., p. 221, lin. 5): ⲥⲟⲕⲥ « Trahe »; item, eadem manu, in f. 135, post verba ⲟⲩⲟϩ ⲁⲓⲱⲣⲕ (Am., p. 234, lin. 3); notae ⲱϣ « Lege », ϣⲁ « Usque », ⲥ ante interrogationes, variae manus, signaque lectionis, passim. Occurrunt in textu emendationes varii calami.

6 (ff. 135v-155v) Vita s. Macarii Magni, sub titulo ⲉⲑⲃⲉ ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ ⲡⲓⲣⲉⲙⲛ̀ⲭⲏⲙⲓ ⲛⲉⲙ ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ ⲡⲓⲣⲉⲙⲣⲁⲕⲟϯ « De abba Macario Aegyptio et de abba Macario Alexandrino ».

Ad textum quod spectat vide, p. 411, dicta de codice Vat. copt. 59[8] a quo leviter tantum discrepat; codice usus est M. Chaîne in opere ibidem laudato, *La double recension de l'Histoire lausiaque*, pp. 239-259. De Macario Alexandrino quem memorat titulus nullus est sermo.

F. 135v, in summo mg. externo, partim resecto, manus rudis titulo adiecit: [ⲟ]ⲩⲟϩ ⲟⲛ ϫⲉ ⲉⲧⲁϥ[ⲓ ⲉ]ⲃⲟⲗ ⲉⲡⲉϥⲃⲓⲟⲥ ⲉⲧ[ⲥ]ⲙⲁⲣⲱⲟⲩⲧ ⲛⲥⲟⲩ[ⲕ̄]ⲍ̄ ⲙⲡⲓⲁ̀[ⲃⲟ]ⲧ [ⲫ]ⲁⲙⲉ[ⲛ]ⲱⲑ « et etiam, exivit e vita sua benedicta die 27 mensis phamenōth »; inferius, manu elegantiore: [ⲁϫ]ⲱ ⲫⲁⲓ ϧⲉⲛ ⲫⲁⲙⲉⲛⲱⲑ ⲕ̄ⲍ̄ « Dic hoc phamenōth 27 »; f. 155v ad verba ϫⲉ ⲁϥⲁⲓⲧ ⲛ̀ⲙ̀ⲡϣⲁ (Chaîne, p. 259, lin. 8 a. fin.), in mg.: ⲭⲁⲕ ⲉⲃⲟⲗ « Desine » et, paulo inferius, ad verba ⲟⲩⲟϩ ⲛⲁⲓ ⲉ̀ⲧⲁϥϫⲟⲧⲟⲩ (Chaîne, lin. 6 a. fin.): ⲥⲟⲕⲥ « Trahe ». Calamo rudi varia in marginibus adiecta sunt lectionis signa, imprimisque ⲥ ante interrogationes. In textu paucae correctiones varii calami.

Codicem Vat. copt. 64[5-6] exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 122, ff. 148v-214v.

De universa codicis indole, vide dicta de codicibus Vaticanis copticis 58[3] (cf. p. 388) et 64[1-5] qui eiusdem sunt calligraphi. Complectitur codex quaterniones ⲁ̄ - ⲉ̄ (ff. 116-155), paginarum notis (⟨ⲁ̄⟩ – ⲡ̄) atramento et minio appositis ut in codicibus praecedentibus; atramento scripta sunt, praeter notas et invocationes in plagulis extremis fasciculorum, paginarum numeri ⲝ̄ⲅ̄, ⲝ̄ⲏ̄, atque invocatio ⲓ̄ⲏ̄ⲥ̄ ff. 148v, 149v; nota paginae desideratur in f. 135v, atque erronee numerantur ff. 136v-138v notis ⲙ̄ – ⲙ̄ⲁ̄ (pro ⲙ̄ⲃ̄ – ⲙ̄ⲅ̄); nota ⲙ̄ⲅ̄ neglecta est. In plagulis extremis fasciculorum, manus posterior, summo angulo interno, notis ⲓ̄ⲏ̄ – ⲕ̄ⲃ̄ quaterniones signavit. Ornamenta fasciculorum pigmentis obducta sunt praeterquam in ff. 123v, 132 et 139v. Ornamenta plagulae initialis (vide H. Hyvernat, *Album*, tab. XXXVII) pigmentis rubro, croceo ac viridi fusco obducta sunt; titulus est minio scriptus sicut integra linea prima. F. 135v, minio exarata sunt titulus et textus linea prima cuius littera ⲡ initialis praegrandis est ac lineis inter se innexis confecta cum racemo inter utramque hastam; titulum involvit ornamentum coloribus pictum rubro, viridi et flavo, sicut aves in mg. externo. F. 127, in mg., ad verba ⲁⲩϫⲟⲥ ⲉⲑⲃⲉ ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ (Amél. p. 221), avis similis indolis ac in imo f. 116; f. 129, in mg., avis minio picta ad verba ⲁⲩϫⲟⲥ ... ϫⲉ ⲁϥⲉⲣ ⲗ̄ ⲛ̀ⲁⲃⲟⲧ (desiderantur apud Amél., p. 225, lin. 4); f. 131v, initium sectionis ⲁⲩϫⲟⲥ ⲇⲉ ⲟⲛ ⲉⲑⲃⲏⲧϥ (Amél. p. 228) notatum est in mg. avi minio exarata et coloribus croceo et viridi obducta; f. 138, ornamentum marginale et avis minio delineata, ad verba ⲁ ⲟⲩⲣⲉⲙⲛ̀ⲭⲏⲙⲓ (Chaîne, p. 242, lin. 15); f. 140, initium sectionis de Hieraca (Chaîne, p. 245) signant, praeter ornamentum rubrum ut in maioribus sectionibus passim, rami et avis coloris rubri, flavi et viridis; similis indolis sunt rami qui, f. 141v,

litteram comitantur initialem sectionis de iuvene edace (Chaîne, p. 255). Codex concluditur duplici linea rubra lineolis flexuosis et punctis effecta. Manus posterior, ut in codice praecedenti, translationem arabicam quorumdam verborum copticorum adiecit. Nonnullas litteras partim deletas atramento restituit manus posterior.

F. 135, post triplicem lineam ut in f. 115, unciali oblonga, subscriptio calligraphi: ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲃⲱⲕ ⲙⲁⲧⲟⲓ «Domine, miserere famuli tui Matoi», addita in fine alia linea minio effecta. Nonnullis in plagulis manus posterior litteras partim deletas restituit atramento.

7 (ff. 156-185v) Saec. X in., ff. 30, linn. 31-35.

Excerpta ex Historia Lausiaca, in quadruplicem sectionem divisa.

Codicem edidit et latine vertit E. Amélineau, *De Historia Lausiaca*, Parisiis, 1887, pp. 73-124. De textu coptico collato cum textu graeco, vide C. Butler, *The Lausiac history of Palladius*, in *Texts and Studies*, t. VI, n. 1, Cantabrigiae, 1898, pp. 105-155; cf. A. Lucot, *Palladius, Histoire Lausiaque*, Parisiis, 1912, pp. XIII-XXII.

[1] (ff. 156-158) Epistola ad Lausium, sub titulo ϯⲉ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲉ̀ⲧⲁⲩⲥϧⲏⲧⲥ ⲛ̀ⲗⲁⲩⲥⲓⲟⲥ ⲡⲓⲡⲣⲉⲡⲟⲥⲓⲧⲟⲥ ⲡⲓⲃⲱⲕ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ︦ϯ︦ ⲁⲙⲏⲛ «Epistola quae scripta fuit ad Lausium praepositum, servum Christi. In pace Dei. Amen» (Amélineau, pp. 73-76). In *P. G.* 34, coll. 1001, 1002, *Μακαρίζω σου - τὴν γνῶσιν τοῦ Χριστοῦ*, textus graecus, ad rerum summam quod spectat, consentit cum textu bohairico, qui tamen est saepe prolixior; cf. Butler, op. laud., pp. 110, 111; [2] (ff. 158-167) praefatio ad historiam Lausiacam, sub titulo ⲡⲓϫⲓⲛⲱⲛϧ ⲛ̀ⲧⲉ ϩⲁⲛⲣⲱⲙⲓ ⲉⲩⲟⲩⲁⲃ ⲫⲏ ⲉⲧⲁⲩⲥⲁϫⲓ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲛ̀ⲗⲁⲩⲥⲓⲟⲥ · ⲡⲓⲡⲣⲉⲡⲟⲥⲓⲧⲟⲥ · ⲡⲓⲃⲱⲕ ⲛ̀ⲧⲉ ⲓⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ «Vita hominum sanctorum quam narraverunt Lausio praeposito, servo Iesu Christi» (Am., pp. 76-91). In *P. G.* 34, col. 1001, *Πολλῶν πολλὰ* - col. 1010, *ἀλλ' ὁ τρόπος τῆς ὀρθῆς προαιρέσεως*, textus graecus ita fere se habet ad textum bohairicum ac in sectione 1; cf. Butler, op. laud., pp. 110, 111; [3] (ff. 167v-174) de apa Pamo, sub titulo ⲉⲑⲃⲉ ⲁ̀ⲡⲁ ⲡⲁ̀ⲙⲱ (Am., pp. 92-104). In *P. G.* 34, omissa praefatione codicis bohairici, ff. 167-168v, lin. 3, sectio haec, quae complectitur cap. X et cap. XI, inc. col. 1028: *Περὶ Παμβώ. Τούτου τοῦ ὄρους ἐγένετο* (f. 168v, lin. 4, ⲁϥϣⲱⲡⲓ ⲟⲩⲛ ϧⲉⲛ ⲡⲁⲓⲧⲱⲟⲩ) ac des. col. 1033, linn. 20, 19, a. fin.: *Ἵνα μὴ κἀγώ σε βαρήσω, ἔβρεξα*; de discrepantia textus bohairici et textus graeci vide Butler, op. laud., pp. 111-115, 128-131, 154; [4] (ff. 174-185v) de Evagrio diacono,

sub titulo ⲉⲑⲃⲉ ⲉⲩⲁⲅⲣⲓ ⲡⲓⲁⲗⲓⲁⲕⲱⲛ (Am., pp. 104-124); sectio haec unum amisit folium (pp. ⲛ̅ⲑ̅, ⲝ̅) inter f. 184 et f. 185, estque fine mutila. In *P. G.* 34, omissa praefatione codicis bohairici (ff. 174-175, lin. 10; vide tamen Butler p. 116, *a*), cap. de Evagrio inc. col. 1188: *Τὰ κατὰ Εὐάγριον*; des. col. 1195: *τῆς ἐναρέτου πολιτείας τοῦ ἀοιδίμου Εὐαγρίου*; utrimque insuper diversum est ipsius initium narrationis ita ut inde tantum a textus graeci col. 1188, capitis lin. 11, *Οὗτος τῷ μὲν γένει γέγονε Ποντικὸς*, incipiat consensus cum textu bohairico, (f. 175, lin. 14 a. fin., ⲡⲁⲓⲣⲱⲙⲓ ⲟⲩⲛ ⲉⲧⲉⲛⲫⲓⲣⲓ ⲉ̀ⲣⲟϥ ⲛⲉⲟⲩⲣⲉⲙⲡⲟⲛⲧⲟⲥ ⲡⲉ « Hic homo igitur quem annuntiamus vir Ponticus erat ». Caeterum uterque textus non parum discrepat, ut videre est ap. Butler, op. laud., pp. 115-119, 131-135; de iactura textus bohairici, amissis folio (pp. ⟨ⲛ̅ⲑ̅⟩-ⲝ̅) ipsiusque codicis fine, vide Butler, pp. 133, 135.

In summo f. 156, manu posteriore: ⲡⲓⲥⲁⲃⲃⲁⲧⲟⲛ ⲙ̀ⲙⲁϩⲉ̅ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓϩ̅ⲙ̅ « Sabbato quinto quadragesimae »; in mg. ext. partim resecto: ⲉ̅ ⲛ̀ⲥⲁⲃⲃⲁⲧ[ⲟⲛ] ⲛ̀ϩ̅ⲙ̅; f. 174, initio sectionis de Evagrio: ⳾ⲙⲁϩⲉ̅ ⲛ̀ⲕⲩⲣⲓⲁ̀ⲕⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓϩ̅ⲙ̅ « Dominica quinta quadragesimae ». Tum in textu, tum in margine, varia signa lectionis imprimisque ⲥ ante interrogationes; f. 167, in mg., ad conclusionem sectionis secundae, ⲥⲟⲕⲥ « Trahe ». Paucae occurrunt in textu emendationes.

Codex qui eiusdem universim est indolis ac codices Vaticani coptici 58[3] (vide p. 388) et 64[1-6] ab eodem calligrapho exarati, constat quaternionibus ⲕ̅ⲁ̅ – ⲕ̅ⲅ̅ (ff. 156-179) et foliis sex quaternionis ⲕ̅ⲇ̅ (ff. 180-185) qui est folio sexto et folio octavo mutilus. Atramento appositae sunt notae paginarum ⲃ̅ – ⲉ̅, necnon paginarum et fasciculorum notae in ff. extremis fasciculorum praeterquam initio fasciculi ⲃ̅ ubi notae sunt minio scriptae; manus recentior, ut in codd. Vat. 64[4-6], novam adiecit, in summis angulis internis, fasciculorum enumerationem ⲕ̅ⲅ̅ – ⲕ̅ⲉ̅. Sectionum tituli atramento exarati sunt unciali oblonga; ornamentum in paginis extremis fasciculorum, praeterquam in f. 164 ubi minio exaratum est, pigmentis caret; f. 156, ornamentum, ramos exhibens virides et flores rubros, ac pigmento croceo tactum in parte extrema, occupat summum marginem, marginem vero externum rami et botrus necnon avis in imo angulo dextro, rubri, viridis et flavi coloris; titulum a textu separant lineolae virides et rubrae. Praegrandis est littera initialis ⲟ fuscis tacta pigmentis flavo et viridi et in medio ferens crucem; textus linea prima, cuius duo tantum litterae minium exhibent, caeteris est amplior. Sectionis secundae titulum distinguit ornamentum atramento exaratum, lineolis constans cum punctis a parte superiore et inferiore, signis autem ·> et cruculis ad marginem internum; mg. externum ornat avis similis indolis ac in f. 4; textus littera initialis praegrandis et littera secunda reliquis maior minio tactae sunt. Sectionis tertiae titulum ornant lineae inter se innexae atramento exaratae; litteram initialem minio tactam per integrum mg. externum protrahit ornamentum eiusdem indolis ac ornamentum marginale f. 156; linea initialis reliquas amplitudine

excedit. Sectionis quartae initium signat ornamentum marginale in forma animalis bicornis cum pigmentis viridi, flavo et rubro; littera initialis lineis inter se innexis effecta, exhibet fusci coloris pigmenta rubra et viridia. In nonnullis plagulis, finem quarumdam paragraphorum signant puncta cum lineolis manus recentioris. Variis in plagulis litteras partim deletas atramento restituit manus posterior.

Pristina codicis foliorum enumeratio, notis ut dicunt arabicis, summis plagulis rectis apposita, mendosa fit inde a f. 33 quod perperam signatum est nota 31, errore protracto usque ad finem codicis. Huic enumerationi nuper alia est addita imis paginis impressa, quam secuti sumus. In plagula aversa folii anterioris custodiae modo adiecti: *Ass. 13.* In ff. 1 et 185^{v}, sigilla bibliothecae Vaticanae et bibliothecae Nationalis Parisiensis. Vac. ff. 42^{r} et 115^{v}.

In dorso tegumenti, e corio rubro confecti, auro impressa sunt nota *64*, trimontium et stellae gentis Albani, i. e. Clementis XI, necnon scutum Benedicti Pamfili card. bibliothecarii.

65 (a. I. S. Assemani emptus 14). Membr., ff. 120, mm. 315 × 240.

Opera homiletica et hagiographica e variis codicibus cum fragmento operis apocryphi, bohairice.

1 (f. 1^{r}) Ca. an. 979 (= an. Mart. 695, cf. f. 120), linn. 8.

Doxologia seu conclusio alicuius sermonis.

Inc. ⲫⲁⲓ ⲉ̀ⲧⲉ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲟⲧϥ ⲉ̀ⲣⲉ ⲱⲟⲩ « Ipse per quem est gloria »; des.: ϣⲁ ⲉ̀ⲛⲉϩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲉ̀ⲛⲉϩ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « in saecula saeculorum. Amen ».

Textus occupat partem superiorem plagulae rectae folii 1 quod est folium secundum quaternionis ⲉ̅ unde codex nunc exorditur; fragmentum est eiusdem scripturae ac caetera codicis folia. Textum concludunt lineae tres variae indolis. Partem inferiorem plagulae occupat nota manus secundae, scripta unciali oblonga, cum oratione in forma acrostichidis et telostichidis exarata (cf. f. 29^{v}), iteratis inde a linea quinta, litteris primis et ultimis, quae nomen efficiunt scriptoris: ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲫ̅ϯ̅ ϣⲉⲛϩⲏⲧ ϧⲁ ⲧⲁϫⲟⲃⲓ ⲛ̀ⲧⲁⲗ(ⲉ)ⲡⲱⲣⲟ(ⲥ) | ⲙ̀ⲯⲩⲭⲏ ⲁⲛⲟⲕ ϣⲁ ⲡⲓⲉ̀ⲗⲁⲭ(ⲓⲥ)ⲧⲣⲥ (sic) ⲙ̀ⲡⲣⲉⲥⲃⲩ|ⲧⲉⲣⲟ(ⲥ) ⲡⲓϣⲉⲛⲛⲟⲩϥⲓ ⲩ(ⲓⲟ)ⲥ ⲡⲁⲡⲁ ⲙⲟⲩⲕⲁ ⲡⲓⲣⲉⲙ|ⲡⲓϣⲁϥⲉ ϧⲉⲛ ⲡⲑⲟϣ ⲛ̀ⲧⲁⲙⲓⲁϯ ⲁⲙⲏⲛ· | ⲡ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲉ ⲡⲁⲃⲟⲏⲑⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲡⲁⲙⲁ ⲛⲫⲱⲧ ⲉⲟⲩⲥⲟⲡ ⲡ | ⲓ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲉ ⲧⲁϫⲟⲙ ⲛⲉⲙ ⲧⲁϩⲉⲗⲡⲓⲥ ⲓⲥϫⲉⲛ ⲧⲁⲙⲉⲧⲕⲟⲩϫⲓ ⲓ | ϣ ϣⲱⲡⲓ ⲛⲏⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲥⲟⲧⲏⲣⲓⲁ ⲟⲩⲟϩ ⲛⲁϩⲙⲉⲧ ϧⲉⲛ ⲡⲉⲕⲟⲩⲱϣ ϣ | ⲉ ⲉⲣⲉ ⲧⲁⲯⲩⲭⲏ ϧⲉⲛ ⲛⲉⲕϫⲓϫ ⲛ̀ⲥⲛⲟⲩ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲭⲁⲧ ⲛ(ⲛ̀ correctio ex ⲉ?)ⲁⲕ ϫⲉ ⲉ̣ | ⲛ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ ⲫ̅ϯ̅ ϫⲉ ⲧⲁϩⲉⲗⲡⲓⲥ ϧⲁⲧⲟⲧⲕ ⲛ̀ⲥⲛⲟⲩ ⲛ̀ⲓⲃⲉⲛ ⲛ | ⲛ ⲛⲁⲛⲟⲃⲓ ⲟϣ ⲉ̀ⲣⲉ ⲛⲉⲕⲙⲉⲧϣⲉⲛϩⲏⲧ ⲛ̀ⲑⲱⲟⲩ ⲉ̀ⲧⲟϣ ⲟⲛ ⲛ | ⲟ ⲟⲩⲛⲁϩⲏⲧ ⲡⲉ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲑⲟϥ ⲡⲉ ⲡⲁⲟⲩⲣⲟ ⲟ | ⲩ ⲩⲙⲛⲟⲥ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲛⲉⲙ ⲥⲙⲟⲩ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲛⲱϥ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲩ | ϥ ϥⲓ ⲡⲁⲣⲱⲟⲩϣ ϧⲉⲛ ⲛⲉⲕⲁ̀ⲅⲁⲑⲟⲛ ϫⲉ ⲁ̀ⲛⲟⲕ ⲉⲧⲥⲟϥ ϥ | ⲓ ⲓⲏⲥ ⲙ̀ⲙⲟⲕ ϣⲉⲛϩⲏⲧ ϧⲁⲣⲱⲓ ϫⲉ ⲁ̀ ⲧⲁⲯⲩⲭⲏ ⲉⲣⲕⲟⲩϫⲓ ⲓ | « Domine Deus, miserere pauperis miserae animae meae; ego minimus presbyter Pišennoufi, filius apa Mouka, ex Pišafe in nomo Tamiati. Amen. Dominus est adiutor meus et refugium meum simul; Iesus est fortitudo

mea et spes mea, ab infantia mea; sis mihi salus et serva me in tua voluntate; anima mea in manibus tuis semper; assume me tibi; miserere mei, Deus, quia spes mea apud te est omni tempore; peccata mea multa, misericordiae tuae multae etiam; misericors est Dominus et ipse est rex meus; hymni omnes et benedictiones omnes Ipsius sunt; curam habe mei in bonis tuis, quia ego impurus; festina, miserere mei, quia anima mea humiliata est ». Folium phototypice edidit H. Hyvernat, *Album*, tab. XXV.

2 (ff. 1^v-29^v) Ca. an. 979 (= an. Mart. 655, cf. f. 120), ff. 29, linn. 26-33.

Homilia Marci Novi, patriarchae Alexandrini, de Christi sepultura eiusque descensu in infernum, sub titulo ⲡⲓϣⲟⲣⲡ ⲛ̀ⲗⲟⲅⲟⲥ ⲉ̀ⲧⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲫⲏ ⲉ̀ⲧⲉⲣⲫⲟⲣⲓⲛ ⲙ̀ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉ̀ⲣⲉⲩⲥ ⲉ̀ⲧⲉⲛϩⲟⲧ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲟϩⲓ ⲙ̀ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲣⲕⲟⲥ ⲡⲓⲃⲉⲣⲓ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉ̀ⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲣⲁⲕⲟϯ ⲉⲑⲃⲉ ⲡⲓϫⲓⲛⲕⲱⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲥⲱⲧⲏⲣ ⲛⲉⲙ ⲡⲓϫⲓⲛⲱϣ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲟⲩⲃⲏϥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲏ ⲉⲧϧⲉⲛ ⲁ̀ⲙⲉⲛϯ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲣⲏϯ ⲉ̀ⲧⲁϥⲓ̀ⲛⲓ ⲛⲁⲇⲁⲙ ⲉⲡϣⲱⲓ ⲛⲉⲙ ⲛⲏ ⲉⲧⲛⲉⲙⲁϥ ⲉⲩⲥⲟⲡ ⲁϥⲥⲁϫⲓ ⲇⲉ ⲟⲛ ⲉⲑⲃⲉ ⲛⲏ ⲉⲧϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲁϥⲙⲟⲩ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ϧⲉⲛ ⲟⲩϫⲱⲕ ⲉⲩⲓ̀ⲣⲓ ⲙ̀ⲫ︦ϯ︦ ⲡⲓⲁⲧⲙⲟⲩ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ϯⲥⲁⲣⲝ ⲉ̀ϣⲁⲥⲙⲟⲩ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲉⲥϭⲓ ⲙ̀ⲕⲁϩ ⲕⲁⲧⲁ ⲑⲏ ⲉ̀ⲧⲉ ⲑⲱⲥ ⲛ̀ⲫⲩⲥⲓⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲟⲛ ϫⲉ ϯⲙⲉⲧⲛⲟⲩϯ ⲟⲩⲁⲧⲙⲟⲩ ⲧⲉ ⲕⲁⲧⲁ ⲧⲉⲥⲫⲩⲥⲓⲥ ⲧⲉ ϧⲉⲛ ⲫⲁⲓ ⲅⲁⲣ ⲁϥϩⲱⲧⲡ ⲛ̀ϯⲁⲧⲙⲟⲩ ⲛⲉⲙ ⲑⲏ ⲉ̀ϣⲁⲥⲙⲟⲩ ⲉ̀ⲟⲩⲙⲉⲧⲟⲩⲁⲓ ϣⲁⲧⲉϥϭⲓ ⲙ̀ⲕⲁϩ ⲉⲑⲃⲏⲧⲉⲛ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲉϥⲙⲟⲩ ϧⲁⲣⲟⲛ ϧⲉⲛ ⲫⲙⲟⲩ ⲛ̀ϯⲥⲁⲣⲝ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲉϥϣⲱⲗ ⲛⲁⲙⲉⲛϯ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ︦ϯ︦ ⲁ̀ⲙⲏⲛ. « Primus sermo quem protulit Christum ferens, fidelis archipresbyter gregis Christi, abba Marcus Novus, archiepiscopus Alexandrinus, de sepultura Servatoris nostri et de clamore ad eum illorum qui erant in inferno, et de modo quo sursum duxit Adamum eosque qui erant cum ipso simul. Locutus est etiam de iis qui dicunt mortuum esse Dominum absolute, Deum immortalem assimilantes carni quae moritur et patitur secundum suam naturam; adiecit deitatem immortalem esse secundum suam naturam. In hoc enim coniunxit (naturam) immortalem ei quae moritur in unitate, donec passus est pro nobis et mortuus est pro nobis in morte carnis et spoliavit infernum. In pace Dei. Amen ».

Codicem edidit, cum praefatione et versione gallica, H. de Vis, *Homélie cathédrale de Marc, patriarche d'Alexandrie*, in ephemeride *Le Muséon*, t. XXXIV, 1921, pp. 179-216, t. XXXV, 1922, pp. 17-48. Homilia magna ex parte legitur graece inter opera dubia s. Epiphanii (*P. G.* 43, coll. 439-464); de aliis eiusdem homiliae recensionibus ipsiusque auctore, vide *Le Muséon*, t. XXXV, pp. 37-39, necnon dicta superius, p. 358,

de cod. Vat. copt. 54. Inter f. 24 (p. ⲣ̅ⲗ̅) et f. 25 (p. ⲣ̅ⲗ̅ⲇ̅), desideratur folium unum ut iam innuit deficiens nota ⲣ̅ⲗ̅ⲃ̅, utque colligitur tum e codicis textu qui hoc loco hiat, tum e textu graeco quo usus est auctor; des. enim f. 24ᵛ: ⲁⲓϣⲱⲡ ⲉⲣⲟⲓ ... ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ quod temere a manu recenti mutatum est in ϩⲓⲛⲁ ⲁⲛⲟⲕ quodque iuxta textum graecum: *κατεδεξάμην ἵνα σκωρπίσω τῶν ἁμαρτιῶν σου τὸ φορτίον* (*P. G.* 43, col. 461, lin. 12 a. fin.), his fere verbis complendum esset: ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀[ⲧⲁⲱ̀ⲗⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲡⲓⲉⲧⲫⲱ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲉⲕⲛⲟⲃⲓ]; inc. f. 25: [ⲁⲛⲟⲕ] ϩⲱ ⲁⲓⲭⲱⲡ ⲛ̀ⲧⲁⲙⲉⲧⲛⲟⲩϯ ⲛ̀ϧⲣⲏⲓ ⲛ̀ϧⲏⲧⲕ... ⲁⲓϯ ϩⲓⲱⲧⲕ (ⲕ fere integre erasum) ⲛ̀ϯϣⲉⲑⲏⲛ ⲛ̀ϣⲁⲣ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡϣⲓⲡⲓ (*P. G.* 43, col. 464, lin. 16, *ἀλλ' ἰδοὺ ἔκρυψας ἐν ἑαυτῷ θεὸν γυμνόν. Ἐνεδύθης τὸν τῆς αἰσχύνης δερμάτινον χιτῶνα*). Paucae apparent in textu correctiones diversarum manuum.

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 114, ff. 2-19ᵛ.

Membranae plagulis, nunc carneis nunc pilosis, stilo sicco impressi sunt ductus qui definiunt tum margines, tum varium spatium lineis scripturae servatum; spatium partis scriptae est circiter mm. 255 × 150. Constat codex foliis septem ultimis quaternionis ⲋ̅, quaternionibus ⲍ̅, ⲏ̅, et foliis sex fasciculi ⲑ̅. Paginarum notae (⟨ⲡ̅ⲗ̅⟩ – ⟨ⲣ̅ⲙ̅ⲃ̅⟩) secundum numeros pares inscriptae sunt summo angulo externo in foliis aversis praeterquam in ff. 1 et 29, insuper secundum numeros impares initio fasciculorum ⲍ̅, ⲏ̅, ⲑ̅; quaternionum notae infixae sunt summis angulis internis paginarum extremarum; easdem paginas extremas, in summis ff. 7ᵛ, 8, 23ᵛ, 24, distinguit sola crux quinque punctis effecta quam a notis numericis separat linea directa; in summis ff. 15ᵛ, 16, crux lineis inter se innexis efformata. Caret codex pigmentis. Textus exaratus est unciali rotunda depressa, titulus autem, inscriptio summi folii 29ᵛ et subscriptio amanuensis unciali oblonga; atramentum coloris est languidi. Titulo in mg. externo sociatur ornamentum in forma avis et ramorum. Linea prima sermonis exarata est litteris maioribus quae tamen versus marginem internum ita decrescunt ut ultimae iam normam praestent communem; quarumdam paragraphorum initia distinguunt litterae reliquis marginalibus ampliores. Accentus efformantur levi lineola directa; lineolae autem super voces coarctatas in utraque parte extrema desinunt crassiores. Vacuum est spatium interpunctioni servatum; in imo f. 29, triplex linea ornata. Specimina scripturae, quae in toto cod. Vat. 65 eiusdem est indolis, vide ap. H. Hyvernat, *Album*, tabb. XXV et XL 2, necnon in *The Paleographical Society. Facsimiles of manuscripts and inscriptions* (*Oriental series*), Londini, 1875-1883, tab. XCII.

In summo f. 29ᵛ, punctis cincta, invocatio calligraphi, ⲡⲁ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ϭⲓ́ ⲙⲱⲓⲧ ⲛⲏⲓ «Domine Iesu Christe, deduc me in via»; inferius, manu secunda, eadem qua nota f. 1, oratio in forma acrostichidis et telostichidis, litteris primis et ultimis uniuscuiusque lineae non iteratis atque littera ⲩ omissa in serie: ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲙⲁ ⲡⲓⲕⲁϯ ⲛⲏⲓ ⲁ̀ⲛⲟⲕ ⲡⲓϣⲉⲛⲛⲟⲩϥⲓ ⲡⲓϫⲱⲡ | ⲓ̀ⲉⲣⲉⲧⲓⲛ ϩⲓⲧⲉⲛ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲫ̅ϯ̅ ⲉⲑⲣⲉϥⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ | ϣⲱⲡⲓ ⲛⲏⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲧⲁϫⲣⲟ ⲉⲑⲃⲉ ϫⲉ ⲛⲁⲛⲟⲃⲓ ⲟϣ | ⲉⲑⲃⲉ ⲡⲁϣⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲁⲛⲟⲃⲓ ⲙ̀ⲡⲉⲣⲭⲁⲧ ⲛ̀ⲥⲱⲕ ϫⲉ | ⲛⲁϩⲙⲉⲧ ⲡⲁⲛⲟⲩϯ ϫⲉ ϯⲉⲣⲛⲟⲃⲓ ⲛ̀ⲥⲏⲟⲩ ⲛⲓⲃⲉⲛ | ⲛⲁⲓⲱⲓ ⲛ̀ⲃⲱⲕ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫⲛⲟⲃⲓ ⲛ̀ⲕⲁⲧⲁ ⲟⲩⲛⲟⲩ ⲛⲓⲃⲉⲛ | ⲟⲩⲛⲁϩⲏⲧ ⲡⲉ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲫ̅ϯ̅ ⲟⲩⲟϩ ⲟⲩⲣⲉϥⲧⲟⲩϫⲟ | ϥⲥⲱⲟⲩⲛ{ⲟⲩ} ϫⲉ ⲡⲓⲣⲱⲙⲓ ϩⲗⲓ ⲡⲉ ⲉϥϣⲟϣϥ |

ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲉ ⲡⲉⲛⲣⲉϥⲧⲟⲩϫⲟ ⲛⲑⲟϥ ⲉⲑⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ «Domine, da intellectum mihi Pišennoufi, infirmo; rogo per Dominum Deum ut misereatur mei; esto mihi firmamentum quia peccata mea multa; propter multitudinem peccatorum meorum ne me repudies; serva me, Deus meus, quia pecco omni tempore; fui servus peccati omni hora; misericors est Dominus Deus et auctor salutis; novit hominem esse rem contemptibilem; Iesus est auctor nostrae salutis, ipse veniet ad me »; in medio folio, subscriptio ipsius amanuensis: ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲁⲡⲁ ⲙⲏⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲉⲛⲑⲱϣ | ϯϯϩⲟ ⲟⲩⲟϩ ⲓⲥ ϯⲙⲉⲧⲁⲛⲓⲁ̀ ⲛⲟⲩⲟⲛ | ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲑⲛⲁⲱϣ ϧⲉⲛ ⲡⲁⲓϫⲱⲙ | ⲧⲉϥϯ ⲙ̀ⲧⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲁⲙⲉⲧϫⲱⲃ | ϫⲉ ⲁ̀ⲛⲟⲕ ⲟⲩⲣⲉϥⲉⲣⲛⲟⲃⲓ ⲡⲁⲣⲁ | ⲣⲱⲙⲓ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲧϩⲓϫⲉⲛ ⲡⲕⲁ̀ϩⲓ «Ego apa Mena, filius Enthōš, rogo — et ecce prostrationem — unumquemque lecturum in hoc libro ut det requiem infirmitati meae, nam peccator ego prae omnibus hominibus qui sunt super terram »; in imo folio, sub ornamento lineis inter se innexis manu posteriore effecto, legitur: بسم الله الراحمن الرحيم « In nomine Dei clementis, misericordis ». F. 23v, in mg. externo et in imo mg., litterae alphabeti arabici adiuncta earumdem, ut videtur, transcriptione cryptographica; f. 6v, in imo mg., manu recentiore: يا يلاهي ومخلصي من كل عثرة سيدى يسوع المسيح « O Deus meus et liberator meus ab omni prolapsione, Domine meus Iesu Christe ». Margines nonnullos varia manus conscribillationibus foedavit.

3 (ff. 30-98v) Ca. an. 979 (= an. Mart. 695, cf. f. 120), ff. 69, linn. 27-32.

Encomium s. Theodori Orientalis et s. Theodori Stratelatis, Theodoro Archiepiscopo Antiocheno adscriptum, sub titulo ⲟⲩⲉⲛⲕⲱⲙⲓⲟⲛ ⲉ̀ⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲟⲙⲟⲗⲟⲅⲓⲧⲏⲥ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲟⲩⲟϩ ⲫⲏ ⲉ̀ⲧⲁϥⲉⲣⲉ̀ⲡⲉⲑⲩⲙⲓⲛ ⲉⲡϣⲟⲩϣⲟⲩ ⲛ̀ϯⲙⲉⲧⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲫⲏ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ ⲁⲃⲃⲁ ⲑⲉⲟ̀ⲇⲟⲣⲟⲥ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉ̀ⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲁⲛⲧⲓⲟ̀ⲭⲓⲁ̀ ⲉⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟϥ ⲉ̀ⲡⲧⲁⲓⲟ̀ ⲛ̀ⲛⲓⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲟⲩⲟϩ ⲛⲓϫⲱⲣⲓ ⲛ̀ⲣⲉϥϭⲣⲟ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲑⲉⲟ̀ⲇⲟⲣⲟⲥ ⲡⲓⲁ̀ⲛⲁⲧⲟⲗⲉⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲑⲉⲟ̀ⲇⲟⲣⲟⲥ ⲡⲓⲥⲧⲣⲁⲧⲏⲗⲁⲧⲏⲥ ⲡϣⲏⲣⲓ ⲛ̀ⲓⲱⲁⲛ⟨ⲛⲏⲥ⟩ ⲡⲓⲣⲉⲙⲛ̀ⲭⲏⲙⲓ ⲫⲏ ⲉ̀ⲧⲁϥϧⲱⲧⲉⲃ ⲙ̀ⲡⲓⲛⲟϫ ⲛ̀ⲇⲣⲁⲕⲱⲛ ⲁϥⲛⲟϩⲉⲙ ⲙ̀ⲡⲓϣⲏⲣⲉ̀ ⲕⲟⲩⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲭⲏⲣⲁ ⲛ̀ⲣⲉⲙⲉⲩⲭⲏⲧⲟⲥ ϯⲡⲟⲗⲓⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲁ̀ ⲫⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ϭⲓ ⲱ̀ⲟⲩ ⲉⲧⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟ̀ ⲇⲉ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲉⲛⲕⲱⲙⲓⲟⲛ ⲕⲁⲧⲁ ⲡⲟⲩⲉⲙⲡϣⲁ ϧⲉⲛ ⲡⲧⲟⲡⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲑⲉⲟ̀ⲇⲟⲣⲟⲥ ⲡⲓⲁ̀ⲛⲁⲧⲟⲗⲉⲟⲥ ⲉ̀ⲣⲉ ⲡϩⲟⲩⲟ̀ ⲙ̀ⲡⲓⲙⲏϣ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲗⲁⲟⲥ ⲑⲟⲩⲏⲧ ϧⲉⲛ ϯⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ̀ ⲉⲩⲉⲣϣⲁⲓ ⲛ̀ⲑⲉⲟ̀ⲇⲟⲣⲟⲥ ⲡⲓⲥⲧⲣⲁⲧⲩⲗⲁⲧⲏⲥ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉϥⲉⲣⲫⲙⲉⲩⲓ̀ ⲉⲧⲧⲁⲓⲏⲟⲩⲧ ⲉ̀ⲧⲉ ⲥⲟⲩⲕ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁ̀ⲃⲟⲧ ⲉ̀ⲡⲏⲡ ⲉ̀ⲧⲉ ⲡⲁⲓ ⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲧ ⲣⲱ ⲟⲛ ⲡⲉ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲁⲥⲙⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲧⲟⲡⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲑⲉⲟ̀ⲇⲟⲣⲟⲥ ⲡⲓⲁ̀ⲛⲁⲧⲟⲗⲉⲟⲥ ⲡⲉ ⲉⲑⲃⲉ ϫⲉ ⲙ̀ⲡⲁⲛⲧⲟⲩⲕⲟⲧ ⲉⲩⲕⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ⲙ̀ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲑⲉⲟ̀ⲇⲟⲣⲟⲥ ⲡⲓⲥⲧⲣⲁⲧⲏⲗⲁⲧⲏⲥ ⲡⲉ ⲁⲗⲗⲁ ⲛⲁⲩⲓ̀ⲣⲓ ⲙ̀ⲡⲉϥϣⲁⲓ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ ϧⲉⲛ ⲡⲧⲟⲡⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲓϫⲱⲣⲓ ⲛⲁⲛⲁⲧⲟⲗⲉⲟⲥ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ̅ϯ̅ ⲁⲙⲏⲛ

« Encomium quod protulit confessor sanctus Christi, anhelans gloriam martyrii, sanctus abba Theodorus archiepiscopus Antiochenus; hoc protulit in honorem martyrum Christi et fortium victorum, sancti Theodori Orientalis et sancti Theodori Stratelatae, filii Iohannis Aegyptii, qui occidit magnum draconem, qui salvum fecit infantulum viduae civitatis Euchetos, et nomen Christi glorificatum est; protulit autem hoc encomium, secundum eorum dignitatem, in sanctuario sancti Theodori Orientalis, dum congregata erat abundantia multitudinis populi in ecclesia, festivitatem celebrans Theodori Stratelatae, die eius commemorationis gloriosae, sive die vigesimo mensis epēp, qui est ipse etiam dies consecrationis sanctuarii sancti Theodori Orientalis, nam nondum aedificatum erat oratorium sancto Theodoro Stratelatae, sed festum eius sanctum celebrabatur in sanctuario fortis Orientalis. In pace Dei. Amen ». Codex amisit f. unum post f. 36, ac fine mutilus est.

Codicem cum introductione et translatione anglica, additis fragmentis bohairicis Lipsiensibus et sahidicis e bibliotheca Nationali Parisiensi necnon e Musaeo Cahirensi et Musaeo Britannico, edidit E. O. Winstedt, *Coptic texts on Saint Theodore the General, St. Theodore the Eastern, Chamoul and Iustus*, Lond., 1910, pp. i-xxx, 1-166. Editionem critice commentatus est O. von Lemm, *Koptische Miscellen CVII*, in *Bulletin de l'Académie impériale des sciences de St-Pétersbourg*, ser. VI, t. v, 1911, pp. 1140-1157; vide etiam O. von Lemm, *Kleine koptische Studien LI*, in *Mémoires de l'Académie impériale des sciences de St.-Pétersbourg, classe hist.-philol.*, ser. VIII, t. viii, 1908, pp. 7-9. Cf. cod. Vat. copt. 63[2].

Cruculae initium signant quarumdam sectionum. Paucae in textu occurrunt correctiones diversarum manuum.

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 114, ff. 20-58.

Codex qui eiusdem manus est ac cod. praecedens communem cum ipso habet indolem palaeographicam. Complectitur septem ff. quaternionis ⲇ̅ (ff. 30-36, pp. ⟨ⲇ̅⟩ – ⲓ̅ⲇ̅) cuius desideratur folium ultimum, quaterniones ⲉ̅ – ⲏ̅ (ff. 37-92, pp. ⲓ̅ⲍ̅ – ⲣ̅ⲕ̅ⲏ̅) et ff. sex priora quaternionis ⲑ̅ (ff. 93-98, pp. ⲣ̅ⲕ̅ⲑ̅ – ⲣ̅ⲙ̅). Folii initialis marginem summum et marginem externum decorat ornamentum ductibus effectum atque lineis inter se innexis; f. 57, in margine externo, ornamentum in forma quadrupedis. F. 44[v], in imo mg., nota, partim madore deleta et partim resecta, eadem manu quae scripsit notam marginalem in f. 6[v] et varios margines conscribillationibus foedavit: | يا يلاهى ومخلصى من كل عثرة سيدى يسوع المسيح... ...(الطاهرة الست السيدة مرتمريم?) العذرا والدت الخلاص ... | ... « O Deus meus et liberator ab omni prolapsione, Domine mi Iesu Christe... pura, Domina, Domina Maria, Virgo, mater salutis... ».

4 (ff. 99-120^v) An. 979 (= an. Mart. 695, cf. f. 120) et saec. XII-XIII, ff. 22, linn. 27-32 et linn. 26-28.

Vita s. Onuphrii anachoretae, sub titulo ⲫⲁⲓ ⲡⲓⲃⲓⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲡⲟⲗⲏⲧⲓⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲙ̀ⲡⲛ̅ⲁ̅ⲧⲟⲫⲟⲣⲟⲥ ⲁⲃⲃⲁ ⲃⲉⲛⲟϥⲉⲣ ⲡⲓⲁ̀ⲛⲁⲭⲱⲣⲓⲧⲏⲥ ⲉ̀ⲧⲁϥϫⲱⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲥⲟⲩⲓ̅ⲋ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁ̀ⲃⲟⲧ ⲡⲁⲱ̀ⲛⲓ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ︦ϯ︦ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « Haec est vita et conversatio patris nostri sancti pneumatophori, abba Beṅofer anachoretae, quam consummavit die decimo sexto paōni. In pace Dei. Amen ».

Codicem cum praefatione et versione gallica edidit E. Amélineau, *Voyage d'un moine égyptien dans le désert*, in *Recueil de travaux relatifs à la philologie et à l'archéologie égyptiennes et assyriennes*, t. VI, Parisiis, 1885, p. 166-194 Vitae s. Onuphrii fragmentum sahidicum edidit I. A. Mingarelli, *Aegyptiorum codicum reliquiae Venetiis in bibliotheca Naniana asservatae*, Bononiae, 1785, pp. CCCXXXVII-CCCXLIII; cf. Amélineau, op. laud., pp. 192-194; textum sahidicum edidit E. A. W. Budge, *Coptic Martyrdoms etc. in the dialect of Upper Egypt*, Lond., 1914, pp. 205-223, cum introductione, pp. XXI, XXII, LXIV-LXVIII, et versione anglica, pp. 455-472; sahidice etiam servata est vita Onuphrii in cod. Pierpont Morgan M 580, ff. 2-19^v. De aliis Vitae recensionibus vide *Bibliotheca hagiographica orientalis*, Bruxellis, 1910, pp. 179, 180. Codex sahidicus quem cum versione gallica edidit W. E. Crum, *Discours de Pisenthius sur saint Onnophrius*, in ephemeride *Revue de l'Orient chrétien*, t. XX, 1915-1917, pp. 38-67, pauca exhibet ad ipsam s. Onuphrii vitam spectantia. Pristinis ff. deperditis suffecta sunt ff. 117, 118; inversum lecta, haec folia praebent fragmentum subiacens operis apocryphi et quidem eiusdem manus ac reliqua pars codicis. De hoc fragmento vide infra Vat. copt. 65[5].

Codex qui, praeter ff. 117, 118, eiusdem est amanuensis eiusdemque indolis palaeographicae ac codd. Vaticani coptici 65[1-3], constat quinionibus ⲁ̅–ⲃ̅ (ff. 99-114, pp. ⟨ⲁ̅⟩–ⲗ̅ⲃ̅) et quattuor ff. primigeniis ternionis ⲅ̅ (ff. 115, 116, 119, 120, pp. ⲗ̅ⲅ̅ – ⲗ̅ⲋ̅, ⟨ⲙ̅ⲁ̅⟩ – ⟨ⲙ̅ⲇ̅⟩) quibus adiectum est folium duplex (ff. 117, 118) absque notis copticis pro textu superscripto. F. 99 titulum distinguit, in mg. summo et in mg. dextro, ornamentum eiusdem indolis ac ornamentum f. 1^v; plagulae initialis manus posterior atramento obduxit litteras partim deletas. F. 120 phototypice ediderunt *The Paleographical Society* et H. Hyvernat, vide supra, p. 469. Scriptura manus secundae ff. 117, 118, referenda videtur ad saec. XII-XIII; minio exarata sunt interpunctionis signa et ductus super voces coarctatas; minio tactae litterae marginales necnon litterae ⲫ et ϧ.

F. 120, in ima plagula, lineolis cum punctis sursum et deorsum distincta, subscriptio graeca: ⲙⲛⲏⲥⲑⲩⲧⲏ ⲕ̅ⲉ̅ ⲗⲟⲩ ⲗⲟⲩⲗⲟⲩⲥ ⲥⲟⲩ ⲉ̀ⲗⲁⲭ(ⲓⲥⲧⲟⲩ) ⲗⲓⲁ̀ⲕⲟ(ⲛⲟⲩ) | ⲅⲁⲃⲣⲓⲏⲗ

ⲩ(ⲓ)ⲟ(ⲩ) ⲙⲏⲛⲁ ⲡ[ ]ⲁⲩ ⲁ̀ⲡⲟ ⲭⲱⲣⲓⲟ(ⲩ) ⲛⲓⲙⲁ ⲛⲑⲱⲙⲥ | ⲥⲩⲛⲑⲣⲟⲛⲟ(ⲩ) ⲑⲙⲟⲩⲓ ⳤ ⲧⲕⲉϩⲗⲓ ⲥⲩⲛⲭⲱⲣⲓⲍⲟⲛ | ⲧⲟⲛ ⲡⲁⲣⲁⲡⲧⲱⲙⲁⲧⲁ ⲓ̀ⲙⲟⲛ ⲁⲙⲏⲛ ⲭⲣⲟⲛⲟ(ⲛ) ⳁ ⲭ̅ϥ̅ⲉ̅ «Memento, Domine, servi tui minimi diaconi Gabrielis, filii Mena..., e loco Nima nthōms, sub sede (episcopali) Thmoui et Tkeḥli (cf. E. Amélineau, *La géographie de l'Égypte*, Parisiis, 1893, p. 284, s. v. Nimanthôout, ut ipse legit, et pp. 500-502, 509, 510); da veniam delictis nostris. Amen. Epocha Martyrum 695 (= an. D. 978-979)»; ibid., manu rudi in imo mg.: من ادم الى نوح الفى سنة واثنين واربعين سنة ومن نوح الى بنا الجوسق خمس مائة وثمانية وخمسين سنة | ومن بنا الجوسق «Ab Adamo usque ad Noe, duo millia et quadraginta duo anni, et a Noe usque ad aedificationem turris, quingenti quinquaginta et octo anni, et ab aedificatione turris»; f. 120ᵛ, manu Gabrielis supra memorati, nota donationis ex parte deleta ac duplici linea involuta, quibusdam litteris manu recente restitutis, aliis autem temere mutatis: ϧⲉⲛ ⲫⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲫⲓⲱⲧ ⲛⲉⲙ ⲡϣⲏⲣⲓ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ | ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ | ⲫ︦ϯ︦ ⲫⲏ ⲉ̀ⲧⲁϥϣⲱⲡ ⲉ̀ⲣⲟϥ ⲛ̀ⲛⲓⲇⲱⲣⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲁⲃⲉⲗ | ⲡⲓⲑⲙⲏⲓ ⲛⲉⲙ ϯⲑⲩⲥⲓⲁ ⲛⲧⲉ ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲁⲃⲣⲁⲁⲙ | ⲛⲉⲙ ϯⲧⲉⲃⲓⲃ̅ϯ ⲛⲧⲉ ϯⲭⲏⲣⲁ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲙⲉⲧⲛⲁⲏⲧ ⲛ̀|ⲧⲉ ⲕⲟⲣⲛⲓⲗⲗⲟⲥ ⲛⲉⲙ ϯⲙⲉⲧⲁⲛⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲧⲣⲟⲥ | ϯⲛⲟⲩ ⲟⲩⲛ ⲫ̀ⲛⲏⲃ ⲡⲓⲡⲁⲛⲧⲟⲕⲣⲁⲧⲱⲣ ⲉⲕⲉϣⲱⲡ ⲉ̀|ⲣⲟⲕ ⲙ̀ⲡⲁⲓ[ⲁ]ⲅⲓⲟⲛ ⲛ̀ⲇⲱⲣⲟⲛ ⲛ̀ⲑⲩⲥⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲁⲓϫⲱⲙ | ⲛ̀ⲱϣ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲟⲧϥ ⲙⲡⲉⲛⲙⲁⲓⲛⲟⲩϯ ⲛ̀ⲓⲱⲧ ⲟⲩⲟϩ | ⲙ̀ⲙⲁⲓⲁⲅⲁⲡⲏ ⲛϩⲩⲅⲟⲩⲙⲉⲛⲟⲥ ⲡⲁⲡⲁ ⲙⲏⲛⲁ ⳤ | ⲑⲱϧ ⲡⲉϥⲓⲱⲧ ⳤ ϯⲙⲁⲛⲛⲁ ⲧⲉϥⲙⲁⲩ ⳤ ⲙⲁⲛ|ⲛⲁⲑⲓ ⲧⲉϥⲃⲟⲏⲑⲟⲥ ⳤ ⲓⲃⲁⲛⲟⲥ ⳤ ⲉⲛⲑⲱϧ ⳤ ⲃⲓⲕ|ⲧⲱⲣ ⳤ ⲑⲉⲟ̀ⲇⲱⲣⲟⲥ ⲛⲉϥϣⲏ[ⲣⲓ] ⳤ ⲥⲉⲗⲙⲉⲛⲓ ⳤ | ⲕⲩⲣⲁ ⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛⲉϥϣⲉⲣⲓ ⳤ ⲁⲡⲁ ϩⲱⲣ ⳤ ⲗⲓⲟⲥ ⲛⲉϥ|ⲥⲛⲏ[ⲟ]ⲩ ⳤ ⲧⲁⲭⲏⲗ ⳤ ϯⲛ̀ⲁⲙⲉⲣ ⳤ ϯⲫⲁⲛⲧ ⳤ ⲉⲗⲗⲓ | ⲛⲉϥⲥⲱⲛⲓ ⳤ ⲙ̀ⲡⲁⲛⲓϧⲁϯ ⲡⲥⲟⲛ ⲙ̀ⲡⲉϥⲓⲱⲧ ⳤ | ⲡⲥⲱϫⲡ ⲛⲧⲉϥⲥⲩⲅⲅⲉⲛⲓⲁ ⲧⲏⲣⲥ ⲉⲩ|ⲥⲟⲡ | — ⲁϥⲑⲁⲙⲓⲟϥ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ | [ⲛⲟ]ⲩϧⲓⲥⲓ ⲙ̀ⲙⲏⲓ ⲁϥⲧⲏⲓϥ ⲉ̀ϧⲟⲩⲛ ⲉ̀ⲧⲁⲅⲓⲁ̀ ⲙⲁⲣⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲉ ⲧⲁⲙⲟⲩ[ ] | ⲛⲉⲓⲉ̀ⲃⲧ ⲉⲩϣⲉⲛⲉⲣⲫⲙⲉⲩⲓ ⲛⲁϥ ⲛⲉⲙ ⲛⲉϥⲓⲟϯ ⲉ̀ⲧⲁⲩⲉⲛⲕⲟⲧ[?] | — ⲧⲉⲛϯϩⲟ ⲉ̀ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲑⲛⲁⲱϣ ⲛ̀ϧⲏⲧϥ ⳤ ⲉⲑⲛⲁ|ⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉ̀ⲣⲟϥ ⲛ̀ⲥⲉϫⲟⲥ ϫⲉ ϩⲟⲥⲟⲛ ⲉϥⲟⲛϧ ϧⲉⲛ ⲡⲁⲓⲕⲟⲥ|ⲙⲟⲥ ⲧⲉ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲥⲙⲟⲩ ⲉⲣⲟϥ ϧⲉⲛ ⲥⲙⲟⲩ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲙ̀ⲡⲛⲁⲧⲓ|ⲕⲟⲛ ! ⳤ ⲁϥϣⲁⲛⲥⲓⲛⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲧⲉ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ ϯ ⲙ̀ⲧⲟⲛ ⲛ̀|ⲧⲉϥⲯⲩⲭⲏ ⲧⲉϥⲣⲟϩ[ⲃⲉϥ] ϧⲉⲛ ⲕⲉⲛϥ ⲛ̀ⲁⲃⲣⲁⲁⲙ | ⲛⲉⲙ ⲓⲥⲁⲁⲕ ⲛⲉⲙ ⲓⲁⲕⲱⲃ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲡⲁⲣⲁⲇⲓⲥⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ | ⲡⲟⲩⲛⲟϥ ⲁⲙⲏⲛ ⳤ ⲁⲙⲏⲛ ⳤ ϥ̅ⲑ̅ «In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Deus, qui accepisti dona Abel iusti et sacrificium patris nostri Abrahae et duo minuta viduae et eleemosynas Cornelii et paenitentiam Petri, nunc igitur, Domine omnipotens, accipe hoc sanctum donum oblationis huius libri lectionis a patre nostro Deum amante et hegumeno caritatem amante apa Mēna cum Thōḫ, patre eius, et Timanna, matre eius, et Mannathi, uxore eius, et Ibanos, Enthōḫ, Victore et Theodoro, filiis eius, et Selmeni et domina Irene, filiabus eius, et apa Ḥōr et Lios, fratribus eius, et Takhēl, Tinamer, Tiphant et Elli, sororibus eius, et Mpaniḫati, fratre patris eius, et reliquo totius eius cognationis simul. — Paravit illud veris eorum laboribus, dedit illud sanctae Mariae (in vico) Tamou[iah?] ad orientem, in memoriale sui et patrum eius qui obdormierunt —. Rogamus omnes qui in ipso lecturi sunt et illud audituri sunt ut dicant: 'Quamdiu victurus est in hoc mundo, Dominus benedicat ei omni benedictione spirituali; et, quando exierit e corpore, Christus, Deus noster, det requiem animae eius et faciat illum requiescere in sinu Abrahae, Isaac et Iacob, in paradiso iucunditatis. Amen et amen et amen'»; incisum, inter lineolas positum, manu librarii pristinae subscriptioni adiectum est litteris minoribus; ibid., in imo margine, manu rudi ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ et conscribillationes.

5 (ff. 118ᵛ-117) Ca. an. 979 (= an. Mart. 695, cf. f. 120), ff. 2, linn. 29-31.

Fragmentum operis apocryphi subiacens scripturae secundae inversum legendum, in quo sermo est de rebellione Satanae recusantis adorare Christum eiusque crucem et honorem praestare Adamo, deque eius eiectione e caelo post certamen cum Michaele.

Inc. [ⲡⲓⲥⲧⲉⲫⲁ]ⲛⲟⲥ ⲉ̀ⲧⲁⲕⲉⲣⲥⲧⲉⲫⲁⲛⲟⲩ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲛⲏⲓ · ⲡⲉϫⲉ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲛⲁϥ ϫⲉ ⲙ̀ⲡⲓⲕⲏⲛ ⲉ̀ϫⲟⲥ ⲛⲁⲕ ⲱ̀ ⲡⲓϭⲁⲥⲓϩⲏⲧ ϫⲉ ⲙ̀ⲡⲉ ⲙⲉⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲁⲕ ⲟⲩⲇⲉ ⲕⲗⲏⲣⲟⲥ ϣⲱⲡⲓ ⲛⲉⲙⲏⲓ ϣⲁ ⲉ̀ⲛⲉϩ ϫⲉ ⲙ̀ⲡⲉⲕϯ ⲱⲟⲩ ⲛⲏⲓ ⲟⲩⲇⲉ ⲡⲁⲕⲉⳁ « Corona qua coronasti me. Dixit Dominus: Non intermisi dicere tibi, o superbe: ' non erit tibi pars mecum neque sors in aeternum, quia non glorificasti me neque crucem meam ' »; des.: ⲁϥⲟⲩⲁϩⲥⲁϩⲛⲓ ⲙ̀ⲙⲏⲭⲁⲏⲗ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲭⲉⲣⲟⲩⲃⲓⲙ ⲁⲩⲥⲟ̣ⲭⲡϥ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ⲟⲩⲙⲁⲥⲓ ⲉϣⲧⲉⲙⲥⲉⲕ ϧⲣⲱⲟⲩ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲡⲉϥϣⲁⲓ ϣⲁ ⲉ̀ⲛⲉϩ · ⲓ̀ⲧⲁ ⲡⲉϫⲉ ⲙⲁⲥⲧⲉⲙⲁ ⲡⲓⲡⲟⲛⲏⲣⲟⲥ « iussit Michaelem et Cherubim forare eum sicut taurum ad impediendum clamorem e naso suo in aeternum. Tum dixit malignus Mastema ».

Paginae signantur secundum numeros pares ⲙ̅, ⲙ̅ⲃ̅ (ff. 118, 117); scriptura autem eiusdem est amanuensis ac reliqua pars codicis, verum partim eluta est, partim latet sub scriptura secunda.

In plagula aversa operculi anterioris: *Ass. 14, n. 64.* In ff. 1 et 120ᵛ, sigilla bibliothecae Vaticanae et bibliothecae Nationalis Parisiensis.

Tegumentum, e corio rubro confectum, in dorso auro impressa habet notam *65*, trimontium et stellam gentis Albani, i. e. Clementis XI, necnon scutum Benedicti Pamfili card. bibliothecarii.

66 (a I. S. Assemani emptus 15). Membr., ff. 313, mm. 335 × 260.

Opera homiletica et hagiographica e variis codicibus, bohairice.

1 (ff. 1-18) Saec. X in., ff. 18, linn. 29-35.

Martyrium s. Ignatii Antiocheni cum oratione Heronis, sub titulo ϯⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲓ̀ⲅⲛⲁⲇⲓⲟⲥ ⲫⲏ ⲉⲧⲟⲩⲙⲟⲩϯ ⲉ̀ⲣⲟϥ ϫⲉ ⲑⲉⲟⲫⲟⲣⲟⲥ ⲉⲧⲉ ⲫⲏ ⲡⲉ ⲉ̀ⲧⲉⲣⲫⲟⲣⲓⲛ ⲙ̀ⲫ̅ϯ̅ · ⲫⲏ ⲉ̀ⲧⲁϥⲉⲣⲉ̀ⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲉ̀ⲁⲛϯ{ⲓ}ⲱⲭⲓⲁ̀ ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲁ ⲡⲓϩⲓⲱⲓϣ · ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲁⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ · ⲉⲁϥϫⲉⲕ ⲧⲉϥⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲁ̀ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲣⲱⲙⲏ · ⲛ̀ⲥⲟⲩ̅ⲍ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁ̀ⲃⲟⲧ ⲉⲡⲏⲡ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ̅ϯ̅ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « Martyrium s. Ignatii quem vocant theophorum seu eum qui fert Deum, qui fuit episcopus

Antiochiae post praedicationem Apostolorum. Martyrium consummavit Romae die septimo mensis epēp. In pace Dei. Amen. » Orationem Heronis (ff. 17ᵛ, 18) praecedit, f. 17, titulus in imo mg. adiectus, unciali oblonga: **ⲡⲓϣⲗⲏⲗ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲏⲣⲱⲛ ⲫⲏ ⲉⲧⲁϥⲓ ⲉⲫⲙⲁ ⲙ̀ⲡⲓⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲓⲅⲛⲁⲇⲓⲟⲥ ⲡⲓⲑⲉⲟ́ⲫⲟⲣⲟⲥ** « Oratio sancti Heronis qui venit in locum Ignatii Theophori ».

Codex editus est apud I. B. Lightfoot, *The Apostolic Fathers*, pars II, t. III, Londini, 1889, pp. 281-298, praemissa introductione (op. laud., t. II, pp. 364-366) ubi codex breviter describitur variaeque recoluntur eiusdem martyrii editiones et recensiones copticae; de hisce vide etiam *Bibliotheca hagiographica orientalis*, Bruxellis, 1910, pp. 102-104. Codicis unum desideratur folium inter f. 8 (des. **ⲉⲑⲛⲁ[ⲛⲟⲩⲟⲩ]**) et f. 9 (inc. **ⲟⲩⲟϩ ⲛⲓⲡⲟⲗⲉⲙⲟⲥ**); textus deperditus sahidice legitur ap. F. Rossi, *Vita di sant'Ilarione e martirio di sant'Ignazio, vescovo d'Antiochia*, in *Memorie della reale Accademia delle scienze di Torino, scienze morali, storiche e filologiche*, ser. II, t. XXXVIII, Taurini, 1888, p. 62, col. 3, linn. 16, 17 (**ⲉⲧⲛⲁⲛⲟⲩⲟⲩ**) - p. 64, col. 1, linn. 22, 23 (**ⲁⲩⲱ ⲙ̀ⲡⲟⲗⲉⲙⲟⲥ**). Martyrii fragmenta sahidica duo, K 7587 et K 7588, edidit C. Wessely, *Griechische und koptische Texte theologischen Inhalts*, fasc. IV, in *Studien zur Palaeographie und Papyruskunde*, t. XV, Lipsiae, 1914, pp. 157-160; eadem germanice transtulit notisque ditavit W. Till, *Koptische Heiligen- und Märtyrerlegenden*, in *Orientalia christiana analecta*, fasc. 102, Romae, 1935, pp. 19-21.

In summo f. 1, manu posteriore, nota liturgica partim resecta: [ⲱϣ ...] **ⲩ̣ⲧ̣ ⲛϣⲟⲣⲡ · ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲱϥ ⲱϣ ⲙⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲁ̀ⲡⲁ** [ ] **ϧⲉⲛ ⲡⲁⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲧ ϧⲉⲛ ⲧⲥⲕⲏⲛⲏ ⲛⲁ̀ⲡⲁ ϣⲉⲛⲟⲩⲧ · ⲓⲥ ⲧⲱϥ ⲉⲧ**[ ] **ϥ̣** « Lege ... prius; deinde lege in patrem nostrum apa ... in hoc ipso die, in sanctuario apa Šenouti ... »; in mg. externo, alia manu: **ⲥⲟⲩ̣ⲍ̅ ⲛⲉⲡⲏ[ⲡ]** « Die 7 epēp ». F. 12, in mg. ext., manu rudi: ⲱ[ϣ] « Lege »; f. 8ᵛ, ad verba **ⲓⲉ ⲑⲁⲁ̀ⲣⲓⲥⲧⲟⲃⲟⲩⲗⲟⲥ**, signum ⳩ in margine. Occurrunt in textu paucae emendationes varii calami.

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 113, ff. 89-106.

Codex eiusdem est amanuensis eamdemque praebet indolem palaeographicam ac cod. Vat. copt. 61³ (vide p. 421). Complectitur quaternionem ⲁ̅ (ff. 1-8, pp. ⟨ⲁ̅⟩ – ⲓ̅ⲉ̅), septem ff. posteriora quaternionis ⲃ̅ (ff. 9-15, pp. ⟨ⲓ̅ⲑ̅⟩ – ⲗ̅ⲃ̅) et folia tria prima binionis ⲅ̅ (ff. 16-18, pp. ⟨ⲗ̅ⲅ̅⟩ – ⟨ⲗ̅ⲉ̅⟩, nota ⲗ̅ⲇ̅ [pro ⲗ̅ⲉ̅] perperam iterata in f. 17ᵛ). Summa folia 8ᵛ, 15ᵛ, 16, decorat variae formae ornamentum, lineis inter se innexis effectum, inter inscriptiones ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ (ff. 8ᵛ, 16), ⲓ̅ⲥ̅ ⲭ̅ⲥ̅ (f. 15ᵛ); manus recentior, ff. 1 et 16, in summo angulo

interno fasciculos notis ⲓ̅ⲉ̅, ⲓ̅ⲏ̅, signavit. Titulum decorant ornamentum lineis inter se innexis confectum, rubri, viridis et crocei coloris, et, a parte sinistra, ad singulas lineas, signum ·>. Minio exarata sunt signa interpunctionis; minio autem tactae sunt litterae marginales orationis Heronis et aliquando littera o post interpunctionem. Litteras in plagula initiali partim deletas atramento restituit manus posterior. Textum concludunt lineae tres variae indolis.

2. 3 (ff. 19-95^{v}) An. 926 (= an. Mart. 641; cf. f. 95), ff. 78, linn. 29-33.

2 (ff. 19-82) D e v i r t u t i b u s e t m i r a c u l i s a p a Š e n o u t e, a u c t o r e Bēsa, sub titulo ϩⲁⲛ ⲕⲟⲩϫⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲛⲓϫⲟⲙ ⲛⲉⲙ ⲛⲓϣⲫⲏⲣⲓ · ⲉ̀ⲧⲁ ⲫ̅ϯ̅ ⲁⲓⲧⲟⲩ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲟⲧϥ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ · ⲙ̀ⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ ⲁⲡⲁ ϣⲉⲛⲟⲩϯ · ⲡⲓⲡⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲙⲁⲛⲇⲣⲓⲧⲏⲥ · ⲉⲁϥϩⲩⲥⲧⲟⲣⲓⲛ (ⲛ emendatio ex ⲁ̀) ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ ⲛ̀ϫⲉ ⲫⲏ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲁ̀ⲡⲁ ⲃⲏⲥⲁ ⲡⲉϥⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ · ⲉⲩⲱⲟⲩ ⲙ̀ⲫ̅ϯ̅ · ⲟⲩⲟϩ ⟨ⲉ⟩ⲟⲩϩⲏⲟⲩ ⲛⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲑⲛⲁⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉ̀ⲣⲱⲟⲩ · ⲛ̀ⲥⲉϯ ⲱ̀ⲟⲩ ⲙ̀ⲫ̅ϯ̅ ⲛ̀ⲥⲏⲟⲩ ⲛⲓⲃⲉⲛ · ⲛ̀ϩⲟⲩⲟ̀ ⲇⲉ ⲡⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉϥⲉⲣⲫⲙⲉⲩⲓ̀ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ · ⲉⲧⲉ ⲥⲟⲩ ⲍ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲉ̀ⲡⲏⲡ ⲡⲉ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ̅ϯ̅ ⲁⲙⲏⲛ « Pauca quaedam e virtutibus et miraculis quae operatus est Deus per patrem nostrum sanctum, prophetam, apa Šenoute, presbyterum et archimandritam, quae narravit sanctus apa Bēsa, discipulus eius, in gloriam Dei et utilitatem omnium qui audient ea, ut glorificent Deum omni tempore, maxime autem die eius commemorationis sanctae qui est dies septimus mensis epēp. In pace Dei. Amen ».

Vitam, addita versione gallica, edidit E. Amélineau, *Monuments pour servir à l'histoire de l'Égypte chrétienne aux IVe et Ve siècles*, in *Mémoires publiés par les membres de la Mission archéologique française au Caire*, t. IV, Parisiis, 1888, pp. 1-91, cum introductione, pp. VI-XV. Eamdem postea accuratius edidit I. Leipoldt, *Sinuthii archimandritae vita et opera omnia*, fasc. 1, in *Corpus scriptorum christianorum orientalium, Scriptores coptici*, textus, ser. II, t. II, Parisiis, 1906, pp. 7-76, cum praefatione de fragmentis (pp. 1-5) quibus insuper in edendo textu usus est atque de praecipuis scriptis ad vitam et opera archimandritae Šenoute spectantibus; de hisce cf. etiam: *Bibliotheca hagiographica orientalis*, Bruxellis, 1910, pp. 235-237; H. E. Winlock et W. E. Crum, *The Monastery of Epiphanius at Thebes*, t. I, Neo Eboraci, 1926, pp. 201, 204; H. G. Evelyn White, *The Monasteries of the Wadi 'n Natrūn*, t. I, Neo Eboraci, 1926, pp. 157, 163.

In summo f. 19, nota liturgica, manus posterioris, partim resecta: ... ϧⲉⲛ ⲡⲁⲓ ⲉϩⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲧ « ... hoc ipso die » et, alia manu, in mg.

externo: ⲥⲟ[ⲩ]ⲍ̄ ⲛ̀ⲉ[ⲡⲏⲡ] « Die 7 epēp ». Signa lectionis in mgg., varii calami: f. 44ᵛ, [ⲥ]ⲕⲉⲣ « Protrahe »; f. 50ᵛ, ϣⲁ « Usque »; f. 52ʳ·ᵛ, ⲥϧⲁⲓ « Scribe »; f. 67, ⲥⲕ[ⲉⲣ]ⲕⲉ[ⲣ] « Protrahe »; f. 67ᵛ, ϫⲁⲕ ⲉⲃⲟⲗ ϫⲏ « Desine ». In textu occurrunt emendationes diversis manibus effectae.

Codicis ff. 19-82 exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 113, ff. 229-268.

3 (ff. 82ᵛ-95ᵛ) Martyrium s. Isaac Tiphrensis, sub titulo ϯⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲃⲃⲁ ⲓⲥⲁⲁⲕ ⲡⲓⲣⲉⲙϯⲫⲣⲉ ϧⲉⲛ ⲡⲑⲱϣ ⲡⲁⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲧⲁϥϫⲟⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲥⲟⲩⲍ̄ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲡⲁϣⲟⲛⲥ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫϯ ⲁⲙⲏⲛ « Martyrium sancti abba Isaac, viri ex Tiphrē in nomo Panau (E. Amélineau, *La géographie de l'Égypte*, Parisiis, 1893, p. 144), quod consummavit die septimo mensis pašons. In pace Dei. Amen ».

Martyrium ediderunt I. Balestri et H. Hyvernat, *Acta Martyrum*, t. II, in *Corpus scriptorum christianorum orientalium*, *Scriptores coptici*, textus, ser. III, t. II, Parisiis, 1924, pp. 73-89, cum variis lectionibus e cod. Vat. copt. 69[3] et ex editione Passionis Isaac Tiphrensis iuxta cod. Brit. Mus., Or. 8799, auctore E. A. Wallis Budge, in ephemeride *Transactions of the Society of Biblical archaeology*, t. IX, 1887, pp. 92-110; de aliis huius martyrii recensionibus vide *Bibliotheca hagiographica orientalis*, Bruxellis, 1910, p. 121.

F. 82ᵛ in mg. bis habet ϣⲁ « Usque », ⲱϣ Lege », manus posterioris; pauca, alibi, lectionis signa. Emendationes diversarum manuum occurrunt in textu.

Codicis ff. 82ᵛ-95ᵛ exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 113, ff. 107-115ᵛ.

Codex eiusdem est calligraphi eamdemque universim praebet indolem palaeographicam ac codices Vaticani coptici 61[3] et 66[1] (vide p. 421). Constat autem quaternionibus ⲁ̄ – ⲑ̄ (ff. 19-95, pp. ⟨ⲗ̄ⲁ⟩ – ⲣ̄ⲙ̄ⲉ̄) et binione ⲓ̄ (ff. 91-94, pp. ⟨ⲣⲙⲍ⟩ – ⲣⲛ̄ⲇ̄); de f. 95 vide infra. Inscriptiones in summis paginis extremis fasciculorum sunt: ⲓ̄ⲥ̄ ⲭ̄ⲥ̄ in ff. 26ᵛ, 42ᵛ, 50ᵛ, 82ᵛ, 90ᵛ, 94ᵛ, et ⲓ̄ⲏ̄ⲥ̄ ⲡⲭ̄ⲥ̄ in aliis plagulis; in summis ff. 19ᵛ, 31ᵛ, 37ᵛ, 40ᵛ, 43ᵛ, 44ᵛ, 52ᵛ, 54ᵛ, 55ᵛ, 62ᵛ, 65ᵛ, 69ᵛ, 81ᵛ, crucula quattuor punctis constans. F. 19, titulum involvit rubri, viridis et crocei coloris ornamentum quod in mg. interno protrahitur ad efformandam textus litteram initialem ϯ; titulum f. 82ᵛ distinguit ornamentum lineis inter se innexis atramento effectum. Usus minii apparet ut in cod. Vat. 66[1], usque ad f. 28 inclus.; in ff. sequentibus spatium interpunctionis signis servatum aut vacat aut duplici ductu qui minio caret signatur. Manus recentior in summo angulo interno plagulae initialis fasciculorum notas adiecit ⲓ̄ⲑ̄ – ⲕ̄ⲉ̄ (cf. f. 16).

Folium 95 est extra fasciculorum seriem positum, omni carens nota numerica. In utraque folii pagina eadem fere legitur, manu Theodori codicis librarii, nota donationis, ita

quidem ut in altera plagula appareat inversa. F. 95: ⳁ ϧⲉⲛ ⲫⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲫⲓⲱⲧ ⲛⲉⲙ ⲡϣⲏⲣⲓ ⲛⲉⲙ | ⲡⲓⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲁϥϣⲱⲡⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲁⲓ|ⲁ̀ⲅⲁⲑⲟⲛ ⲛ̀ϣⲉⲛⲉⲣⲫⲙⲉⲩⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲁⲓ|ⲕⲟⲩϫⲓ ⲛ̀ϫⲱⲙ ⲛ̀ⲱϣ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲟⲧϥ | ⲙ̀ⲡⲉⲛⲙⲁⲓⲛⲟⲩϯ ⲡⲁⲓⲱⲧ ⲁⲃⲣⲁⲁⲙ | ⲛ̀ⲧⲉ ⲕⲟⲗⲑⲁ ⲛⲉⲙ ⲛⲉϥϣⲏⲣⲓ (ⲏ emendatio ex ⲉ) ⲙ̀ⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅|ⲧⲓⲕⲟⲛ ⲁϥⲧⲏⲓϥ ⲉ̀ϧⲟⲩⲛ ⲉ̀ϯⲁⲅⲓⲁ ⲛⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ | ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ϣⲏϩⲏⲧ ϧⲉⲛ | ⲡⲥⲛⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲁⲃⲃⲁ | ⲕⲱⲥⲙⲁ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉ̀ⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ | ⲛ̀ⲧⲉ ⲣⲁⲕⲟϯ ⲉϥⲟⲓ ⲛ̀ⲣⲉϥⲱϣ ⲉ̀ϫⲉⲛ | ϯⲕⲁⲑⲉⲇⲣⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁ|ⲕⲁⲣⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲇ̅ⲓ̅ ⲓⲁⲕⲱⲃ ϧⲉⲛ ϯ|ⲙⲁϩⲭ̅ⲙ̅ⲁ̅ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ | ⲓⲥ ⲗⲓⲙⲉⲧⲁⲛⲓⲁ̀ ⲁⲣⲓⲡⲁⲙⲉⲩⲓ ⲁ̀ⲛⲟⲕ | ϧⲁ ⲡⲓϫⲱⲃ ⲛ̀ⲣⲉϥⲉⲣⲛⲟⲃⲓ ⲉ̀ⲧⲁϥⲥϧⲁⲓ | ⲑⲉⲟⲇⲱⲣⲟⲥ ⲡϣⲏⲣⲓ ⲙ̀ⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ⲧⲓⲕⲟⲛ ⲙ̀|ⲡⲁⲓⲱⲧ ⲁⲃⲣⲁⲁⲙ ⲛⲧⲉ ⲕⲟⲗⲑⲁ ⲧⲉ ⲡⲁ|ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲭⲁ ⲛⲁⲛⲟⲃⲓ ⲛⲏⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛⲉⲙ ⲛⲁ|ϣⲱⲧϥ (calamo recente mutatum in ϣⲱϥⲧ) ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲁⲙⲏⲛ « In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Fuit hoc bonum memoriale huius parvi libri lectionis per nostrum Deum amantem patrem Abraham, filium Koltha, et filios eius spirituales; dedit illud sanctae ecclesiae patris nostri sancti abba Macarii Scetensis tempore patris nostri sancti abba Cosmae, archiepiscopi Alexandrini, lectore in cathedra patris nostri abba Macarii diacono Iacobo, anno 641 Martyrum (= an. D. 924-925). Ecce prostrationem. Mementote mei, infirmi peccatoris qui scripsi Theodori, filii spiritualis patris Abraham filii Koltha, ut Dominus meus Iesus dimittat mihi peccata mea et delicta mea omnia. Amen »; f. 95^{v}: ⳁ ϧⲉⲛ ⲫⲣⲁⲛ ⲙⲫⲓⲱⲧ ⲛⲉⲙ ⲡϣⲏⲣⲓ ⲛⲉⲙ | ⲡⲓⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲁϥϣⲱⲡⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲁⲓⲁⲅⲁⲑⲟⲛ | ⲛ̀ϣⲉⲛⲉⲣⲫⲙⲉⲩⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲁⲓⲕⲟⲩϫⲓ ⲛϫⲱⲙ | ⲉⲛⲱϣ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲟⲧϥ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲙⲁⲓⲛⲟⲩϯ | ⲡⲁⲓⲱⲧ ⲁⲃⲣⲁⲁⲙ ⲛ̀ⲧⲉ ⲕⲟⲗⲑⲁ ⲛⲉⲙ | ⲛⲉϥϣⲏⲣⲓ ⲙ̀ⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ⲧⲓⲕⲟⲛ ⲉⲩϣⲉⲛⲉⲣ|ⲫⲙⲉⲩ⟨ⲓ⟩ ⲛⲁϥ ⲛⲉⲙ ⲛⲉϥϣⲏⲣⲓ ⲙ̀ⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅|ⲧⲓⲕⲟⲛ ⲁϥϣⲱⲡⲓ ⲛⲁϩⲣⲁϥ ⲙ̀ⲡⲉⲛ|ⲓⲱⲧ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲁⲃⲃⲁ ⲕⲱⲥⲙⲁ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏ|ⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲣⲁⲕⲟϯ ⲉϥⲟⲓ ⲛⲣⲉϥ|ⲱϣ ⲉ̀ϯⲕⲁⲑⲉⲇⲣⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ | ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲁⲓⲱⲧ ⲡⲓⲇ̅ⲓ̅ | ⲓⲁⲕⲱⲃ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ︦ϯ︦ | ⲁⲙⲏⲛ ⲁⲣⲓⲡⲁⲙⲉⲩⲓ ⲁ̀ⲛⲟⲕ ϧⲁ | ⲡⲓϫⲱⲃ ⲛ̀ⲣⲉϥⲉⲣⲛⲟⲃⲓ ⲉ̀ⲧⲁϥⲥϧⲁⲓ | ⲑⲉⲟⲇⲱⲣⲟⲥ ⲡϣⲏⲣⲓ ⲙ̀ⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ⲧⲓⲕⲟⲛ | ⲙ̀ⲡⲁⲓⲱⲧ ⲁⲃⲣⲁⲁⲙ ⲛ̀ⲧⲉ ⲕⲟⲗⲑ⟨ⲁ⟩ ⲧⲉ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ | ⲭⲁ ⲛⲁⲛⲟⲃⲓ ⲛⲏⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛⲉⲙ ⲛ⟨ⲁ⟩ϣⲱϥⲧ | ⲧⲏⲣⲟⲩ, cuius sensus datur in nota praecedenti. In imo f. 95^{v}: ⲣ̅ⲓ̅ⲑ̅.

4 (ff. 96^{v}-123^{v}) Saec. X in., ff. 28, linn. 29-34.

Martyrium s. apa Epime, sub titulo ϯⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁⲑⲗⲟⲫⲟⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲅⲉⲛⲛⲉⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲙ̀ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲭ̅ⲥ̅ · ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲁ̀ⲡⲁ ⲉ̀ⲡⲓⲙⲉ ⲡⲓⲣⲉⲙⲡⲁⲛⲕⲱⲗⲉⲩⲥ · ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲑⲟϣ ⲡⲉⲙϫⲉ · ⲉ̀ⲧⲁϥϫⲱⲕ ⲙ̀ⲡⲉϥⲁ̀ⲅⲱⲛ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ ⲉ̀ⲃⲟⲗ · ⲛ̀ⲥⲟⲩⲏ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁ̀ⲃⲟⲧ ⲉ̀ⲡⲏⲡ · ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ︦ϯ︦ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « Martyrium athlophori strenui et martyris Christi, sancti apa Epime, e Pankōleus nomi Pemǧe (E. Amélineau, *La géographie de l'Égypte*, Parisiis, 1893, pp. 95, 96), qui consummavit agonem suum sanctum die octavo mensis epēp. In pace Dei. Amen ».

Codicem ediderunt et latine verterunt I. Balestri et H. Hyvernat, *Acta martyrum*, t. I, in *Corpus scriptorum christianorum orientalium*, *Scriptores coptici*, textus, ser. III, t. I, Parisiis, 1907, pp. 120-156; versio,

1908, pp. 78-98; cf. *Bibliotheca hagiographica orientalis*, Bruxellis, 1910, p. 65. Codex amisit ultimum folium cum conclusione; haec autem, manu posteriore suffecta in imo mg. f. 123ᵛ, glutinatoris cultro partim resecta est (cf. Balestri-Hyvernat, op. laud., p. 156).

F. 96ᵛ, in summo mg. externo, [ⲥⲟ]ⲩ[ⲏ̄] ⲛ[ⲉ]ⲡⲏⲡ « Die [octavo] epēp », manu posteriore; tum in marginibus, tum in textu, notae et signa lectionis diversarum manuum: ϣⲁ « Usque », ⲱϣ « Lege », ⲥ ante interrogationes, triplex lineola transversa (= ⲱϣ), et lineola obliqua inter duo puncta (= ϣⲁ). Nonnullae emendationes varii calami occurrunt in textu.

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 113, ff. 116-135ᵛ.

Ductus directi stilo sicco plagulis carneis membranae impressi spatium scriptum in quinque sectiones quinque circiter linearum dividunt, transversi vero margines internos et externos definiunt; spatium scriptum est circiter mm. 275 × 175. Complectitur codex ff. quinque ultima quaternionis ⲓ̄ⲁ̄ disiunctim posita, quaterniones ⲉ̄ et ⲋ̄ et septem ff. prima quaternionis ⲍ̄; paginae signantur ⲍ̄ – ⲍ̄ⲁ̄ (ff. 97ᵛ-99ᵛ, nota carente f. 96, nota ⲍ̄ⲁ̄ in f. 100ᵛ iterata et errore continuato usque in f. 115ᵛ), ⲍ̄ⲉ̄ – ϥ̄ⲁ̄ (f. 101-115ᵛ), ϥ̄ⲏ̄ – ⲣ̄ⲓ̄ⲃ̄ (ff. 116ᵛ-123ᵛ). Cruculae in plagulis extremis fasciculorum sive lineis inter se innexis sive circulis effectae sunt; inscriptiones ibid. leguntur ⲓ̄ⲩ̄ ⲭ̄ⲩ̄ ⲩ̄ⲥ̄ ⲑ̄ⲩ̄ (f. 100ᵛ), ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ (ff. 101, 109, 117), ⲓ̄ⲏ̄ⲥ̄ ⲡ̄ⲭ̄ⲥ̄ (f. 108ᵛ), ⲓ̄ⲩ̄ ⲭ̄ⲩ̄ (f. 116ᵛ); reliquas summas paginas rectas ornat crucula quattuor constans punctis; fasciculorum medium signant lineae rubrae, partim resectae, in summo et imo mg. externo folii recti praeterquam in f. 97. Titulus et textus exarati sunt unciali rotunda venusta, inscriptiones in plagulis extremis fasciculorum, unciali oblonga; accentus levi lineola tum directa tum curva efficiuntur; vocem ⲫ̄ϯ signat punctum in lineolam curvam productum. Folii 96ᵛ titulum involvunt, praeterquam a parte marginis interni, lineae inter se innexae pigmentis viridi et rubro obductae; ibid., rubri, viridis et crocei coloris sunt aves in summo et in medio mg. externo necnon textus littera initialis praegrandis ⲁ in forma avis cum ramis et floribus. Reliquae litterae lineae primae caeteris maiores sunt ac punctis rubris tactae. Quibusdam in foliis minio exarata sunt interpunctionis signa ·>, quae alibi plerumque desiderantur; punctis rubris internis, vel lineolis rubris marginalibus distinguntur quaedam litterae initiales; puncta rubra exhibet interdum littera ⲟ post spatia vacua. Levia ornamenta initia signant paucarum paragraphorum. Praeter paginas extremas fasciculorum, alia folia aversa varias habent invocationes in summo margine easque varia scriptura; unciali oblonga: ⲓ̄ⲏ̄ⲥ̄ (ff. 101ᵛ-104ᵛ, 106ᵛ, 107ᵛ, 111ᵛ, 113ᵛ, 115ᵛ, 118ᵛ, 120ᵛ-123ᵛ); ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ ⲫ̄ϯ ⲕⲁⲧⲁ ⲡⲉⲕⲛⲓϣϯ ⲛ̀ⲛⲁⲓ ⲁⲙⲏⲛ « Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Amen » (f. 98ᵛ); ⲓ̄ⲏ̄ⲥ̄ ⲡⲓⲛⲁⲓ ⲡⲓⲛⲁϩⲏⲧ « Iesu, misericors, miserator » (f. 99ᵛ); ⲫ̄ϯ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « Deus, miserere mei. Amen » (f. 114ᵛ); ϩⲱⲥ ⲉ̀ⲡ̄ⲟ̄ⲥ̄ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲱⲥ ⲛ̀ⲃⲉⲣⲓ « Cantate Domino cantico novo » (f. 119ᵛ); litteris graecis minutis: ⲡⲁ̄ⲟ̄ⲥ̄ ⲓ̄ⲏ̄ⲥ̄ ⲡ̄ⲭ̄ⲥ̄ ⲉⲛⲧⲏⲓ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ ⲁⲙⲏⲛ « Domine, Iesu mi Christe, miserere mei. Amen » (ff. 97ᵛ, 105ᵛ, 109ᵛ [om. ⲛⲏⲓ] 110ᵛ, 112ᵛ, 117ᵛ); cf. cod. Vat. copt. 59⁷·⁸ (pp. 410-412).

5 (ff. 124-155v [+ 145b, 146b, 147b, 148b, iterata post f. 148 oscitatione illius qui folia notis dictis arabicis signavit]) An. 917-918 (= an. Mart. 634, cf. f. 155), ff. 36, linn. 33-37.

Encomium abba Pisentii, episcopi urbis Keft, auctore abba Moyse, eiusdem civitatis episcopo, sub titulo **ϩⲁⲛⲕⲟⲩϫⲓ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲛⲓⲉⲅⲕⲱⲙⲓⲟⲛ ⲉ̀ⲧⲁϥϫⲟⲧⲟⲩ ⲛ̀ϫⲉ ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲱⲩ̀ⲥⲏⲥ ⲡⲓⲉ̀ⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲕⲉϥⲧ ⲉⲫⲏ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲁⲃⲃⲁ ⲡⲓⲥⲉⲛⲧⲓⲟⲥ ⲡⲓⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲧⲁⲓⲡⲟⲗⲓⲥ ⲛⲟⲩⲱⲧ ⲕⲉϥⲧ ϧⲉⲛ ⲡⲉϩⲟⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲉϥⲉⲣⲫⲙⲉⲩⲓ̀ ⲉⲧⲧⲁ̣ⲓⲏⲟⲩⲧ ⲉⲧⲉ ⲥⲟⲩⲓ̅ⲅ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲉ̀ⲡⲏⲡ ⲡⲉ · ⲉϥⲉⲣⲥⲩⲛⲫⲱⲛⲓⲛ ⲛⲉⲙⲁϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲓ̀ⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲉϥⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ ⲉⲩⲱⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅** « Pauca ex encomiis quae effatus est abba Moyses, episcopus urbis Keft, de sancto abba Pisentio, episcopo eiusdem civitatis Keft, die eius recordationis gloriosae qui est dies decimus tertius mensis epēp, consentiente cum ipso, Iohanne eius (scil. Pisentii) discipulo. In gloriam Domini nostri Iesu Christi ».

Codicem edidit cum praefatione et versione gallica E. Amélineau, *Un évêque de Keft au VIIe siècle*, in *Mémoires présentés à l'Institut égyptien du Caire*, t. II, Parisiis, 1889, pp. 261-423. Vitam sahidicam, cui textus bohairicus affinis est, cum variis lectionibus bohairicis, edidit et anglice vertit E. A. Wallis Budge, *Coptic apocrypha*, Londini, 1913, pp. 75-126, 258-321, praemissa introductione, pp. XLI-L, et addita, pp. 322-330, anglica e codice bohairico Vaticano translatione trium narrationum quae in textu sahidico desiderabantur; vitae fragmenta sahidica vide ap. W. Till, *Koptische Pergamente theologischen Inhalts*, fasc. I, in *Mittheilungen aus der Papyrussammlung der Nationalbibliothek in Wien*, nova ser., fasc. II, Vindobonae, 1934, pp. XVII, 31-43. De variis Vitae Pisentii textibus, cf. *Bibliotheca hagiographica orientalis*, Bruxellis, 1910, p. 203; H. E. Winlock et W. E. Crum, *The Monastery of Epiphanius at Thebes*, Neo Ebor., 1926, t. I, pp. 199, n. 4, 203, 221-231, t. II, p. 352; de Lacy o' Leary, *The arabic life of S. Pisentius*, in *Patrologia orientalis*, t. XXII, fasc. 3, Parisiis, 1930, praefatio.

F. 124, in summo mg., calamo rudi, **ⲥⲟⲩⲓ̅ⲅ̅ ⲛⲉⲡⲏⲡ** « Die 13 epēp ». Paucis in marginibus, **ϣⲁ** « Usque », **ⲱϣ** « Lege », varia manu; f. 147B, **ⲱϣ ϣⲁ ⲡⲓϫⲱⲕ** « Lege usque ad finem », et inferius alia manu, الهدوء « Quies ». Occurrunt in textu emendationes diversarum manuum.

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 113, ff. 268v-296.

Codex eiusdem est librarii Iacobi, eamdemque universim praebet indolem palaeographicam ac codd. Vaticani coptici 59^3 et 59^4 (vide pp. 404, 405). Efficitur quaternionibus ⲁ̅ – ⲇ̅ (pp. ⟨ⲁ̅⟩ – ⲝⲇ̅) et binione ⲉ̅ (pp. ⲝⲉ̅ – ⟨ⲟⲃ̅⟩). Summae plagulae extremae fasciculorum

ornamenta praebent lineis inter se innexis diverse exarata inter inscriptiones: ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ (ff. 131^{v}, 139^{v}, 140, 147^{v}, 151^{v}), ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ «miserere nostri» (ff. 132, 148, 152). Sacrae Scripturae locos comitantur signa ⟨· in mg. F. 152, ornamentum marginale in forma ramorum decorat sectionis initium. F. 124 phototypice edidit *The Paleographical Society. Facsimiles of manuscripts and inscriptions* (*Oriental series*), Lond., 1875-1883, tab. C; f. 131^{v}, H. Hyvernat, *Album*, tab. XLII 3. In summis foliis aversis, praeterquam in plagulis extremis fasciculorum et in f. 146^{v}, librarii invocationes et inscriptiones varie distributae leguntur: ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ϭⲓ ⲙⲱⲓⲧ ⲛⲏⲓ, ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲁⲣⲓⲃⲟⲏⲑ(ⲓⲛ) ⲉⲣⲟⲓ, ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ, ϯⲥⲙⲟⲩ ⲉⲣⲟⲕ ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅, ut in cod. Vat. copt. 59^{3} (vide p. 404).

F. 155, subscriptio librarii: ⲡⲥⲙⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲃⲃⲁ ⲡⲓⲥⲉⲛϯ ϣⲱⲡⲓ | ⲛⲉⲙⲁⲛ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲁⲙⲏⲛ ⳤ ⲁⲙⲏⲛ ⳤ ⲁⲙⲏⲛ | ⲁⲣⲓⲫⲙⲉⲩⲓ ⲙ̀ⲡⲓϫⲱⲃ ⲛ̀ⲣⲉϥⲉⲣⲛⲟⲃⲓ ⲉⲧⲁϥⲥϧⲁⲓ | ⲓⲁⲕⲱⲃ ⲩ(ⲓ)ⲟ(ⲥ) ⲡⲁⲓⲱⲧ ⲥⲉⲛⲟⲩϯ ⲩ(ⲓ)ⲟ(ⲥ) ⲛ̀ⲡ̀ ⲓⲱ̅ⲁ̅ ⲭⲁⲙⲉ | ⲧⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ϯ ⲙ̀ⲧⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲉϥⲧⲁⲗⲉⲡⲱⲣⲟⲥ ⲙⲯⲩⲭⲏ | ⲁⲙⲏⲛ ⲭⲣⲟⲛⲟ(ⲥ) ⲧⲱⲛ ⲁⲅⲓⲟⲛ ⳁ ⲭ̅ⲗ̅ⲇ̅ «Benedictio sancti abba Pisentii sit nobiscum omnibus. Amen et amen et amen. Memento pauperis peccatoris, qui scripsit, Iacobi, filii patris Šenouti, monachi apa Iohannis Khame, ut Dominus det requiem miserae eius animae. Amen. Epocha sanctorum Martyrum 634 (= an. D. 917-918). In f. 155^{v}, in summo angulo externo, manu rudi, nota lectoris: ⲁⲛⲟⲕ ⲭⲁ | ⲡⲓⲣⲉϥ|ⲉⲣⲛⲟⲃⲓ | ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ «Ego, peccator Macarius»; in media plagula, conscribillationes.

6 (ff. 156-171^{v}) Saec. IX-X, ff. 16, linn. 30-34.

M a r t y r i u m s. a p a T i l, sub titulo ϯⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲙ̀ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ (ⲉⲛ erasum) ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲫⲏ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲁ̀ⲡⲁ ⲧⲓⲗ ⲉ̀ⲧⲁϥϫⲟⲕⲥ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲙⲉⲧⲅⲉⲛⲛⲉⲟⲥ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ̅ϯ̅ ⲁ̀ⲙⲏⲛ. «Martyrium sancti et martyris Domini Iesu Christi sancti apa Til quod strenue consummavit. In pace Dei. Amen».

Codicem, cum variis lectionibus e cod. Vat. 62^{3} ac praefatione et versione latina, ediderunt I. Balestri et H. Hyvernat, *Acta martyrum*, t. I, in *Corpus scriptorum christianorum orientalium*, *Scriptores coptici*, textus, ser. III, t. I, Parisiis, 1907, pp. 89-109; versio, 1908, pp. 6, 7, 61-71; cf. cod. Vat. copt. 62^{3}.

F. 156, in summo mg., manu posteriore: ⲱϣ ⲙ̀ⲫⲁⲓ ⲛ̀ϣⲟⲣⲡ · ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲱϥ ⲱϣ ⲛ̀ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲫⲁ ⲡⲓⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ⲛ̀ⲛⲟⲩⲃ · ⲛ̀ⲥⲟⲩⲓ̅ⲉ̅ ⲛ̀ⲉ̀ⲡⲏⲡ · ⲉϥϧⲉⲛ ⲣ̅ⲙ̅ⲅ̅ ⳤ ϥ̅ⲁ̅ ⳤ ⲣ̅ⲟ̅ⲑ̅ ⳤ ⲥ̅ⲡ̅ⲃ̅ · ⲡⲓⲃ̅ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲧ «Hoc lege prius; postea lege in Iohannem qui est Evangelii aurei, die 16 epēp; est in (codicibus; vide cod. Vat. copt. 68^{5}, f. 53; Balestri-Hyvernat, versio, p. 7: ' libro ', Zoega, p. 26: ' foliis ') 143 et 91 et 179 et 282; ambo in eodem die»; hae notae referendae sunt ad numeros quibus codices in monasterio s. Macarii signabantur quique imis marginibus folii

primi vel ultimi codicum legi solent. F. 169, in mg., c ad interrogationem. Nonnullae emendationes varii calami apparent in textu.

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 113, ff. 136-147.

Codex eiusdem est calligraphi ac cod. Vat. copt. 58[8] (vide p. 394) ac communem habet cum ipso indolem palaeographicam, at f. 171[v] minio caret. Constat quaternionibus ⲁ̅, ⲃ̅ (pp. ⟨ⲁ̅⟩ – ⲗ̅ⲃ̅); notae paginarum ⲓ̅ⲃ̅, ⲓ̅ⲗ̅, litteris graecis minutis scriptae sunt; lineola curva, quae medias fasciculorum plagulas distinguit, apparet tantum in imo angulo externo paginae aversae. Ornamentum quod decorat titulum ac folii initialis marginem idem est prorsus ac in cod. Vat. copt. 58[12], f. 178, protractum tamen usque in mg. inferiorem; textus littera initialis solo minio distinguitur. Inscriptiones in plagulis extremis fasciculorum et in nonnullis summis foliis aversis leguntur ut in codicibus 58[8] et 58[12]; f. 158, leve ornamentum rubrum in mg. signat initium narrationis ⲛⲁⲣⲉ ⲟⲩⲡⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ (Balestri-Hyvernat, textus, p. 91, lin. 13).

F. 171[v], subscriptio librarii post triplicem lineam ornatam, eadem unciali oblonga qua inscriptiones in summis marginibus: ⳩ ⲡⲥⲙⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲧⲓⲗ ϣⲱⲡⲓ ⲛⲉⲙⲁⲛ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲁⲙⲏⲛ dein, inter duas lineas ornatas: ⲓⲥ ϯⲙⲉⲧⲁⲛⲓⲁ ⲛⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲛ̀ⲓⲟϯ ⲁⲣⲓⲫⲙⲉⲩ⟨ⲓ⟩ ⲙ̀ⲡⲓⲥⲃⲟⲩⲓ ⲛⲁⲧⲉⲙⲡϣⲁ | ⲡⲓⲕⲁϩⲓ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲕⲉⲣⲙⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ︦ϯ︦ ⲡⲓⲛⲁⲏⲧ ⲛⲁⲓ ⲛⲁϥ (ϥ ex ⲡ emendatum) ⲁⲙⲏⲛ « Benedictio sancti apa Til sit nobiscum omnibus. Amen. — Ecce prostrationem. Domini mei patres, mementote disciuli indigni, pulveris et cineris, ut Deus misericors misereatur eius. Amen »; in ima plagula, manu rudi: ϧⲉⲛ ⲫⲣⲁⲛ ⲛⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲡⲓϣⲟⲣⲡ ⲛϩⲱⲃ ⲛⲓⲃⲉ | ϥⲉϯ ⲟⲩⲕⲁϯ ⲛⲏⲓ ⲁ̀ⲛⲟⲕ ϧⲁ ⲡⲓⲣⲉϥⲉⲣⲛⲟⲃⲓ | ⲁⲡⲟⲩ ⲁⲩⲟⲩⲙⲉⲛ ⲁⲙⲏⲛ ⲥⲉϣⲱⲡⲓ « In nomine Domini Iesu Christi qui est ante omnia. Det intellectum mihi, peccatori, Abū.... Amen, fiat »; in summo mg., conscribillationes.

7. 8 (ff. 172-210[v]) Saec. IX-X, ff. 39, linn. 30-34.

7 (ff. 172-194) M a r t y r i u m s. T h e o d o r i S t r a t e l a t a e, doxologia mutilum, sub titulo ϯⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲑⲉⲟ̀ⲇⲟⲣⲟⲥ ⲡⲓⲥⲧⲣⲁⲧⲏⲗⲁⲧⲏⲥ · ⲡⲓϫⲱⲣⲓ ⲙ̀ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ · ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲫⲏ ⲉ̀ⲧⲁϥϭⲣⲟ ϧⲉⲛ ⲁ̀ⲅⲱⲛ ⲛⲓⲃⲉⲛ · ⲉⲑⲛⲁⲛⲉϥ · ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉϫⲉⲛ ⲫⲣⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲭ̅ⲥ̅ · ϣⲁⲧⲉϥϭⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲭⲗⲟⲙ ⲙ̀ⲙⲁⲣⲧⲏⲣⲓⲕⲟⲛ · ⲉⲧⲁϥϫⲟⲕⲥ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲙⲉⲧⲅⲉⲛⲛⲉⲟⲥ · ⲛ̀ⲥⲟⲩⲕ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁ̀ⲃⲟⲧ ⲉⲡⲏⲡ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ︦ϯ︦ ⲁⲙⲏⲛ « Martyrium sancti Theodori Stratelatae, fortis martyris Domini nostri Iesu Christi, qui vicit in omni certamine bono pro nomine Christi, donec accepit coronam martyrii, quod consummavit strenue die vigesimo mensis epēp. In pace Dei. Amen ».

Passionem ediderunt cum praefatione et versione latina I. Balestri et H. Hyvernat, *Actus martyrum*, t. I, in *Corpus scriptorum christianorum orientalium, Scriptores coptici*, textus, ser. III, t. I, Parisiis, 1907, pp. 157-181; versio, 1908, pp. 8, 99-112. De aliis documentis ad Theodori martyrium spectantibus vide op. laud., versio, p. 8; H. G. Evelyn White, *The*

Monasteries of the Wadi n' Natrūn, t. I, Neo Eboraci, 1926, pp. 75-78; cf. etiam cod. Vat. copt. 65[3].

F. 172 varias exhibet inscriptiones marginales manus posterioris; in summo mg.: ⲱϣ ⲙ̀ⲫⲁⲓ ⲛⲉⲙ ⲛⲉϥϣⲫⲏⲣⲓ ϧⲉⲛ ⲡⲁⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲧ · ⲉⲩⲥⲁⲧϩⲏ ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲱϥ « Lege hoc et eius miracula (Vat. 66[8]) in hoc eodem die, quae (miracula) sunt infra »; in mg. externo, eadem manu: ϧⲉⲛ ⲡⲓ[ⲁ]ⲅⲓⲟⲥ ⲙⲁⲣⲕⲟⲥ ⲥⲁⲃⲟⲗ « In sancto Marco, foras »; dein, eadem manu: ⲗⲟϫⲟⲗⲟⲅⲓⲁ̣̀; paulo inferius, alia manu: ⲥⲟⲩ[ⲕ̅] ⲛ̀ⲉⲡ[ⲏⲡ] « Die [20] epēp ». Paucae correctiones varii calami adiectae sunt minio vel atramento.

8 (ff. 194ᵛ-210ᵛ) De miraculis s. Theodori post martyrium, sub titulo ϩⲁⲛⲕⲟⲩϫⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲛⲓϫⲟⲙ ⲛⲉⲙ ⲛⲓϣⲫⲏⲣⲓ ⲉ̀ⲧⲁ ⲫ︦ⲧ︦ ⲁⲓⲧⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲟⲧϥ ⲙ̀ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲑⲉⲟ̀ⲇⲱⲣⲟⲥ ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲁ ⲡϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲧⲉϥⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲁ̀ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ {ⲛ̀}ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ︦ⲧ︦ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « Pauca e virtutibus et miraculis quae fecit Deus per sanctum Theodorum post consummatum eius martyrium. In pace Dei. Amen ».

Miracula ediderunt cum praefatione et versione latina I. Balestri et H. Hyvernat, *Acta Martyrum*, t. I, in *Corpus scriptorum christianorum orientalium, Scriptores coptici*, textus, ser. III, t. I, Parisiis, 1907, pp. 182-199; versio, 1908, pp. 8, 112-122; vide etiam H. G. Evelyn White, *The Monasteries of the Wadi 'n Natrūn*, t. I, Neo Eboraci, 1926, pp. 75, 78. Secus ac legitur ap. Balestri-Hyvernat (textus, p. 182, n. 2, versio, p. 8), inter f. 194 et f. 195 nullum prorsus deest siquidem quaternionis ⲅ̅ unum tantum desideratur folium, septimum scilicet, seu ultimum Martyrii s. Theodoris doxologia mutili. Paucae correctiones occurrunt in textu.

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 113, ff. 147ᵛ-174.

Eiusdem manus est codex ac cod. praecedens (vide cod. Vat. copt. 58[8], p. 394) eamdem universim praebens indolem palaeographicam. Complectitur autem quaterniones ⲁ̅, ⲃ̅ (ff. 172-187, pp. ⟨ⲁ̅⟩ – ⲗ̅ⲃ̅), ff. septem quaternionis ⲅ̅ (ff. 188-194, pp. ⲗ̅ⲅ̅ – ⲙ̅ⲇ̅, ⟨ⲙ̅ⲏ̅⟩) et quaterniones ⲇ̅, ⲉ̅ (ff. 195-210, pp. ⲙ̅ⲑ̅ – ⟨ⲡ̅⟩, ff. 209, 210, nota coptica carentibus); inscriptio plagulae initialis fasc. ⲇ̅ (cuius notam ⲇ̅ praecedit ⲅ, absque lineola superiore) est ⲓ̅ⲥ̅ ⲭ̅ⲩ̅; desiderantur lineolae quae medias distinguunt fasciculorum plagulas. Initio quaternionum, in summis angulis internis, rudi calamo adiectae sunt aetate recentiore fasciculorum notae ⲏ̅ – ⲓ̅ⲃ̅. Ornamenta nonnulla in summis fasciculorum paginis extremis minio sunt obducta. Pigmenta quae inter binas lineas croceas decorant titulum f. 172 partim sunt erosa ita ut iam sola appareant vestigia fusca coloris viridis et rubri; textus littera initialis, lineis inter se innexis exarata, pigmenta habet rubra et viridia partim deleta; linea prima litteris maioribus est exarata inter leves ductus directos minio effectos; titulum

f. 194ᵛ includit leve ornamentum ductibus alternis rubro et viridi effectum; iisdem pigmentis ornatur littera initialis praegrandis; linea prima ut in f. 172, at duae eiusdem litterae partim minio sunt exaratae. Initia miraculorum (ff. 198, 199ᵛ, 201, 205ᵛ, 208ᵛ) signant ornamenta rubra.

F. 210, inter duas lineas ornatas, subscriptio manu amanuensis, scriptura gracili ad dexteram inclinata: ⳩ пcмоү мпіаγιос өеóⲇωро(с) ϣωпι пемап тнроү амнп « Benedictio sancti Theodori sit nobiscum omnibus. Amen »; ibidem, nota lectoris rudi calamo scripta et, in fine, inde a verbo амнп, in mg. extern. sursum protracta: ⳩ ⲫⲧ̄ ⲫн етаqϣωп ероq ппіⲇорои ите авеⲗ пі|өмні пем ϯөесіа пте пепішт авраам ϯпоу пеппнв | піатаөос оуоϩ пмаірωмі ппаі пϣенерⲫмеуоуі п|те пiреq-⟨ерповi⟩ пар⟨а⟩ пісопт тнрq пікермі пем пікаϩі | ⲫн етемϣа ап емоуϯ ероq ппіраи етаумоуϯ п|моq хе моупахос ⳉаірои пϣнрі ппп̄ᾱϯкоп | ппі-еⲗϩіqі ке іоустос пеqішт ката сарꝁ пем ма|ріа теqмау піремⳉоо[у к]ата тоупатріс ϩопос п|п̄о̄с̄ ϯ мтоп ппоу[ψуχн ⳉеп пеq]внма етоі пϩоϯ | птеqер пінаі пем поуϣнрі мепепсωоу теqϯ пі|каϯ поου ⳉеп ϯметсаве псноу півеп ке тер п|еqпаі ппі⟨ϣ⟩ϯ пемоу ⳉеп ϯχріа те паікос⟨мос⟩ ке ауϣап|-сіпі евоⲗ ⳉеп паікосмос псмот пρасоуі пте п̄о̄с̄ | ерпеqпаі пιϣϯ пемωоу ⳉеп пеqвнма етоі пϩоϯ | χропо марϯ ψпа. [амнп есеϣωпі] амнп | ⲫн еөп[ахос] | хе амн[п] | еqеϭі [ката] | пісмо[у м]|мні | аісⳉа[і паі] | псоу[. .] | пϣір « Deus qui accepisti dona Abel iusti et sacrificium patris nostri Abrahae, nunc, Domine noster bone et hominum amator, ⟨accipe⟩ hoc memoriale peccatoris prae omni creatura, cineris et terrae, indigni qui vocetur nomine quo vocatur monachus, Ḫairon qui filius spiritualis Elḫifi est, Iusti, patris sui secundum carnem, et Mariae matris suae, ex Sḫōou, secundum patriam eorum, ut Dominus det requiem animabus eorum in tribunali suo tremendo et faciat misericordiam cum filiis eorum post eos, detque eis intelligentiam in sapientia omni tempore et faciat misericordiam suam magnam cum eis in rebus necessariis huius mundi et, cum exierint ex hoc mundo in modo somnii, Deus faciat magnam suam misericordiam cum ipsis in tribunali suo tremendo. Epochae Martyrum 781 (= an. D. 1064-1065). Amen, fiat, amen. Qui dicet ‘ Amen ’ accipiet secundum benedictionem vere. Scripsi hoc die... amšīr ». Notae lectoris Ḥapip (v. p. 442): f. 173ᵛ, in imo angulo externo, notula atramento obducta: піеⲗаχ(істос) ϩапіп « Minimus Ḥapip »; f. 181, in imo mg.: п̄о̄с̄ наі мпек-вωк ϩапіп піреqерпові | ӯс̄ мпоуϩωр амнп ⳩ ⳩ ψпⲗ « Domine miserere famuli tui Ḥapip peccatoris, filii Pouḫōr (= abū Ḫōr). Amen. Epochae Martyrum 784 (= an. D. 1067-1068) »; f. 195, in margine externo, nota partim resecta: іс ϯмета[піа арі]|пмеуі а[пок] | ⳉа пів[ωк піат]|мпϣа пі[реqер]|повi пі[своуі] | піевіпп [пара] | рωмі п[івеп] | пітаⲗе[пωрос] | ϩапіп [ ]|птепχ[с̄ і̄н̄с̄] | χа пап[овi] | пні ев[оⲗ ϩі]|тен пе[теп]|еуχн ⳩ [⳩] | ψпⲗ « Ecce prostrationem. Memento mei, servi indigni, peccatoris, vilis, miseri prae omnibus hominibus, pauperis Ḥapip... ut Christus Iesus remittat mihi peccata mea, per preces vestras. Epochae Martyrum 784 (= a. D. 1067-1068) ».

F. 194ʳ, a librario vacuum relictum, imaginem exhibet s. Theodori in equo sedentis ac manu dextra caput draconis lancea perfodientis, cum inscriptione in parte superiore, оүаγіос өеώⲇωрос пестратнⲗатнс; in parte inferiore versus mg. externum, vidua sanctum orans pro filiis, cum inscriptione, partim resecta, теχнра · ессапс епест[ра]-тнⲗатес е[тве] песϣ[нре]; in imo f. a sinistris, ipsi filii, cum inscriptione порⲫапос.

Inscriptiones dialectum produnt fayūmicam. Eamdem imaginem exhibet f. 210v, ubi pro ⲉⲥⲥⲁⲡⲥ « orans » legitur ⲉⲥⲣⲓⲙⲉ « lugens », inscriptione integre conservata, et omisso ⲛⲟⲣⲫⲁⲛⲟⲥ. F. 194 phototypice edidit H. Hyvernat, *Album*, tab. XVI. F. 201, in imo mg., conscribillationes; item in f. 204, manu Ḥapip. Litterae plagulae initialis, partim deletae, atramento restituit manus recentior.

9 (ff. 211-232v) Saec. IX-X, ff. 22, linn. 29-32.

Sermo, s. Cyrillo Alexandrino adscriptus, de hora mortis, sub titulo ⲟⲩⲗⲟⲅⲟⲥ ⲉ̀ⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲕⲩⲣⲓⲗⲗⲟⲥ· ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉ̀ⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲣⲁⲕⲟϯ· ⲉⲑⲃⲉ ϯϫⲓⲛⲉⲣⲛⲩⲛⲫⲓⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲯⲩⲭⲏ· ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲣⲉ ⲡⲓⲣⲱⲙⲓ ⲛ̀ⲧⲁⲗⲉⲡⲱⲣⲟⲥ· ⲛⲁϯ ⲛ̀ⲧⲉϥⲯⲩⲭⲏ· ⲉ̀ϩⲣⲏⲓ ⲉ̀ⲛⲉⲛϫⲓϫ ⲙ̀ⲫϯ ⲉⲧⲟⲛϧ· ⲁϥⲥⲁϫⲓ ⲇⲉ ⲉⲑⲃⲉ ⲛⲏ ⲉ̀ⲧⲁⲩⲙⲟⲩ· ⲉⲩⲟⲓ ⲛ̀ϫⲁϫⲓ ⲉ̀ⲛⲟⲩⲉ̀ⲣⲏⲟⲩ· ⲁϥⲥⲁϫⲓ ⲇⲉ ⲟⲛ ⲉⲑⲃⲉ ⲁⲃⲃⲁ ⲑⲉⲟ̀ⲫⲓⲗⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲉ̀ⲡⲓⲫⲁⲛⲓⲟⲥ· ⲉ̀ⲧⲁⲩⲥϧⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲕⲁⲑⲉⲣⲉⲥⲓⲥ ⲙ̀ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲓⲱ̀ⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓⲭⲣⲏⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ· ⲁϥⲥⲁϫⲓ ⲇⲉ ⲟⲛ ⲉⲑⲃⲉ ⲥⲓⲥⲓⲛⲛⲓⲟⲥ ⲡⲓⲥⲓⲟⲩⲣ· ⲉⲑⲃⲉ ⲡⲓⲣⲏϯ ⲉ̀ⲧⲁϥⲉⲛⲕⲟⲧ· ϧⲉⲛ ⲡⲧⲟⲡⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲑⲉⲟ̀ⲇⲱⲣⲟⲥ· ⲡⲓⲥⲧⲣⲁⲧⲏⲗⲁⲧⲏⲥ ⲉϥⲧⲱⲃϩ ⲙ̀ⲫϯ· ⲙ̀ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲑⲉⲟ̀ⲇⲱⲣⲟⲥ· ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲉϥⲧⲁⲥⲑⲟϥ ⲟⲛ ⲉ̀ⲧⲉϥⲁⲣⲭⲏ· ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫϯ ⲁⲙⲏⲛ « Sermo quem protulit sanctus Cyrillus, archiepiscopus Alexandrinus, de vigilantia animae et de hora qua homo miser dabit animam suam in manus Dei viventis. Dixit de iis qui mortui sunt dum essent invicem inimici. Locutus est etiam de abba Theophilo et Epiphanio qui scripserunt condemnationem sancti Iohannis Chrysostomi. Locutus est etiam de Sisinnio eunucho; de modo quo quievit in sanctuario sancti Theodori Stratelatae, orans Deum sancti Theodori ut eum restitueret in pristinum suum locum. In pace Dei. Amen ».

Codicem edidit cum praefatione et versione gallica E. Amélineau, *Monuments pour servir à l'histoire de l'Égypte chrétienne aux IVe et Ve siècles*, in *Mémoires de la Mission archéologique française au Caire*, t. IV, fasc. 1, 1888, pp. XXVIII-XXXI, 165-195. De fragmentis bohairicis Lipsiensibus eiusdem orationis (codd. Tischendorf XXIV, f. 16; XXVII, f. 12) quae edidit I. Leipoldt, *Sinuthii archimandritae vita, bohairice*, in *Corpus scriptorum christianorum orientalium, Scriptores coptici*, ser. II, t. II, Parisiis, 1906, pp. 78-80, vide O. von Lemm, *Kleine koptische Studien LI*, in *Mémoires de l'Académie impériale des sciences de S. Pétersbourg, classe hist.-philol.*, t. VIII, fasc. 12, Petroburgi, 1908, pp. 2, 3, 9, 10. Aliud fragmentum Lipsiense (cod. Tischendorf XXV, f. 25) vide ibid., pp. 5, 6; cf. etiam W. E. Crum, *Hagiographica from Leipzig manuscripts* in *Pro-*

ceedings of the Society of Biblical archaeology, t. XXIX, 1907, p. 306, ubi insuper duo alia fragmenta notantur, nempe cod. Tischendorf XXV, ff. 18 et 19.

F. 211, in summo mg., manu posteriore: **ⲥⲟⲩⲕ̅ⲁ̅ ⲛⲉⲡⲏⲡ ϧⲉⲛ ϯⲡⲁⲣⲑⲉⲛⲟⲥ** « Die 21 epēp, in Virgine ». In marginibus, signa lectionis varii calami: f. 222^{v}, **ϫⲁⲕ** « Desine »; f. 224, manu rudi, **ϣ[ⲁ]** « Usque », f. 226, **ⲱϣ** « Lege »; manus recentior folii 239 conclusionem complevit: **ⲫⲁⲓ ⲉ̀ⲧⲉ ⲉ̀ⲃⲟⲗ** « Ipse a quo ». Paucae correctiones minio sunt adiectae.

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 113, ff. 174^{v}-189.

Sicut codices Vaticani coptici 66$^{6-8}$, codex eiusdem est amanuensis eamdemque habet indolem palaeographicam ac cod. Vat. copt, 58^{8} (vide p. 394). Constat quaternionibus ⲁ̅, ⲃ̅ (ff. 211-226, pp. ⟨ⲁ̅⟩ – ⲗ̅ⲃ̅, nota ⲓ̅ folii 215^{v} recurrente in f. 216^{v}, f. 217^{v} signato ⲓ̅ⲃ̅ et f. 218^{v} ⲓ̅ⲉ̅) atque trinione ⲋ̅ (ff. 227-232, pp. ⲗ̅ⲋ̅ – ⲙ̅ⲇ̅, ff. 230, 231, notis destitutis). In plagulis extremis fasciculorum inscriptiones leguntur ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ « Miserere nostri » (ff. 218^{v}, 227) ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ (ff. 219, 226^{v}, 232^{v}). Titulum decorat ornamentum rubri, viridis et flavi coloris, ramis cum floribus constans in mgg. summo et externo, lineis autem inter se innexis in spatio quod titulum dividit a textu; utriusque indolis ornamentum cum iisdem pigmentis coniunctim praebet littera initialis praegrandis, in forma avis; linea prima textus similis indolis est ac in codice praecedenti. Desiderantur lineolae quae medias fasciculorum plagulas distinguunt. Paginae initialis et finalis codicis litteras nonnullas, partim deletas, restituit atramento manus posterior. Manus posterioris etiam sunt notae fasciculorum ⲓ̅ⲋ̅ – ⲓ̅ⲉ̅, summo angulo interno ff. 211, 219, 227 appositae.

10 (ff. 233-268^{v}) Saec. X in., ff. 36, linn. 29-33.

Martyrium s. apa Anūb auctore Iulio de Khbeḥs, sub titulo **ϯⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲙ̀ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲫⲏ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲁⲡⲁ ⲛⲟⲩⲃ · ⲡⲓⲣⲉⲙⲛⲁⲏⲥⲓ · ϧⲉⲛ ⲡⲑⲟϣ ⲛⲓⲙⲉϣⲟϯ · ⲉ̀ⲧⲁϥϫⲱⲕ ⲙ̀ⲡⲉϥⲁ̀ⲅⲱⲛ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲥⲟⲩⲕ̅ⲇ̅ · ⲙ̀ⲡⲓⲁ̀ⲃⲟⲧ ⲉ̀ⲡⲏⲡ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ︦ϯ︦ ⲁ̀ⲙⲏⲛ** « Martyrium sancti martyris Domini nostri Iesu Christi sancti apa Anoub e Naēsi, in nomo Nimešoti (cf. E. Amélineau, *La géographie de l'Égypte*, Parisiis, 1893, pp. 272, 273), qui consummavit certamen suum sanctum die vigesimo quarto mensis epēp. In pace Dei. Amen ».

Codicem ediderunt cum praefatione et versione latina I. Balestri et H. Hyvernat, *Actus martyrum*, t. I, in *Corpus scriptorum christianorum orientalium*, *Scriptores coptici*, textus, ser. III, t. I, Parisiis, 1907, pp. 200-241; versio, 1908, pp. 8, 9, 123-147; de partibus editis ab A. Giorgi, vide ibid., versio, p. 9. Post f. 241 desideratur folium unum de quo vide op. laud., textus, p. 76, n. 1, lin. 4 a. fin.

In summo f. 233, manu rudi posteriore: **ⲥⲟⲩⲕ̅ⲇ̅ ⲛ̀ⲉⲡⲏⲡ** « Die 24 epēp. » In mgg. et in textu, signa lectionis diversarum manuum: cruculae, **ϣⲁ** « Usque », **ⲱϣ** « Lege », **ⲥ** et **ↄ** ad interrogationes; f. 255, ad **ⲕⲥⲱⲟⲩⲛ ⲙ̀ⲙⲟⲓ ⲱ̀ ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅** (Bal. Hyv., p. 225, lin. 7): **ϣⲁ ⲡⲁⲓ ⲙⲁ** « Usque ad hunc locum »; alibi variae formae ductus incompti, initio sectionum. Occurrunt in textu emendationes diversarum manuum.

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 113, ff. 189v-214.

Codex eiusdem est amanuensis ac codices Vaticani coptici 61[3] (vide p. 421), 63[2] ac 66[1-3], quibuscum communem habet indolem palaeographicam. Efficitur quinque ff. posterioribus quaternionis ⲃ̅ (ff. 233-237, pp. ⟨ⲕ̅ⲅ̅⟩ – ⲗ̅ⲃ̅), septem foliis quaternionis ⲅ̅ (ff. 238-244, pp. ⟨ⲗ̅ⲅ̅⟩ – ⲙ̅, ⟨ⲙ̅ⲅ̅⟩ – ⲙ̅ⲏ̅, amisso folio quinto, pp. ⟨ⲙ̅ⲁ̅⟩, ⲙ̅ⲃ̅) et quaternionibus ⲇ̅ – ⲋ̅ (ff. 245-268, pp. ⟨ⲙ̅ⲑ̅⟩ – ϥ̅ⲋ̅); in plagulis extremis fasciculorum, inscriptiones ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅, praeterquam in ff. 237v et 244v. Titulum involvit ornamentum rubri, viridis et crocei coloris, lineis inter se innexis constans sicut et dorsum litterae initialis ipsius textus, quae formam avis imitatur; reliqua pars lineae primae litteris maioribus est scripta. Ff. 264v, 265, manus recens litteras partim deletas atramento delineavit.

11 (ff. 269-287v) Saec. X in., ff. 19, linn. 33, 34.

De morte s. Iosephi fabri lignarii, sub titulo **ⲫⲁⲓ ⲡⲉ ⲡⲓⲭⲓⲛⲓ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲥⲱⲙⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲓⲱⲥⲏⲫ ⲡⲓⲁⲙϣⲉ ⲫⲓⲱⲧ ⲙ̀ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲕⲁⲧⲁ ⲥⲁⲣⲝ ⲫⲏ ⲉ̀ⲧⲁϥⲉ⟨ⲣ⟩ⲣ̅ⲓ̅ⲁ̅ ⲛ̀ⲣⲟⲙⲡⲓ ϧⲉⲛ ⲡⲉϥⲱⲛϧ ⲉ̀ⲁⲡⲉⲛⲥⲱⲧⲏⲣ ⲧⲁⲙⲉ ⲛⲓⲁ̀ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ ⲉⲡⲉϥⲃⲓⲟⲥ ⲧⲏⲣϥ ϩⲓϫⲉⲛ ⲡⲓⲧⲱⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓϫⲱⲓⲧ· ⲁ̀ ⲛⲓⲁ̀ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ ϩⲱⲟⲩ ⲥϧⲁⲓ ⲛ̀ⲛⲁⲓⲥⲁϫⲓ ⲁⲩⲭⲁⲩ ϧⲉⲛ ϯⲃⲩⲃⲗⲓⲟ̀ⲑⲏⲕⲏ ϧⲉⲛ ⲓ̅ⲗ̅ⲏ̅ⲙ̅· ⲟⲩⲟϩ ⲟⲛ ϫⲉ ⲡⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲉ̀ⲧⲁ ⲡⲓϧⲉⲗⲗⲟ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲭⲁ ⲥⲱⲙⲁ ⲉ̀ϧⲣⲏⲓ ⲛ̀ϧⲏⲧϥ ⲡⲉ ⲥⲟⲩⲕ̅ⲋ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲉ̀ⲡⲏⲡ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ︦ϯ︦ ⲁ̀ⲙⲏⲛ** « Hic est exitus e corpore patris nostri Ioseph fabri lignarii, patris Christi secundum carnem, cuius vitae anni erant centum et undecim, quum vitam eius totam Servator noster docuit apostolos in monte Oliveti. Apostoli quoque scripserunt haec dicta ac eadem posuerunt in bibliotheca Hierosolymis. Die autem quo sanctus senex deposuit corpus suum est vigesimus sextus mensis epēp. In pace Dei. Amen ».

Codicem ediderunt E. Revillout, *Apocryphes coptes*, Parisiis, 1876, pp. 43-71, necnon, simul ac textus recensionem arabicam et fragmentum sahidicum codicis Borgiani copt. 109[121], P. de Lagarde, *Aegyptiaca*, Gottingae, 1883, pp. 1-37; textus bohairici versionem anglicam edidit Forbes Robinson, *Coptic apocryphal Gospels*, in *Texts and Studies*, t. IV, fasc. 2, Cantabrigiae, 1896, pp. 130-147, additis, pp. 220-229, post bre-

vem praefationem (p. 220), notis criticis ad editionem Pauli de Lagarde cum variis lectionibus (pp. 221, 222) e fragmento bohairico Crawford 39 nunc Mancuniensi 440; vide ibid., pp. 146-151, Dormitionis s. Iosephi fragmenta sahidica, cum versione anglica, cod. Borgiani copt. 109[116] et cod. Brit. Mus. Or. 3581 B (11) atque, pp. 152-159, versionem anglicam codicis Borgiani copt. 109[121] quem ediderat de Lagarde, op. laud., p. 9-29. Variorum codicum descriptionem praebet Forbes Robinson, op. laud., pp. XXVII-XXIX.

In summo f. 269, manu rudi: ⲥⲟⲩⲕ̅ⲉ̅ ⲛ̇ⲉⲡⲏⲡ « Die 26 epēp ». Tum in textu, tum in mgg., varia lectionis signa: f. 276ᵛ, crucula ad verba ⲓ̅ⲏ̅ⲥ ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅; f. 276ᵛ, lin. 4, et f. 278, lin. 12 a. fin, signum ·/. (= ϣⲁ); ⲥ ante interrogationes. Occurrunt in textu nonnullae emendationes.

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 113, ff. 214ᵛ-227ᵛ.

Codex eiusdem est manus eamdemque praebet indolem palaeographicam ac cod. Vat. copt. 58[3] (vide p. 388). Complectitur quaterniones ⲁ̅, ⲃ̅ (ff. 269-284, pp. ⟨ⲁ̅⟩ – ⲗ̅ⲃ̅) ac folium duplex fasciculi ⲅ̅ (ff. 285, 286, pp. ⲗ̅ⲅ̅ – ⲗ̅ⲉ̅; levem crucem, quae medias fasciculorum distinguit plagulas, vide in imo f. 285ᵛ et in summo f. 286), cui accedit folium separatum (f. 287), absque nota. Titulum involvit ornamentum lineis inter se innexis exaratum ac rubro, viridi et croceo coloribus pictum ad cuius instar effectae sunt textus litterae duae priores, praegrandes; vide plągulam initialem codicis apud H. Hyvernat, *Album*, tab. XXXIV.

F. 287, post triplicem lineam lineolis flexuosis ac punctis effectam qua concluditur textus, nota aetatis posterioris auctore Ḥapip (cf. ff. 184, 195ᵛ): ⲁⲣⲓⲡⲁⲙⲉⲩⲓ ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲓⲉⲗⲁⲭ(ⲓⲥⲧⲟⲥ) ⲛ̀ⲣⲉϥⲉϥⲛⲟⲃⲓ ⲡⲓⲧⲁⲗⲉⲡⲱⲣⲟⲥ ⲉⲧⲭⲟⲛⲥ | ϧⲉⲛ ⲡϣⲓⲕ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲉϥⲛⲟⲃⲓ ϩⲁⲡⲓⲡ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲛⲁϥ ⲁⲙⲏⲛ | ⲁⲓⲥϧⲁⲓ ⲛ̀ⲥⲟⲩⲕ̅ⲏ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲉⲡⲏⲡ ☧ ⳩ ⲯ̅ⲡ̅ⲅ̅ « Memento mei, minimi peccatoris, miseri qui foetet in puteo peccatorum suorum, Ḥapip; Domine, miserere eius. Amen. Scripsi die vigesimo octavo mensis epēp, epochae Martyrum 783 (= an. D. 1067) ». F. 287ᵛ (vide H, Hyvernat, *Album*, tab. XVII), imago s. Mercurii equo insidentis et caput Iuliani transfodientis, cum inscriptionibus in parte superiore ⲟⲩⲁⲅⲓⲟⲥ ⲙⲉⲣⲕⲟⲩⲣⲓⲟⲥ in parte inferiore ⲓⲟⲩⲗⲓⲟⲥ ⲡⲣ̀ⲣⲁ ⲛ̀ⲁⲛⲟⲙⲟⲥ « Iulius rex impius »; in mg. interno superiore vir armatus cum inscriptione ⲡⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲉϥⲥⲁⲧ̣ ⲉⲣⲁϥ ⲛ̀ⲧ⟨ⲥⲏⲃⲓ⟩ « Angelus gladium proiiciens in eum »; in medio mg. interno, alter vir armatus. Imago eiusdem est calligraphi ac imagines s. Theodori, ff. 194 et 210; sicut ibidem, inscriptiones sunt fayūmicae. Facies Iuliani partimque facies s. Mercurii, calamo qui recentem prodit aetatem, super pristinam effigiem delineatae sunt. F. 269, in imo mg.: ⲣ̅ⲟ̅ⲗ̅.

12 (ff. 288-313ᵛ) Saec. X med., ff. 26, linn. 32-35.

Homilia s. Gregorii Nazianzeni de amore pauperum, sub titulo ⲟⲩⲟ̀ⲙⲏⲗⲓⲁ̀ ⲉ̀ⲁϥϫⲟⲥ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲅⲣⲏⲅⲟⲣⲓⲟⲥ ⲡⲓⲑⲉⲟ̀ⲗⲟⲅⲟⲥ ⲡⲓⲉ̀ⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲁ̀ⲛⲍⲓⲁ̀ⲛⲥⲟⲥ ϯⲡⲟⲗⲓⲥ ⲉ̀ⲁϥϫⲟⲥ ⲉ̀ⲑⲃⲉ ϯⲙⲉⲧⲙ̀ⲁⲓϩⲏⲕⲓ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ︦ϯ︦ ⲁⲙⲏⲛ « Homilia quam protulit

sanctus Gregorius, episcopus Nazianzenus, loquens de amore pauperum. In pace Dei. Amen ».

Inc.: **ⲛⲓⲣⲱⲙⲓ ⲛⲉⲛⲥⲛⲏⲟⲩ ⲟⲩⲟϩ ⲛⲓϣⲫⲏⲣ ⲛ̀ϩⲏⲕⲓ ϣⲱⲡ ⲉ̀ⲣⲱⲧⲉⲛ ⲙ̀ⲡⲓⲥⲁϫⲓ ⲉ̀ⲧⲉⲛⲛⲁϫⲟϥ ⲉ̀ⲑⲃⲉ ϯⲙⲉⲧⲙⲁⲓϩⲏⲕⲓ** « Viri fratres et socii pauperes, accipite sermonem quem dicturi sumus de amore pauperum »; des.: **ⲉ̀ⲧⲉ ⲑⲁⲓ ⲧⲉ ϯⲙⲉⲧϣⲉⲛϩⲏⲧ ⲉ̀ϧⲟⲩⲛ ⲉ̀ⲛⲓϩⲏⲕⲓ· ⲛⲉⲙ ⲛⲏ ⲉ̀ⲧⲉⲣϧⲁⲉ̀· ⲙⲁⲗⲓⲥⲧⲁ ⲉ̀ϧⲟⲩⲛ ⲉ̀ⲛⲏ ⲉ̀ⲧϣⲱⲛⲓ· ϫⲉ ϩⲓⲛⲁ ⲁ̀ⲛϣⲁⲛⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲡⲁⲓⲃⲓⲟⲥ· ⲛ̀ⲥⲉϭⲓ ⲙⲱⲓⲧ ⲛⲁⲛ ⲉ̀ϧⲟⲩⲛ ⲉ̀ⲛⲓⲥⲕⲩⲛⲏ ⲛ̀ⲉ̀ⲛⲉϩ ϧⲁⲧⲉⲛ ⲡⲉⲛⲟ̄ⲥ̄... ⲁⲙⲏⲛ** « quae (virtus) est misericordia erga pauperes et in egestatem lapsos, praesertim erga infirmos, ut cum recesserimus ex hac vita perducant nos in aeterna tabernacula apud Dominum nostrum... Amen » (*P. G.* 35, col. 857, *Ἄνδρες ἀδελφοὶ καὶ συμπένητες, πτωχοὶ γὰρ ἅπαντες, καὶ τῆς θείας χάριτος ἐπιδεεῖς... δέξασθε τὸν περὶ φιλοπτωχίας λόγον* – col. 909, *ταύτην εἰσφέρωμεν αὐτῷ διὰ τῶν δεομένων, καὶ χαμαὶ σήμερον ἐρριμμένων, ἵνα, ὅταν ἐνθένδε ἀπαλλαγῶμεν, δέξωνται ἡμᾶς εἰς τὰς αἰωνίους σκηνὰς, ἐν αὐτῷ Χριστῷ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν*). De eiusdem homiliae fragmentis bohairicis Cahirae, Lipsiae et Mancunii servatis, vide H. G. Evelyn White, *The Monasteries of the Wadi 'n Natrûn*, t. I, Neo Ebor., 1926, pp. 181, 182. Fragmentum Cahirense quod ibid. editum est respondet, non tamen absque quodam tum verborum tum rerum discrimine, codicis f. 288ᵛ, lin. 3 a. fin. – f. 289ᵛ, lin. 9 a. fin.

In summo f. 288, manu posteriore: **ϯϩⲟⲩⲓϯ ⲛ̀ⲕⲩⲣⲓⲁ̀ⲕⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲉ̀ⲡⲏⲡ** « Dominica prima epēp »; in imo f. 313ᵛ, alia manu: **ⲉⲡⲏⲡ**. Paucis in locis leguntur, manu rudi exaratae, notae marginales: ⲥ ad interrogationes, ϣⲁ « Usque », ⲱϣ « Lege »; nonnullae correctiones scriptura gracili adiectae sunt.

Codicem exscripsit R. Tuki in cod. Borg. copt. 113, ff. 61-88ᵛ.

Codex eiusdem est amanuensis ac cod. Vat. copt. 68[4]; insuper, indole palaeographica tam affinis est codici Vat. copt. 61[5], licet nonnullae litterae, e. g. ϩ, speciem praebeant leviter discrepantem, ut ab eodem librario Macario exaratus videatur. Ductus directi, paginae carneae membranae impressi, in solis apparent plagularum partibus superiore et inferiore; spatium scripturae servatum est circiter mm. 270 × 180. Constat codex quaternionibus ⲁ̄–ⲅ̄ (ff. 288-311, pp. ⟨ⲁ̄⟩ – ⲙ̄ⲏ̄) et folio duplici (ff. 312, 313, pp. ⲙ̄ⲑ̄ – ⲛ̄ⲃ̄). Summae plagulae extremae fasciculorum exhibent ornamentum inter inscriptiones ⲓ̄ⲏ̄ⲥ̄ ⲡ̄ⲭ̄ⲥ̄; manus posterior notis ⲉ̄, ⲋ̄, in summo angulo interno ff. 296, 304, quaterniones ⲃ̄ et ⲅ̄ signavit; in aliis summis marginibus, crucula, lineis effecta in paginis aversis, quattuor autem punctis in paginis rectis. Paginarum notae appositae sunt secundum numeros pares in foliis aversis ac insuper secundum numeros impares initio fasciculorum. Tituli ornamentum, textus littera initialis eiusque linea prima eamdem praebent speciem ac in cod. Vat. copt.

61[5]; codici proprium est ornamentum quo in imum marginem producuntur litterae ⲣ, ⲧ, ⲫ, ϥ, ϯ; in cod. Vat. copt. 61[5], eodem ornamento quandoque signantur litterae ⲫ, ϧ, ϯ, in summum marginem productae; vide Hyvernat, *Album*, tab. XLII 4. Textum concludit linea punctis, lineolis et ornamentis effecta.

F. 313[v], praemisso singulis lineis signo ·>, subscriptio manus posterioris, eiusdem ac subscriptio cod. Vat. copt. 58, f. 35 (cf. H. Hyvernat, *Album*, tabulae XXX, XXXI): ϯϯϩⲟ ⲟⲩⲟϩ ϯⲧⲱϩⲡ (manu recenti mutatum in ϯⲧⲱⲃϩ) ⲙ̀ⲙⲱⲧⲉⲛ ⲛⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲛ̀ⲓⲟϯ ⲡⲓⲕⲗⲏⲣⲟ(ⲥ) ⲛⲉⲙ | ⲡⲓⲗⲁⲟ(ⲥ) ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲛ̀ⲓⲱⲧ ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲉⲛⲉⲣⲡⲁⲙⲉⲟⲩⲓ | ϩⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲡⲁⲛⲟⲩϯ ϯ ⲙ̀ⲧⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲁϫⲟⲃⲓ ⲛ̀ⲯⲩⲭ(ⲏ) ϧⲉⲛ ⲡⲉϥ|ⲃⲏⲙⲁ ⲉ̀ⲧⲟⲓ ⲛ̀ϩⲟϯ ⳤ ⲧⲉϥⲭⲁ ⲛⲁⲛⲟⲃⲓ ⲛⲏⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲁ̀ⲛⲟⲕ ϧⲁ ⲡⲓⲉ̀ⲗⲁⲭ(ⲓⲥⲧⲟⲥ) | ⲛ̀ⲣⲉϥⲉⲣⲛⲟⲃⲓ ⲡⲓⲇⲓⲁ̀(ⲕⲱⲛ) ⲡⲓϣⲱⲓ ⲩ(ⲓ)ⲟ(ⲥ) ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ ⲁ̀ⲙⲉ ⲡⲓⲙⲟⲩⲛⲁⲭⲟⲥ ⲡⲓ|ⲣⲉⲙⲡⲓϩⲟⲣⲙⲉⲥⲧⲁⲙⲟⲩⲗ ϧⲉⲛ ⲡⲑⲟϣ ⲧⲁⲙⲓⲁϯ ⳤ ⲛ̀ⲧⲉϥϯ ⲙ̀ⲧⲟⲛ ⲛ̀|ⲛⲁⲓⲟϯ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲛ̅ⲁ̅ϯⲕⲟⲛ ⳤ ⲛⲁⲓⲟϯ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛ̀ⲥⲁⲣⲕⲓⲕⲟⲛ | ⲁ̀ⲙⲏⲛ ⲫⲏ ⲉⲧⲛⲁϫⲟⲥ ϫⲉ ⲁ̀ⲙⲏⲛ ⲉ̀ϥⲉ̀ϭⲓ ϩⲱϥ ⲕⲁⲧⲁ ⲡⲓⲥⲙⲟⲩ ⲁ̀ⲙⲏⲛ | ⲭⲣⲟⲛⲟⲛ ⲙⲁⲣϯⲣⲟⲥ ⲯ̅ⲙ̅ⲁ̅ = ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲟⲩϣⲟⲓ̅ⲍ̅ = ϯⲙⲁϩⲓ̅ⲅ̅ ⲙ̀ⲡⲉⲣⲓⲱ̀ⲧⲏ | ⲣ̅ⲗ̅ⲅ̅ = ⲡⲓϫⲓⲛⲑⲁⲙⲓⲟ̀ ,ⲋ̅ⲓ̅ⲍ̅ ⳤ ⲫ̅ = ⲡⲓⲣⲏ ⲅ̅ = ⲡⲓⲟϩ ⲓ̅ⲉ̅ = ⲥⲟⲩⲕ̅ⲉ̅ ⲡⲁⲟ̀ⲡⲓ | ⲁϫⲡⲓ̅ⲁ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲟⲩⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲧⲓⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « Rogo et deprecor vos, Domini patres, clere et popule, Domini patris mei abba Macarii, ut recordemini mei, ut Christus, Deus meus, det requiem pauperi animae meae in tribunali suo metuendo et dimittat mihi peccata mea, ego, minimus peccator, diaconus Pišōi, filius Macarii Ame, monachus, ex Piḥormestamoul in nomo Tamiati (E. Amélineau, *La géographie de l'Égypte*, Parisiis, 1893, pp. 345, 346), et det requiem patribus meis omnibus spiritualibus et patribus meis secundum carnem. Amen. Qui dixerit ' Amen ' accipiat quoque secundum benedictionem. Amen. Epocha Martyrum 741; Christi 1017; 133 periodi decimae tertiae (scil. aerae Aniani, cf. Vat. Copt. 58, f. 35); Creationis 6517 (litt. 6017 + 500); solis 3; lunae 15, die 25 paopi, hora 11 diei, feriae quintae. In Christo Domino nostro. Amen ».

In laterculo anteriore averso: *Assem. XV n. 65*; ibid., ca. med., in charta agglutinata, elenchus partium codicis, cum nota *cod. script. an. Christi 1065*; in folio anteriore custodiae causa adiecto: *copto 66* (*66* manu recentiore adiectum) et infra, cancellatum: *Etiopico.* Ff. 1 et 313[v], sigilla bibliothecae Apostolicae Vaticanae et bibliothecae Nationalis Parisiensis. Vac. ff. 18[v] et 96[r].

Integumentum e corio rubro confectum in dorso exhibet auro impressa notam *66*, trimontium et stellas gentis Albani i. e. Clementis XI necnon scutum Benedicti Pamfili card. bibliothecarii.

67 (a I. S. Assemani emptus 16). Membr., ff. 131, mm. 345 × 270.

Opera homiletica et hagiographica e variis codicibus, bohairice.

1 (ff. 9-33[v]; ff. 1-8 = cod. Vat. copt. 68[11], ff. 191-198 enumerationis novae imis ff. appositae) Saec. X, ff. 25, linn. 34.

Sermo Beniamini, archiepiscopi Alexandrini, de nuptiis Canae, sub titulo ⲟⲩⲗⲟⲅⲟⲥ ⲉⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲉⲑ-

ⲟⲩⲁⲃ ⲙ̀ⲡⲛ̅ⲁⲧⲟⲫⲟⲣⲟⲥ ⲁⲃⲃⲁ ⲃⲉⲛⲓⲁⲙⲓⲛ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉ̀ⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲣⲁⲕⲟϯ ⲉⲑⲃⲉ ⲡⲓϩⲟⲡ ⲉⲧⲁϥϣⲱⲡⲓ ϧⲉⲛ ⲧⲩⲁⲛⲁ (manu posteriore mutatum in ⲧⲕⲁⲛⲁ) ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲧⲁⲗⲓⲗⲉⲁ̀ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ̅ϯ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « Sermo quem protulit pater noster sanctus pneumatophorus abba Beniamin, archiepiscopus Alexandrinus, de nuptiis quae fuerunt in Cana Galilaeae. In pace Dei. Amen ».

Codicem edidit, cum praefatione et versione gallica, H. de Vis, *Homélies coptes de la Vaticane*, t. I, in *Coptica*, t. I, Hauniae, 1922, pp. 53-106.

In imo f. 9, manu rudi: ⲥⲟⲩⲓ̅ⲅ̅ ⲛ̀ⲧⲱⲃⲓ « Die 13 tōbi ». In marginibus et in textu, varia variae manus signa lectionis; f. 17^v, ϣⲁ « Usque » et f. 18, manu posteriore, ⲱϣ « Lege ». Textus quasdam praebet emendationes et additiones unciali oblonga adiectas, pristina ut videtur manu, aliasque manus alterius.

Codex eiusdem est amanuensis ac cod. Vat. copt. 61[1] (v. p. 418) quocum communem habet indolem palaeographicam. Constat quaternionibus ⲁ̅–ⲅ̅ (ff. 9-32, pp. ⟨ⲁ̅⟩–ⲙ̅ⲏ̅) et f. primo fasc. ⲇ̅ (f. 33, pp. ⲙ̅ⲑ̅, ⲛ̅); inscriptiones in plagulis extremis fasciculorum leguntur ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ (ff. 16^v, 17, 25, 32^v), ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ (f. 33); f. 24^v solis distinguitur consuetis ornamentis. Fasciculorum paginas medias signat linea rubra transversa in summis ff. aversis et in imis ff. rectis, cultro glutinatoris partim nonnunquam resecta. Folii initialis titulum marginesque undique decorant lineae inter se innexae rubri, flavi, cineracei, fusci et viridis coloris, quibus pigmentis obductae sunt etiam tres litterae praegrandes lineae primae; litteras marginales communes solum distinguit minium. Tituli lineas, quarum tertia et quarta minio exaratae sunt, distinguunt signa ·⟩ a sinistris et ⟨· a dextris, minio exarata ad linn. 1, 2, 5, atramento ad lin. 3, 4; signum rubrum ·⟩ in mg. comitatur paragraphum de proditoribus Iudae aequiparandis (f. 12^v ⲁⲣⲓⲟⲥ ⲡⲉ – ⲫⲙⲁⲣⲏⲥ, op. laud., pp. 64, 65); in f. 20 ad verba ϯⲛⲁϫⲱ ⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲁⲓⲕⲉϣⲫⲏⲣⲓ « Dicam insuper et hoc miraculum », ornamentum rubri et viridis coloris. Praeter ff. extrema fasciculorum, plurimae plagulae varias habent amanuensis inscriptiones, unciali oblonga exaratas, plerumque inter levia ornamenta rubra: ⲡⲁ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ « Domine mi Iesu Christe » (ff. 11^v, 25^v, 28), ⲡⲁ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ « Domine mi Iesu, miserere nostri » (ff. 13), ⲡⲁ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ ⲛ̀ⲁⲅⲁⲡⲏ « Domine mi Iesu Christe, miserere mei in dilectione » (ff. 14^v), ⲡⲁ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ « Domine Iesu » (f. 17^v), ⲡⲁ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ « Domine mi Iesu, miserere mei » (f. 21^v), ⲫ̅ϯ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ « Deus, miserere mei » (f. 22^v), ⲡⲁⲥⲱⲧⲏⲣ ⲛ̀ⲁ̀ⲅⲁⲑⲟⲥ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ ⲛ̀ⲁⲅⲁⲡⲏ « Servator mi bone, miserere mei in dilectione » (f. 23^v), ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ (f. 26^v), ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲁⲥⲱⲧⲏⲣ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ « Iesu, Servator mi, miserere mei » (f. 30^v). F. 1, tum in titulo tum in textu, pleraeque litterae manu posteriore rescriptae sunt; item in imo f. 20, verbum ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ, quod unciali oblonga pristina manu inter signa rubra ·⟩ ⟨· fuerat adiectum. F. 27, initio lineae quartae a. fin., ea quae praecedebant nomen ⲁⲛⲁⲥⲧⲁⲥⲓⲟⲥ (op. laud. p. 94, lin. 6) quaeque signabantur a parte superiore punctis rubris cum lineolis, erasa sunt sicut primae litterae lineae sequentis.

F. 33^v, sub triplici linea quae ductibus constat atramento effectis cum ornamentis minio tactis, amanuensis subscriptio minio exarata litterisque uncialibus oblongis dextror-

sum leviter inclinatis: ⲟⲩⲛⲁⲓ ⲙ̀ⲫⲏ ⲉⲧⲥϧⲁⲓ ⲁⲙⲏⲛ | ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲙ̀ⲫⲏ ⲉⲧⲱϣ ϥ̅ⲑ̅ | ⲟⲩⲕⲁϯ ⲛ̀ⲛⲏ ⲉⲧⲥⲱⲧⲉⲙ ⲁⲙⲏⲛ | ⲫ︦ϯ︦ ⲭⲁ ⲛⲉⲛⲛⲟⲃⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲉⲗ(ⲁ)ⲭ(ⲓⲥⲧⲟⲥ) ϣⲉⲛⲟⲩϯ ⲃⲁⲃⲩⲗⲱⲛ | ⲛⲁϥ ⲉⲃⲟⲗ ⲁⲙⲏⲛ « Misericordia ei qui scripsit. Amen. Pax ei qui legit. Amen. Intellectus eis qui audiunt. Amen. Deus, dimitte peccata minimo Šenouti Babylōn. Amen »; ibid., in summo angulo externo, conscribillationes. In imo f. 9: ⲣ̅ⲗ̅ⲁ̅.

2 (ff. 34-68v) Saec. X med., ff. 35, linn. 31-34.

Vita sanctorum Maximi et Dometii, auctore abba Pšoi Constantinopolitano, sub titulo ⲫⲃⲓⲟⲥ ⲛ̀ⲛⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲛ̀ⲣⲱⲙⲉⲟⲥ ⲙⲁⲝⲓⲙⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲇⲟⲙⲉⲧⲓⲟⲥ ⲛⲉⲛϣⲏⲣⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲁⲗⲉⲛⲧⲓⲛⲟⲥ ⲡⲟⲩⲣⲟ ⲛⲛⲓⲣⲱⲙⲉⲟⲥ ⲉⲧⲁⲩϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲡⲟⲩⲃⲓⲟⲥ ⲉⲑⲛⲁⲛⲉϥ ⲉⲑⲙⲉϩ ⲛ̀ⲁⲣⲉⲧⲏ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲁⲩϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲛⲓⲉⲛⲧⲟⲗⲏ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲡⲓⲟⲩⲁⲓ ⲙⲉⲛ ⲛ̀ϧⲏⲧⲟⲩ ⲉⲧⲉ ⲙⲁⲝⲓⲙⲟⲥ ⲡⲉ ⲁϥⲙ̀ⲧⲟⲛ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲛ̀ⲥⲟⲩⲓ̅ⲇ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁ̀ⲃⲟⲧ ⲧⲱⲃⲓ ⲡⲓϫⲉⲧ ⲇⲉ ⲉⲧⲉ ⲇⲟⲙⲉⲧⲓⲟⲥ ⲡⲉ ⲛ̀ⲥⲟⲩⲓ̅ⲍ̅ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲁ̀ⲃⲟⲧ ⲣⲱ ⲟⲛ ⲉⲁϥϩⲓⲥⲧⲟⲣⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲁⲃⲃⲁ ⲡϣⲟⲓ ⲡⲓⲣⲉⲙⲕⲱⲥⲧⲁⲛⲧⲓⲛⲟⲩⲡⲟⲗⲓⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓϣⲟⲣⲡ ⲛ̀ⲇⲓⲁ̀ⲕⲱⲛ ⲉ̀ⲧⲁϥϣⲱⲡⲓ ϧⲉⲛ ϣⲓⲏⲧ ⲛⲁϩⲣⲁϥ ⲛ̀ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ ⲡⲓⲣⲱⲙⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ︦ϯ︦ ⲛⲉⲙ ⲁⲃⲃⲁ ⲓ̀ⲥⲓⲇⲱⲣⲟⲥ ⲫⲁⲓ ⲉⲧⲁϥⲙ̀ⲧⲟⲛ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲉϥⲟⲓ ⲛ̀ⲇⲓⲁⲕⲱⲛ ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩⲑⲱϣ ⲛ̀ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲟⲩⲥⲏ ⲡⲓϫⲁⲙⲉ ⲛ̀ⲧⲉϥϣⲉⲃⲓⲱ̀ ⲉⲧⲁϥⲥϧⲉ ⲫⲃⲓⲟⲥ ⲇⲉ ⲛ̀ⲛⲁⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲛ̀ⲑⲟϥ ⲁⲃⲃⲁ ⲡϣⲟⲓ ⲉⲩⲉⲣⲫⲙⲉⲩⲓ̀ ⲁϥⲭⲁϥ ϧⲉⲛ ϯⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ̀ ⲉⲩϩⲏⲟⲩ ⲛ̀ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲑⲟⲩⲱϣ ⲉⲱⲛϧ ⲕⲁⲧⲁ ⲫ︦ϯ︦ « Vita sanctorum graecorum Maximi et Dometii, filiorum Valentini, regis Graecorum, qui consummaverunt vitam suam bonam, plenam virtutum omnium, quum implevissent mandata omnia evangeliorum sanctorum. Unus quidem ex illis, qui est Maximus, quievit die decimo quarto mensis tōbi; alter autem, qui est Dometius, die decimo septimo eiusdem mensis. Narravit eam abba Pšoi, Constantinopolitanus, primus diaconus qui fuit in Šiēt apud abba Macarium, hominem Dei, et abba Isidorum qui quievit dum erat diaconus et huic successit abba Moyses Niger. Quum scripsisset vitam sanctorum illorum, ipse abba Pšoi, in memoriale, posuit eam in ecclesia, in utilitatem eorum omnium qui volunt vivere secundum Deum ».

Codicem edidit cum praefatione et versione gallica E. Amélineau, *Histoire des monastères de la Basse-Égypte*, in *Annales du Musée Guimet*, t. XXV, Parisiis, 1894, pp. XLIX-LIV, 262-315. Vitae recensionem sahidicam integram reperire est in *Bybliothecae Pierpont Morgan codices coptici photographice expressi*, t. XL, Romae, 1922, tabulis 35-50 e codice M. 584 (ff. 13-20) et tabulis 51-96, e codice Cahirensi Hamouli C³ (ff. 1-23), eius-

dem codicis pristini ac cod. M. 584. Partem Cahirensem iam typice ediderat cum praefatione et versione gallica H. Munier, *Une relation copte sa'īdique de la Vie des saints Maxime et Domèce*, in *Bulletin de l'Institut français d'archéologie orientale*, t. XIII, Cahirae, 1916, pp. 93-140; de relatione quae intercedit inter recensionem bohairicam ac recensiones sahidicam, syriacam et arabicam, vide ibid., pp. 93-95.

In summo f. 34, manu rudi: ⲥⲟⲩⲓ̅ⲍ̅ ⲛ̀ⲧⲱⲃⲓ « Die 17 tōbi ». In mgg.: f. 36ᵛ, ⲥ, ante interrogationem; f. 37ᵛ, ⲱ(ϣ) « Lege », manu rudi; f. 43, eadem manu, ϣ(ⲁ) « Usque »; f. 44, ad verba ⲁⲗⲗⲁ ⲙⲁⲗⲗⲟⲛ (Amél., p. 278), duplex crucula; f. 46, ad verba ⲉϣⲱⲡ ⲅⲁⲣ (Amél., p. 281): ⲱ(ϣ) « Lege », pristinus plumbo, dein atramento scriptum; f. 53ᵛ, ante verba ⲛⲑⲟϥ ⲟⲛ ⲡⲟ̅ⲥ̅ (Amél., p. 292): ⲥⲟⲕⲥ « Trahe » et, paulo inferius, ad verba ⲑⲁⲓ ⲅⲁⲣ: ⲁⲣⲭⲏ cum crucula; f. 54, initio narrationis ⲙⲁ ϩⲑⲏⲧⲉⲛ (Amél., p. 292): ⲭⲁⲭ ⲉⲃⲟⲗ « Desine »; f. 60, ad verbum ⲉⲡⲧⲏⲣϥ (Amél., p. 302): ⲭⲁ « Desine ». In textu, paucae correctiones partim, ut videtur, pristinae manus.

Codex eiusdem est amanuensis Khaēl, filii Matoi, ac cod. 58² (vide pp. 386, 387) eamdemque universim praebet indolem palaeographicam, at ductus membranae impressi duabus circiter scripturae lineis respondent; ductus autem transversi, ad margines definiendos, plumbo delineati sunt. Constat quaternionibus ⲁ̅ – ⲇ̅ (ff. 34-65) et tribus ff. ultimis binionis ⟨ⲉ̅⟩ (ff. 66-68); paginarum notae solae apparent in plagulis extremis fasciculorum (ⲓ̅ⲉ̅, ⲓ̅ⲍ̅, ⲗ̅ⲃ̅, ⲗ̅ⲅ̅, ⲙ̅ⲃ̅, ⲙ̅ⲑ̅, ⲍ̅ⲇ̅) et in ff. 34ᵛ (ⲃ̅), 35ᵛ (ⲇ̅); medias quaternionum plagulas signat crux atramento effecta in summis foliis aversis et in imis foliis rectis. Inscriptiones in ff. extremis fasciculorum ⲁ̅ – ⲇ̅ sunt ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ in plagulis aversis, ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ « miserere nostri » in plagulis rectis. Titulum involvit, vacuo tamen relicto mg. interno, leve ornamentum lineis inter se innexis confectum, coloribus pictum fuscis rubro et viridi; iisdem coloribus distinguitur textus littera initialis; ultimae litterae lineae primae, quae caeteris est amplior, punctis rubris tactae sunt. Nonnulla folia madore maculata sunt, versus medium, absque gravi textus iactura. Textus concluditur triplici linea lineolis flexuosis et punctis effecta.

3 (ff. 69-89ᵛ) Saec. X med., ff. 21, linn. 30-36.

Catechesis sancti Basilii, episcopi Caesareensis, in dedicationem ecclesiae B. M. Virginis, fine mutila, sub titulo ⲟⲩⲕⲁⲑⲏⲕⲓⲥⲓⲥ ⲉⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟⲥ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲃⲁⲥⲓⲗⲓⲟⲥ ⲡⲓⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲛ̀ⲧⲉ ⲕⲉⲥⲁⲣⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲉ ⲧⲕⲁⲡⲡⲁⲇⲟⲕⲓⲁ̀ ⲉ̀ⲡⲉⲣⲫⲙⲉⲩⲓ̀ ⲛ̀ⲑⲏ ⲉⲧϫⲟⲗϩ ⲙ̀ⲡⲓⲧⲟⲩⲃⲟ ⲛ̀ⲥⲏⲟⲩ ⲛⲓⲃⲉⲛ ϯⲣⲉϥϫⲫⲉ ⲫ̅ϯ̅ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲙⲉⲑⲙⲏⲓ ϯⲁ̀ⲅⲓⲁ ⲙⲁⲣⲓⲁ̀ ⲉⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟ̀ ⲛ̀ⲧⲁⲓⲕⲁⲑⲏⲅⲓⲥⲓⲥ ϧⲉⲛ ϯⲛⲓϣϯ ⲛ̀ⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲃⲉⲣⲓ ⲉⲧⲁϥⲕⲟⲧⲥ ⲛⲁⲥ ⲛ̀ϫⲉ ⲉⲩⲙⲉⲛⲓⲟⲥ ⲡⲓⲡⲣⲉⲡⲉ(ⲉ cancell., ⲟ supra scriptum)-

ⲥⲓⲧⲟⲥ ⲥⲁⲡⲉⲓⲉⲃⲧ ⲛ̀ϯⲡⲟⲗⲓⲥ ⲉⲧⲁϥⲉⲣⲁⲅⲓⲁ́ⲍⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ⲛ̀ⲥⲟⲩⲕ̅ⲁ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁ́ⲃⲟⲧ ⲡⲁⲱ́ⲛⲓ ⲉ̀ⲁϥⲟⲩⲱⲛϩ ⲛ̀ⲫⲁⲓ ⲛⲁⲛ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲥⲁϧ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲡⲓⲁ́ⲅⲓⲟⲥ ⲃⲁⲥⲓⲗⲓⲟⲥ ϫⲉ ⲡⲓⲉϩⲟⲟⲩ ⲉⲧⲁ ⲛⲓⲁⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ ⲕⲉⲧ ⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ́ ϧⲉⲛ ⲡⲉⲥⲣⲁⲛ ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩϫⲟⲕⲥ ⲉⲃⲟⲗ ⲡⲉ ⲥⲟⲩⲕ̅ⲁ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁ́ⲃⲟⲧ ⲡⲁⲱ́ⲛⲓ ⲁϥⲥⲁϫⲓ ⲇⲉ ⲟⲛ ϧⲉⲛ ⲧⲁⲓⲕⲁⲑⲏⲕⲏⲥⲓⲥ ⲉⲑⲃⲉ ⲛⲓⲡⲟⲣⲛⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲛⲱⲓⲕ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲣⲁⲙⲁⲟⲓ ⲛ̀ⲁⲑⲛⲁⲓ· ϫⲉ ⲛⲓⲕⲟⲗⲁⲥⲓⲥ ⲡⲉ ⲡⲟⲩⲙⲁ ⲛ̀ϣⲱⲡⲓ ϣⲁ ⲉⲛⲉϩ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ̅ϯ̅ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « Catechesis quam protulit sanctus Basilius, episcopus sanctus Cesareae Cappadociae, in memoriam illius quae fuit omni tempore puritate vestita, Deiparae in veritate, sanctae Mariae. Protulit hanc catechesin in magna ecclesia nova quam aedificavit ipsi Eumenius, praepositus ad orientem civitatis, quam consecravit die vigesimo primo mensis paōni, manifestans nobis, scriptor sanctus beatus Basilius, diem quo apostoli aedificaverunt et consummaverunt ecclesiam in eius nomine fuisse diem vigesimum primum mensis paōni. Locutus est etiam in hac catechesi de libidinosis, de adulteris, de divitibus immisericordibus, (docens) tormenta esse eorum commorationem in aeternum. In pace Dei. Amen ».

Codicem edidit, cum praefatione et versione gallica, M. Chaîne, *Catéchèse attribuée à saint Basile de Cesarée: une lettre apocryphe de saint Luc*, in ephemeride *Revue de l'Orient chrétien*, t. 23, 1922-1923, pp. 150-159, 271-302. De varia eiusdem homiliae recensione in fragmentis bohairicis Lipsiensibus servata vide W. E. Crum, *Hagiographica from Leipzig manuscripts*, in ephemeride *Proceedings of the Society of Biblical archaeology*, t. 29, 1907, p. 304; Chaîne, op. laud., p. 153.

In summo mg. externo f. 69, manu posteriore, nota partim resecta ⲕ̅ⲁ̅ ⲛ̀ⲧ[ⲱⲃⲓ] « Die 21 tōbi » et, paulo inferius, alia manu, ⲉⲩϣⲉⲙϣⲓ ϧⲉⲛ ϯⲡⲁⲣⲑ(ⲉⲛⲟⲥ) « Ministrant in Virgine ». In marginibus passim, ⲥ ante interrogationes, ⲱϣ « Lege », ϣⲁ « Usque », varia manu; f. 74, ad verba ⲛⲓⲁⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ (Chaîne, p. 273), ⲥϧ[ⲁ̀ⲓ] « Scribe »; alibi pauci ductus in signa lectionis. Nonnullae emendationes diversarum manuum apparent in textu.

Codex qui, sicut cod. Vat. 67[2] quocum communem habet indolem palaeographicam, eiusdem est amanuensis ac cod. Vat. copt. 58[2] (vide pp. 386, 387), constat quaternionibus ⲁ̅, ⲃ̅ (ff. 69-84, pp. ⟨ⲁ̅⟩ - ⲗ̅ⲃ̅) et primis quinque foliis ternionis ⲅ̅ (ff. 85-89, pp. ⲗ̅ⲅ̅ - ⟨ⲙ̅ⲃ̅⟩) cuius ultimum folium desideratur cum homiliae conclusione; paginarum notae desiderantur in ff. 70v, 74v, 79v, 81v, 86v, 88v, 89v; f. 87v, nota paginae ⲗ̅ⲏ̅ a manu posteriore perperam mutata est in ⲗ̅ⲙ̅; ibid. in summo angulo externo, scriptura unciali oblonga, invocatio ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ ⲫ̅ϯ̅ « Miserere mei, Deus », partim resecta. Ornamentum folii initialis

idem est ac in codice Vat. 67[2] sed totum titulum involvit; textus prima linea ut in eodem codice absque tamen punctis rubris. In summo angulo interno, initio fasciculorum manus posterior adiecit notas ⲋ̅ - ⲏ̅ partim resectas a parte superiore. Variis in plagulis litterae partim deletae atramento restitutae sunt.

4 (ff. 90-109ᵛ) Saec. X med., ff. 20, linn. 30-34.

Martyrium sancti apa Sarapionis, sub titulo (f. 90ᵛ) ϯⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫⲏ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ ⲙ̀ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲓⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲁ̀ⲡⲁ ⲥⲁⲣⲁⲡⲓⲱⲛ ⲡⲓⲣⲉⲙⲡⲁⲛⲉⲫⲱⲥⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲑⲟϣ ⲛⲓⲙⲉϣϣⲱⲧ ⲉ̀ⲧⲁϥϫⲟⲕⲥ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲥⲟⲩⲕ̅ⲍ̅ ⲛ̀ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲧⲱⲃⲓ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫϯ ⲁ̀ⲙⲏⲛ «Martyrium beati martyris Domini nostri Iesu Christi, sancti apa Sarapiōn, viri Panephōsi nomi Nimeššōt (E. Amélineau, *La géographie de l'Égypte*, Parisiis, 1893, pp. 64, 65, 300, 301), quod consummavit die vigesimo septimo mensis tōbi. In pace Dei. Amen».

Codicem, cum praefatione et versione italiana, edidit I. Balestri, in ephemeride *Bessarione*, ser. II, t. IX, Romae, 1905, pp. 33-50, 179-192; t. X, 1906, pp. 48-58; eumdem ediderunt, cum introductione et versione latina, I. Balestri et H. Hyvernat, *Actus martyrum*, t. I, in *Corpus scriptorum christianorum orientalium*, *Scriptores coptici*, textus, ser. III, t. I, Parisiis, 1907, pp. 63-88; versio, 1908, pp. 6, 47-60. De codicis iactura post f. 100, vide ibid., textus, p. 76, versio, p. 6.

In summo f. 90ᵛ, manu posteriore: ⲥⲟⲩⲕ̅ⲍ̅ ⲛ̀ⲧⲱⲃⲓ «Die 27 tōbi». In marginibus, passim, varia manu, cruculae, ⲥ ante interrogationes, ϣⲁ «Usque», ⲱϣ «Lege»; f. 105, ad supplendam levem textus iacturam manus recens, cuius nulla fit mentio in op. laud., p. 82, lin. 11, in mg. scripsit ⲉⲑⲣⲉ; paucae emendationes in textu.

Codex eiusdem est amanuensis ac codices Vaticani coptici 69[3] (an. D. 962), 69[6] et Lipsiensis Tischendorf XXV, f. 5. Ductus stilo sicco membranae plagulis carneis impressi duas circiter definiunt scripturae lineas atque margines internos et externos; partis scriptae spatium est circiter mm. 280 × 180. Complectitur autem ff. tria ultima quaternionis ⲉ̅ (ff. 90-92), quaternionem ⲋ̅ (ff. 93-100), quaternionem ⲏ̅ (ff. 101-108) et folium unicum omni nota destitutum (f. 109). Paginae signantur secundum numeros pares in foliis aversis excepto folio initiali, insuper secundum numerum imparem ⲡ̅ⲁ̅ in f. 93ᵛ et secundum numerum parem ϥ̅ⲏ̅ in plagula recta f. 101; fasciculi signantur in summis paginarum extremarum marginibus internis. Paginarum enumeratio mendis non caret atque sic legitur: ⲟ̅ⲏ̅ - ⲡ̅ⲇ̅ (ff. 91ᵛ-94ᵛ), ⲡ̅ⲇ̅ (pro ⲡ̅ⲋ̅) - ϥ̅ⲋ̅ (ff. 95ᵛ-100ᵛ), ϥ̅ⲏ̅ (f. 101ʳ), ⲣ̅ - ⲣ̅ⲓ̅ (ff. 101ᵛ-106ᵛ), ⲣ̅ⲓ̅ (pro ⲣ̅ⲓ̅ⲃ̅, f. 107ᵛ), ⲣ̅ⲓ̅ⲃ̅ (pro ⲣ̅ⲓ̅ⲇ̅, f. 108ᵛ). Summas plagulas extremas fasciculorum decorat ornamentum lineis inter se innexis atramento confectum, inter inscriptiones ⲡⲁ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓⲏ̅ⲥ̅ «Domine Iesu» (f. 92ᵛ), ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ «miserere mei» (ff. 93ᵛ,

100^v, 101), ⲓ̅ⲩ̅ ⲭ̅ⲩ̅ (f. 108); reliqua folia aversa distinguit crucula quinque punctis effecta cum lineolis flexuosis, dum ornamenta ampliora, lineolis inter se innexis exarata, alio calamo adiecta sunt in summis ff. 94^v, 95, 102^v, 103, necnon in mg. externo f. 109^v ad ultimam codicis paragraphum. Unciali rotunda depressa scriptus est textus, unciali oblonga titulus quem involvit, vacuo tamen relicto mg. interno, ornamentum pigmentis rubro, viridi et croceo obductum; iisdem coloribus picta est textus littera initialis ⲁ, in forma avis; reliquis sunt maiores litterae lineae primae. Quaedam litterae marginales punctis vel lineolis distinguuntur, absque minio; accentus efformantur vel levi ductu vel ductu cum lineola curva in altum producta; ductu cum lineola flexuosa distinguitur vox coarctata ⲫϯ; interpunctionis signa, quae caeterum rarissime scripsit librarius, duplici lineola notantur.

F. 109^v, sub triplici linea quae, signis ·> et <· inclusa, punctis constat ac ductibus flexuosis, subscriptiones librarii, unciali oblonga, leviter dextrorsum inclinata: ⲡⲥⲙⲟⲩ ⲛ̀ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲁ̀ⲡⲁ ⲥⲁⲣⲁⲡⲓⲱⲛ ϣⲱⲡⲓ ⲛⲉⲙⲁⲛ | ⲧⲏⲣⲟⲩ ϣⲁ ⲉ̀ⲛⲉϩ ⲁ̀ⲙⲏⲛ ⲉ̀ⲥⲉϣⲱⲡⲓ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « Benedictio sancti apa Sarapiōn sit nobiscum omnibus, usque in aeternum. Amen, amen, amen »; ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ϯ ⲉⲙⲧⲟⲛ ⲛ̀ⲡⲓⲉ̀ⲗⲁⲭ(ⲓⲥⲧⲟⲥ) ⲭⲁⲏⲗ ⲡⲓⲥⲕⲉⲗⲟ(ⲥ) ⲁ̀ⲙⲏⲛ « Domine, da requiem minimo Khaēl Piskelos. Amen »; ibid., notae lectorum: ⲫ̅ϯ̅ ⲛⲁⲓ ⲛ̀ⲡⲓⲣⲉϥⲉⲣⲛⲟⲃⲓ ⲓ̀ⲥⲁ̀ⲁⲕ ⲡⲥⲁⲗⲙⲟⲩⲧⲟⲥ ⲁ̅ⲙ̅ⲏ̅ⲛ̅ « Deus, miserere peccatoris Isaac psalmodistae. Amen » (cf. codd. Vat. 59, f. 29^v, Vat. 62, f. 55^v; vide pp. 401, 434); eadem ut videtur manu ac notae secunda et tertia f. 90^v, de quibus infra (partim evanuit): ϯϯϩⲟ ⲣⲓⲡⲁⲙⲉⲩⲓ ⲛⲧⲉ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲭⲁ ⲡⲁϣⲁⲓ ⲛⲧⲉ ⲛⲁⲛⲟⲃⲓ | ⲛⲏⲓ ⲉⲃⲟⲗ ⲁⲛⲟⲕ ϣⲁ ⲡⲓⲧⲁⲗⲉⲡⲟⲣⲟⲥ ⲛⲣⲉϥⲉⲣⲛⲟⲃⲓ ⲅⲁⲃⲣⲓⲏⲗ | ϯϯϩⲟ ⲛⲏ ⲉⲑⲛⲁⲱϣ [ⲛⲥⲉ]|ⲉⲣⲡⲁⲙⲉⲩⲓ ⲛⲧⲉ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ | ⲛⲟϩⲉⲙ ⲧⲁⲯⲩⲭⲏ ⲫⲏ ⲉⲧⲛⲁϫⲟⲥ ϫⲉ ⲁⲙⲏⲛ ϥⲉϭⲓ̅ ⲕⲁⲧⲁ ⲡⲓⲥⲙⲟⲩ | ⲁⲙⲏⲛ « Oro, memento mei ut Dominus meus Iesus Christus dimittat mihi multitudinem peccatorum meorum; ego miser peccator Gabriel; rogo eos qui lecturi sunt (ut sint) memores mei, ut Dominus meus Iesus Christus salvet animam meam. Qui dicet ‘ Amen ’, accipiet secundum benedictionem. Amen »; in summo mg. externo, rudi calamo: ⲭⲁⲏⲗ; circa med. mg., duplex nota unius ut videtur manus: ... ⲏⲣⲓ ⲡⲓⲣⲉϥ|[ⲉⲣⲛ]ⲟⲃⲓ ⲡⲁⲣⲁ « ... peccator prae »; ⲁⲣⲓⲡⲁⲙⲉⲩⲓ | ⲁⲛⲟⲕ ⲙⲏⲛⲁ | ⲡⲓϫⲱⲃ ⲛ|ⲣⲉϥⲉⲣⲛⲟⲃⲓ ⲁ[ⲙ]ⲏⲛ « Memento mei; ego Mina, pauper peccator. Amen ». F. 90, notae lectorum partim cum mg. resectae: in summo f. fayyumice: ⳨ ⲥⲩⲛ ⲑ(ⲉⲱ) ϩⲙ ⲡⲣⲁⲛ ⲫϯ ⲡⲓⲁⲕⲁⲑⲱⲥ ⲛⲫϯ ⲁⲣⲓⲡⲁⲙ[ⲉⲩⲓ] | ⲁⲛⲁⲕ ϩⲁ ⲡⲓⲧⲁⲗⲉⲡⲱⲣⲟⲥ ⲛⲣⲉⲃⲉⲣⲛⲁⲃⲓ ⲛⲉⲃⲓⲏⲛ ⲙ[ⲡⲁ]|ⲣⲁ ⲣⲱⲙⲉ ⲛⲓⲙ ⲡⲓⲁⲧⲉⲙϣⲟ ⲙⲡⲓⲣⲁⲛ ϫⲉ ⲙⲱⲛⲁⲭⲟⲥ ⲥⲧ[ⲉⲫⲁ]|ⲛⲟⲥ ⲛⲧⲉ ⲡⲫϯ ⲕⲁ ⲛⲁⲛⲁⲃⲓ ⲛⲟⲓ ⲉⲃⲁⲗ ⲁⲙⲉⲛ ⲕⲉ ⲁⲙⲉⲛ « Cum Deo; in nomine Dei. Bone Deus, memento mei, pauperis peccatoris, miseri prae omnibus hominibus, indigni nomine monachi, Stephani, ut Deus dimittat mihi peccata. Amen et amen »; eiusdem (?) Gabrielis ac supra: ⳨ ϧⲉⲛ ⲫⲣⲁⲛ ⲡⲉⲛⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ ϧⲉⲛ [ⲟⲩ]|ⲙⲉⲑⲙⲏⲓ ϯϯϩⲟ ⲛⲏ ⲉⲧⲛⲁⲱϣ ϧⲉⲛ ⲡⲁ⟨ⲓ⟩ⲙⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲁⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅[ⲏ̅ⲥ̅] | ⲡϣⲏⲣⲓ ⲙ̀ⲫ̅ϯ̅ ⲉⲧⲭⲁ ⲡⲁϣⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲁⲛⲟⲃⲓ ⲛⲏⲓ ⲃⲟⲗ ↄ ⲧⲉϥ|ϯ ⲡⲓⲕⲁϯ ⲛⲏⲓ ↄ ⲧⲉϥⲛⲟϩⲉⲙ ⲧⲁⲯⲩⲭⲏ ⲛ̀ⲧⲟⲧϥ ⲛ̀ⲡⲓⲡⲟⲛ[ⲏ]|ⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲇⲓⲁⲃⲟⲗⲟⲥ ↄ ⲧⲉϥϯ ⲡⲓⲥⲉⲙⲛⲓ ⲛⲏⲓ ⲟⲩⲟϩ ⲁ̀ⲛⲟⲕ ⲡⲉ ⲡⲓⲣⲉϥ|{ⲣⲉϥ}ⲉⲣⲛⲟⲃⲓ ⲅⲁⲃⲣⲓⲏⲗ ϯϯϩⲟ ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲧⲛⲁⲱϣ ⲧⲟⲩⲉⲣⲡ[ⲁ]|ⲙⲉⲩⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫϯ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ ↄ ⲧⲉϥϫⲱⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲫⲏ ⲉⲧϧⲉⲛ ⲡⲁϩⲏⲧ ⲫ[ⲏ] | ⲉⲑⲛⲁϫⲟⲥ ϫⲉ ⲁⲙⲏⲛ ϥⲉ⟨ϭⲓ̅⟩ ⲕⲁⲧⲁ ⲡⲓⲥⲙⲟⲩ ⲁⲙⲏⲛ · ⲟⲩⲛⲁⲓ ⲫ[ⲏ] | ⲧⲁϥⲥϧⲁⲓ ⲁⲙⲏⲛ ⲟⲩⲕⲁϯ ⲛ̀ⲛⲏ ⲉⲑⲛⲁⲱϣ ⲁⲙⲏⲛ ⲟⲩⲃⲟⲏ[ⲑⲓ] | ⲛⲏ ⲉⲑⲛⲁϫⲟⲥ ϫⲉ ⲁⲙⲏⲛ ⲥⲉϣⲱⲡⲓ ⲁⲙⲏⲛ « In nomine Domini nostri Iesu Christi, Dei nostri in veritate. Rogo eos qui legent in hoc loco, ut Dominus meus Iesus Christus, filius

Dei, dimittat mihi multitudinem peccatorum meorum, det mihi intellectum, liberetque animam meam a maligno diabolo et tribuat mihi sapientiam; et ego peccator sum Gabriel; rogo omnes qui lecturi sunt ut memores sint mei, ut Deus misereatur mei et compleat ea quae sunt in corde meo. Qui dicet 'Amen', accipiet secundum benedictionem. Amen. Misericordia ei qui scripsit. Amen. Intellectus eis qui legent. Amen. Auxilium dicentibus 'Amen, fiat, amen'»; eadem manu: ϯϯϩⲟ ⲣⲓⲛⲁⲙⲉⲩⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲁⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ ⲫⲏ ⲉⲑⲛⲁϫⲟⲥ ϫⲉ [ⲁⲙⲏⲛ] | ϥⲉϭⲓ ⲕⲁⲧⲁ ⲡⲓⲥⲙⲟⲩ ⲁⲙⲏⲛ ⲟⲩⲛⲁⲓ ⲫⲏ ⲧⲁϥⲥϧⲁⲓ ⲁⲙⲏⲛ ⲟⲩⲕⲁϯ ⲛⲏ [ⲉⲑ]|ⲛⲁⲱϣ ⲁⲙⲏⲛ ⲟⲩⲃⲟⲏⲑⲓ ⲛⲏ ⲉⲧⲛⲁⲥⲱⲧⲉⲙ ⲁ̀ⲙⲏⲛ ⲫⲏ ⲉⲧⲛⲁϫⲟⲥ ϫⲉ ⲁⲙⲏⲛ [ⲉⲣⲉ]|ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲭⲁ ⲛⲉϥⲛⲟⲃⲓ ⲛⲁϥ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲁⲙⲏⲛ ⲁⲙⲏⲛ «Oro, memento mei, ut Dominus meus Iesus Christus misereatur mei. Qui dicet 'Amen', accipiet secundum benedictionem. Amen. Misericordia ei qui scripsit. Amen. Intellectus eis qui legent. Amen. Auxilium eis qui audient. Amen. Qui dicet 'Amen', Christus remittet ei peccata sua. Amen, amen». Subscriptionem concludunt duo ornamenta lineis confecta inter se innexis quae sequitur lineola punctis constans cum ductibus flexuosis.

5 (ff. 110-139v) Saec. X, ff. 30, linn. 31-35.

Sermo sancti abba Demetrii, archiepiscopi Antiocheni, de verbis Isaiae I, 16, 17, 18a, sub titulo ⲟⲩⲗⲟⲅⲟⲥ ⲉⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲃⲃⲁ ⲧⲓⲙⲏⲧⲣⲓⲟⲥ· ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉⲡⲓⲥⲕⲟ{ⲕⲟ}ⲡⲟⲥ· ⲛ̀ⲧⲉ ⲁⲛⲧⲓⲟ̀ⲭⲓⲁ· ⲫⲏ ⲉⲧⲁϥⲉⲣⲭⲓⲣⲟⲗⲟⲛⲓⲛ ⲙ̀ⲡⲓⲛⲓϣϯ ⲓ̀ⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲙ̀ⲡⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ. ⲉ̀ⲧⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟϥ ⲇⲉ ⲉⲑⲃⲉ ⲡⲓⲥⲁϫⲓ ⲉⲧ̀ⲁ ⲏⲥⲁⲓ̀ⲁⲥ ϫⲟϥ· ϫⲉ ⲕⲉⲧ (ⲧ manu posteriore mutatum in ⲙ ita ut legendum esset ⟨ϫⲉ⟩ ϫⲉⲕⲉⲙ) ⲑⲏⲛⲟⲩ· ⲙⲁⲧⲟⲩⲃⲉ ⲑⲏⲛⲟⲩ ⲁ̀ⲗⲓⲟⲩⲓ ⲛⲁⲓⲡⲉⲧϩⲱⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲛⲉⲧⲉⲛϩⲏⲧ· ⲙ̀ⲡⲉⲙⲑⲟ ⲛ̀ⲛⲁⲃⲁⲗ ⲉ̀ⲃⲟⲗ· ⲕⲏⲛ ⲉ̀ⲣⲱⲧⲉⲛ ϧⲉⲛ ⲛⲉⲧⲉⲛⲡⲉⲧϩⲱⲟⲩ ⲥⲁⲃⲟ ⲉ̀ⲓⲣⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲁ̀ⲅⲁⲑⲟⲛ ⲕⲱϯ ⲛ̀ⲥⲁ ⲟⲩϩⲁⲡ ⲛⲟϩⲉⲙ ⲙ̀ⲫⲏ ⲉⲧϭⲏⲟⲩ ⲛ̀ϫⲟⲛⲥ ⲁ̀ⲣⲓⲟⲩⲓ ⲙ̀ⲡϩⲁⲡ ⲙ̀ⲡⲓⲟⲣⲫⲁⲛⲟⲥ ⲛⲁⲑⲙⲁ· ⲓ̀ⲉ̀ ϯⲭⲏⲣⲁ· ⲛ̀ⲧⲉⲧⲉⲛⲓ̀ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲉⲛⲉⲣϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛⲉⲙ ⲛⲉⲧⲉⲛⲉ̀ⲣⲏⲟⲩ· ⲡⲉϫⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅· ⲛⲉⲙ ⲡⲥⲉⲡⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲣⲏⲧⲟⲛ· ⲁϥⲥⲁϫⲓ ⲇⲉ ⲟⲛ ϧⲉⲛ ⲡⲁⲓⲗⲟⲅⲟⲥ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲧ ⲉⲑⲃⲉ ϯⲙⲉⲧⲁⲛⲓⲁ̀· ⲁϥⲟⲩⲱⲛϩ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲫⲃⲓⲟⲥ ⲛ̀ϩⲁⲛⲣⲱⲙⲓ ⲛⲉⲩⲥⲉⲃⲏⲥ· ⲁⲩϣⲱⲡⲓ ⲉⲩⲥⲟⲃⲧ ⲉⲡϧⲁⲉ ϩⲓⲧⲉⲛ ϯⲙⲉⲧⲁⲛⲓⲁ̀· ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫϯ ⲁ̀ⲙⲏⲛ «Sermo quem protulit sanctus abba Demetrius, archiepiscopus Antiochiae, qui magnum Iohannem presbyterum ordinavit, quem protulit nempe de verbo quod dixit Isaias 'Convertimini (manus posterior: lavamini), purificamini, tollite quae sunt mala de cordibus vestris e conspectu oculorum meorum, desinite a malis vestris, discite benefacere, prosequimini iudicium, liberate oppressum, facite iudicium orphano absque sede, vel viduae; ite, pacem agite mutuo, dicit Dominus'; et reliqua huius dicti. Locutus est etiam in eodem sermone de paenitentia, ostendens vitam

hominum piorum; paenitentia servavit eos in fine. In pace Dei. Amen ».

Codicem cum praefatione et versione gallica edidit H. de Vis, *Homélies coptes de la Vaticane*, t. I, in *Coptica*, t. I, Hauniae, 1922, pp. 127-197. Codex mutilus est uno folio post f. 137 et sermonis parte ultima; porro ad folia amissa pertinent fragmenta Lipsiensia Tischendorf XXIV, ff. 40 et 42 atque Cahirense 109; Tisch. XXIV, f. 42, est f. quod desideratur post f. 137, Cahir. 109 complet fasciculum ⲗ̄ (v. infra), Tisch. XXIV, f. 40, est folium initiale fasciculi ⲉ̄. De hisce fragmentis, de sermonis recensione bohairica Taurinensi quam edidit Fr. Rossi, necnon de fragmentis sahidicis ad idem argumentum spectantibus, vide A. van Lantschoot, in ephemeride *Le Muséon*, t. XLVII, 1934, p. 23, not. 29.

In summo f. 110, nota liturgica manus posterioris, cultro glutinatoris partim resecta: ϯϩⲟⲩⲓϯ ⲛⲕⲩⲣⲓⲁⲕⲏ ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲁ ⲡⲓⲱⲙⲥ ⲛⲧⲉ ⲧⲱⲃⲓ « Prima dominica post baptismum, mense tōbi ». In mgg. et in textu, signa lectionis varia manu: ⲥ ad interrogationes, ⲱϣ « Lege » (f. 117ᵛ, [ⲱ]ϣ ⲛⲁⲕ « Lege tibi »), ϣⲁ « Usque » (f. 115ᵛ, ϣⲁⲃ̄, f. 122, ϣⲁⲓ̄, iuxta eamdem notam ⲓ̄ alio calamo scriptam, f. 127ᵛ, ϣⲁⲗ̄). Nonnullae emendationes varii calami occurrunt in textu; f. 115, lineae mendose scriptae atramento cancellatae sunt.

Codex est eiusdem amanuensis ac cod. Vat. 62[16] quocum communem habet indolem palaeographicam (vide p. 448). Complectitur quaterniones ⲁ̄ – ⲩ̄ (ff. 110-133, pp. ⟨ⲁ̄⟩ – ⲙⲗ̄) et ff. sex quaternionis mutili ⲗ̄, amissis ff. 5 et 8 (vide supra; ff. 134-139, pp. ⲙⲉ̄ – ⲛⲃ̄, ⟨ⲛⲉ̄⟩ – ⟨ⲛⲏ̄⟩). Paginarum notae, quae partim atramento, partim minio sunt exaratae ac manu forsan diversa, desiderantur in ff. 115ᵛ, 119ᵛ, 133ᵛ (in f. 135ᵛ nota ⲙⲏ̄ scripta fuit ut apparet ex vestigiis relictis in summo f. 136), 139ᵛ; f. 126ᵛ, ⲗⲃ̄ scriptum est pro ⲗⲗ̄, continuato errore usque ad f. 132ᵛ. In summis paginis extremis fasciculorum, ornamenta, quandoque etiam notae et inscriptiones, crasse obducta sunt vel minio, vel pigmentis viridi, rubro et flavo, vel viridi et flavo solum. Inscriptiones ibidem leguntur: ⲓ̄ⲩ̄ ⲭ̄ⲩ̄ (ff. 117ᵛ, 133ᵛ), ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ « miserere nostri » (ff. 118, 134), ⲩ̄ⲥ̄ ⲭ̄ⲥ̄ (f. 125ᵛ), ⲓ̄ⲩ̄ ⲩ̄ⲥ̄ (f. 126); in solo f. 117ᵛ sunt minio scriptae. Titulum involvit ornamentum lineis innexis confectum, ac rubro, flavo et viridi pigmentis distinctum, quod versus imum protrahitur marginem, ubi apparet avis eisdem picta coloribus. Illius ornamenti instar effecta est textus linea prima praegrandis quam sequitur duplex linea minio scripta. Minio exarata sunt insuper f. 110ᵛ linea prima paragraphi ⲁⲙⲱⲓⲛⲓ ϫⲉ ϯⲛⲟⲩ (de Vis, p. 131), interpunctionis signa ·> (haec saepe praecedit duplex lineola nigra); varia ornamenta marginalia ac puncta quae comitantur signa vocis coarctatae. Ex hisce non pauca obducta sunt iisdem coloribus idque eadem manu rudi ac ornamenta in summis plagulis extremis fasciculorum; minio tactae sunt litterae marginales communes. Interdum apparent pigmenta (e. g. in

summis ff. 116^{v} et 139) et conscribillationes (f. 129^{v}) rubri coloris pallentis ad instar crucularum quae media signant fasciculorum folia aversa. Ff. 120 et 125, ornamenta in forma avium atramento sunt sine arte delineata. In summo f. 133^{v}, minio, inverse legendum: ⲁⲛⲧⲓⲡ[ ]; in imo f. 110: ⲟ̄ⲃ̄; ibid., manus recentioris: ⲅⲉⲱⲣⲅⲓ [...].

In pagina aversa folii quod custodiae modo initio codicis adiectum est: *Ass. 16, nov. 67* (correctio ex *66*); plagulae internae operculi anterioris agglutinata est schedula elenchum exhibens operum quae in codice continentur. In ff. 1 et 139^{v}, sigilla bibliothecae Apostolicae Vaticanae et bibliothecae Nationalis Parisiensis.

Integumentum e corio rubro confectum in dorso exhibet auro impressa notam *67*, trimontium et stellas gentis Albani, i. e. Clementis XI, necnon scutum Benedicti Pamfili card. bibliothecarii.

68 (a I. S. Assemani emptus 17). Membr., ff. 198, mm. 340 × 270.

Opera homiletica et hagiographica e variis codicibus, bohairice.

1 (ff. 1-15^{v}) Saec. X, ff. 15, linn. 34-40.

Martyrium s. apa Lacarōn et sociorum eius, sub titulo ϯⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲁ ⲛⲧⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲙⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲛⲧⲉ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲁⲡⲁ ⲗⲁⲕⲁⲣⲱⲛ ⲛⲉⲙ ⲛⲏ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲉⲧⲁⲩϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲛⲉⲙⲁϥ ⲉⲧⲁϥϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲙⲡⲉϥⲁⲅⲱⲛ ⲛⲉⲙ ⲧⲉϥⲁⲑⲗⲩⲥⲓⲥ ⲉⲧⲧⲁⲓⲏⲟⲩⲧ ⲛⲥⲟⲩⲓ̅ⲇ̅ ⲙⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲡⲁⲟⲡⲓ · ϦⲈⲚ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛⲧⲉ ⲫ︦ϯ︦ ⲁⲙⲏⲛ « Martyrium s. martyris Christi apa Lacarōn et eorum omnium qui consummaverunt cum ipso, qui consummavit agonem suum et suum certamen gloriosum die decimo quarto mensis paopi. In pace Dei. Amen ».

Codicem ediderunt cum versione latina I. Balestri et H. Hyvernat, *Acta Martyrum*, t. I, in *Corpus scriptorum christianorum orientalium, Scriptores coptici*, textus, ser. III, t. I, Parisiis, 1907, pp. 1-23, versio, 1908, pp. 11-23.

In summo mg. externo folii 1, manu posteriore: ⲥⲟⲩⲓ̅ⲇ̅ ⲙ̀ⲡⲁⲟⲡⲓ « Die 14 paopi ». F. 1^{v}, in mg., ⲥ ante interrogationem cuius finis notatur signo ./·; f. 2, in mg., ⲥ ad interrogationem. Occurrunt in textu nonnullae emendationes diversarum manuum.

Codicem exscripsit R. Tuki in codice Borg. copt. 118, ff. 2-30^{v}.

Lineae stilo sicco plagulae carneae membranae impressae margines definiunt internos et externos atque, ubi apparent, in quattuor sectiones dividunt spatium scriptum quod est circiter mm. 275 × 180. Constat codex foliis septem quaternionis ⲁ̅ (ff. 1-7) et quater-

nione Ⲓ̅Ⲉ̅; notae paginarum copticae in solis plagulis extremis fasciculorum apparent: Ⲓ̅Ⲉ̅ (f. 7ᵛ), Ⲗ̅Ⲃ̅ (sic) f. 8, Ⲗ̅Ⲃ̅ (f. 15ᵛ). Cum ultima plagula fasciculi primi signetur Ⲓ̅Ⲉ̅, videri possit huius fasciculi unum folium desiderari ac reapse, inter ff. 5 et 6 vestigium remanet folii resecti; nulla tamen inter utrumque apparet textus iactura (cf. Balestri-Hyvernat. p. 8). Summas paginas extremas fasciculorum distinguit crucula quinque punctis effecta, inter inscriptiones ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ (ff. 7ᵛ, 15ᵛ), ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ « miserere nostri » (f. 8). Textus scriptus est unciali rotunda aliquantulum depressa, titulus, notae numericae et inscriptiones unciali oblonga. Leve ornamentum lineis inter se innexis exaratum, solo minio tactum, titulum decorat; textus linea prima incipiens a littera initiali praegrandi reliquas mensura excedit. Caeterum desiderantur pigmenta ac pauca occurrunt interpunctionis signa in spatiis vacuis.

F. 15ᵛ, post triplicem lineam ductibus et punctis confectam, subscriptio unciali oblonga dextrorsum inclinata: ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲙⲡⲓϫⲱⲃ ⲉⲧⲁϥⲥϧⲁⲓ ⲭⲁⲏⲗ ⲩ̅ⲥ̅ ⲙⲁⲧⲟⲓ ⲁⲙⲏⲛ « Domine, miserere pauperis qui scripsit Khaēl, filii Matoi. Amen ». A serie codicum quorum Khaēl certus est calligraphus (vide pp. 386, 387) codex indole palaeographica nimis discrepat quam ut subscriptionem hanc de ipso martyrii textu exarato secure interpretari liceat. In imo f. 15ᵛ: ⲥ̅ⲕ̅ⲗ̅.

2 (ff. 16-21ᵛ) Saec. X med., ff. 6, linn. 32-34.

Martyrium s. Lucae evangelistae, sub titulo ⳨ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲗⲟⲩⲕⲁⲥ ⲡⲓⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲥⲧⲏⲥ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ̅ϯ̅ ⲁ̀ⲙⲏⲛ « Martyrium sancti Lucae evangelistae sancti. In pace Dei. Amen ».

1 (ff. 2-37v) Grammatica bohairica Iohannis as-Samannūdī, praemissis **ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ̀** بسم الله «In nomine Dei» et titulo **ⲧⲉⲣⲙⲏⲛⲓⲁ̀ ⲛ̀ϯⲁⲥⲡⲓ ⲛ̀ⲅⲩⲡⲧⲓⲟⲥ** [تفسير اللغة] القبطية «Interpretatio linguae copticae»; cf. codd. Vat. copt. 70, ff. 2-12v, Vat. copt. 71, ff. 3-11, Vat. copt. 72, ff. 2-21v, Vat. copt. 74, ff. 4-33v. Codex in quibusdam consonat cum recensione breviore eiusdem praefationis (Vat. 72 et Vat. 74), in ceteris cum recensione longiore (Vat. 70 et Vat. 71), quaedam tamen habens propria; alia non pauca alio praebet ordine. F. 4, hiat textus post lineam ultimam; omissa suppleta sunt a manu recentiore in f. 5. Ff. 36-37v, sub titulo ووجد ايضا للشيخ الاسعد بن العسال نيح الله نفسه شرح يقول فيه هكذا «Et reperitur etiam explicatio, auctore principe Al-As'ad ibn al-'Assāl, requiescere faciat Deus animam eius, in qua dicitur», excerptum in forma breviore e praefatione auctoris laudati (cf. Vat. copt. 70, f. 25, col. b, lin. 10 – f. 26, col. a, lin. 5 a. fin., Vat. copt. 71, f. 22, lin. 8 – f. 22v, lin. 8 a. fin.; vide excerptum illud absque titulo apud Kircher, *Lingua Aegyptiaca restituta*, ff. 19v, 20). Opinatur A. Mallon, *Une école de savants égyptiens au Moyen-âge*, in *Mélanges de la Faculté orientale*, t. I, Beryti, 1906, p. 123, hoc additamentum operam esse cuiusdam librarii; suspicamur potius appendicem illam ab ipso Iohanne as-Samannūdī praefationi suae additam fuisse; hic enim grammaticam scriptoris Abū 'l-Farağ prae manibus habere potuit siquidem inter vivos adhuc degebat per annos 1255-1257 (cf. supra p. 416 [Vat. copt. 60, f. 125v] et Arn. van Lantschoot, *Le ms. Vatican copte 44 et le Livre du Chrême*, in *Le Muséon*, t. XLV,

1932, p. 222 [Vat. copt. 44, f. 101v]). F. 37v des.: نجزت المقدمة ولله المجد دائما ابدا وعلينا رحمته الى الابد امين « Absoluta est praefatio et Deo laus in perpetuum, in aeternum, ac super nos misericordia eius in saeculum. Amen ».

2 (ff. 38-182) Vocabularium bohairicum arabicum Iohannis as-Samannūdī, absque titulo; cf. codd. Vat. copt. 72, ff. 22-123, Vat. copt. 73, ff. 168-171v, Vat. copt. 74, ff. 34-153v, a quibus codex in nonnullis discrepat; uberiores sunt insuper in codice interpretationes arabicae dictionum copticarum. [a] (ff. 38-116) Dictiones desumptae ex evangeliis: ff. 38-76, ex evang. s. Iohannis, sub titulo ⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ⲕⲁⲧⲁ ⲓⲱⲁⲛⲛⲟⲩ انجيل يوحنا (Vat. copt. 72, ff. 22-51, Vat. copt. 74, ff. 34-68); ff. 76-101v, ex evang. s. Matthaei, sub titulo ⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ⲕⲁⲧⲁ ⲙⲁⲧⲑⲉⲟⲛ انجيل متى (Vat. 72, ff. 52-69v, Vat. 74, ff. 68v-88v); ff. 102-106v, ex evang. s. Marci, sub titulo ⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ⲕⲁⲧⲁ ⲙⲁⲣⲕⲟⲛ انجيل مرقس (Vat. 72, ff. 70-73, Vat. 74, ff. 89-92v); ff. 106v-116, ex evang. s. Lucae, sub titulo ⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ⲕⲁⲧⲁ ⲗⲟⲩⲕⲁⲛ انجيل لوقا (Vat. 72, ff. 73v-79, Vat. 74, ff. 93-100); [b] (ff. 116-135v) dictiones desumptae ex epistolis s. Pauli, sub titulo ⲛⲓⲁ̀ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲏ الرسايل: ff. 116-119v, ex ep. ad Rom., sub titulo ⲡⲣⲟⲥ ⲣⲱⲙⲉⲟⲥ رسالة رومية (Vat. 72, ff. 79v-81v, Vat. 74, ff. 100v-103); ff. 120-123v, ex ep. I ad Cor., sub titulo ⲡⲣⲟⲥ ⲕⲟⲣⲓⲛⲑⲟⲥ ⲁ̅ رسالة قرنثية الاولى (Vat. 72, ff. 81v-84, Vat. 74, ff. 103-106); ff. 123v-125v, ex ep. II ad Cor., sub titulo ⲡⲣⲟⲥ ⲕⲟⲣⲓⲛⲑⲟⲥ ⲃ̅ رسالة قرنثية الثانية (Vat. 72, ff. 84v-85v, Vat. 74, ff. 106-108); ff. 125v-127, ex ep. ad Gal., sub titulo ⲡⲣⲟⲥ ⲅⲁⲗⲁⲧⲏⲥ رسالة غلاطية (Vat. 72, f. 86r·v, Vat. 74, ff. 108-109); ff. 127-128, ex ep. ad Eph., sub titulo ⲡⲣⲟⲥ ⲉ̀ⲫⲉⲥⲟⲥ رسالة افسس (Vat. 72, f. 87r·v, Vat. 74, ff. 109-110); f. 128r·v, ex ep. ad Philipp., sub titulo ⲡⲣⲟⲥ ⲫⲓⲗⲓⲡⲡⲟⲥⲓⲟⲩⲥ رسالة فيلبوسيوس (Vat. 72, ff. 87v, 88, Vat. 74, f. 110v); f. 129r·v, ex ep. ad Col., sub titulo ⲡⲣⲟⲥ ⲕⲟⲗⲁⲥⲓⲥ رسالة قولاسايس (Vat. 72, f. 88r·v, Vat. 74, ff. 110v-111v); f. 129v, ex ep. I ad Thess., sub titulo ⲡⲣⲟⲥ ⲑⲉⲥⲁⲗⲗⲟⲛⲓⲕⲏ ⲁ̅ رسالة تسالونيقي الاولة (Vat. 72, ff. 88v, 89, Vat. 74, f. 111v); ff. 129v, 130, ex ep. II ad Thess., sub titulo ⲡⲣⲟⲥ ⲑⲉⲥⲥⲁⲗⲗⲟⲛⲓⲕⲏ ⲃ̅ رسالة تسالونيقي الثانية (Vat. 72, f. 89, Vat. 74, ff. 111v, 112); ff. 130-132v, ex ep. ad Hebr., sub titulo ⲡⲣⲟⲥ ⲉⲃⲣⲉⲟⲥ رسالة العبرانيين (Vat. 72, ff. 89-91, Vat. 74, ff. 112-114); ff. 132v-134, ex ep. I ad Tim., sub titulo ⲡⲣⲟⲥ ⲧⲓⲙⲟ-

ⲑⲉⲟⲛ ⲁ̅ رسالة طيموتاوس الاولة (Vat. 72, ff. 91-92, Vat. 74, ff. 114-115v); ff. 134v, 135, ex ep. II ad Tim., sub titulo ⲡⲣⲟⲥ ⲧⲓⲙⲟⲑⲉⲟⲛ ⲃ̅ رسالة طيماتاوس الثانية (Vat. 72, f. 92r·v, Vat. 74, ff. 115v-116v); f. 135r·v, ex ep. ad Tit., sub titulo (in. mg.) ⲡⲣⲟⲥ ⲧⲓⲧⲟⲥ رسالة طيطس (Vat. 72, ff. 92v, 93, Vat. 74, f. 116v); f. 135v, ex ep. ad Philem., sub titulo ⲡⲣⲟⲥ ⲫⲓⲗⲏⲙⲱⲛ رسالة فليمن (Vat. 72, f. 93, Vat. 74, ff. 116v, 117); [c] (ff. 136-139) dictiones desumptae ex epistolis catholicis, sub titulo ⲕⲁⲑⲟⲗⲓⲕⲟⲛ القاليقون الجامع: ff. 136-137, ex ep. Iac., sub titulo ⲓⲁⲕⲱⲃⲟⲥ ⲉ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ رسالة يعقوب (Vat. 72, ff. 93-94, Vat. 74, f. 117r·v); f. 137r·v, ex ep. I Petri, sub titulo ⲡⲉⲧⲣⲟⲥ ⲉ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲁ̅ رسالة بطرس الاولة (Vat. 72, f. 94r·v, Vat. 74, f. 118r·v); f. 138r·v, ex ep. II Petri, sub titulo (f. 137v) ⲡⲉⲧⲣⲟⲩ ⲉ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲃ̅ رسالة بطرس الثانية (Vat. 72, ff. 94v, 95, Vat. 74, ff. 118v, 119); f. 138v, ex ep. I Ioh., sub titulo ⲓⲱ̅ ⲉ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲁ̅ ⲁ̅ رسالة يوحنا (Vat. 72, f. 95, Vat. 74, f. 119); f. 138v, ex ep. II Ioh., sub titulo ⲓⲱ̅ ⲉ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲃ̅ ⲃ̅ رسالة يوحنا (Vat. 72, f. 95, Vat. 74, f. 119v); f. 138v, ex ep. III Ioh., sub titulo ⲓⲱ̅ ⲉ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲅ̅ ⲅ̅ رسالة يوحنا (Vat. 72, f. 95, Vat. 74, f. 119v); f. 139, ex ep. Iud., sub titulo (f. 138v) ⲓⲟⲩⲇⲁⲥ ⲉ̀ⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ رسالة يهودا (Vat. 72, f. 95r·v, Vat. 74, f. 119v); [d] (ff. 139-146) dictiones desumptae ex Actibus apostolorum, sub titulo ⲡⲣⲁⲝⲉⲟⲛ ⲧⲟⲛ ⲁ̀ⲅⲓⲟⲛ ⲁ̀ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲛ قصص اعمال الرسل القديسين (Vat. 72, ff. 95v-100, Vat. 74, ff. 119v-125); [e] (ff. 146-154) dictiones desumptae e Psalmis, sub titulo ⲯⲁⲗⲙⲟⲥ ⲧⲱ ⲇⲁⲩⲓⲇ مزامير داوود (Vat. 72, ff. 100-105v, Vat. 74, ff. 125v-132); [f] (ff. 154-156) dictiones desumptae e canticis biblicis, absque titulo: f. 154r·v, e cantico primo, sub titulo ϯϩⲟⲩⲓϯ ⲛ̀ϩⲱⲇⲏ ⲑⲁⲙⲱⲩⲥⲏⲥ ⲡⲓⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ التسبحة الاولة لموسى النبى (Vat. 72, f. 105v, Vat. 74, f. 132); ff. 154v, 155, e cantico secundo, sub titulo ϯⲙⲁϩⲃ̅ϯ ⲛ̀ϩⲱⲇⲏ ⲑⲁⲙⲱⲩⲥⲏⲥ ⲡⲓⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ التسبحة الثانية لموسى النبى (des.: ⲛ⟨ⲟⲩ⟩ⲟⲩⲱ̀ⲧⲉⲛ دنانهم تنضيحهم « libamina eorum » [Deut. 32, 38]; Vat. 72, ff. 105v, 106, Vat. 74, f. 132v; omittit codex vocabula ⲃⲣⲉϩⲓ, ⲫⲏϭⲓ ⲛ̀ⲣⲱⲕϩ et ⲣⲁϣⲕ, Vat. 72, f. 106, Vat. 74, f. 132v); ff. 155-156, e cantico undecimo, sub titulo ϩⲟⲣⲁⲥⲓⲥ ⲇⲁⲛⲓⲏⲗ رؤيا دانيال (Vat. 72, f. 106r·v, Vat. 74, f. 133r·v); [g] (ff. 156-160v) dictiones desumptae e theotokiis, sub titulo ⲛⲓⲑⲉⲟ̀ⲧⲟⲕⲓⲁ̀ التداكيات: f. 156r·v, e theot. feriae secundae, sub titulo ⲑⲉⲟ̀ⲧⲟⲕⲓⲁ̀ ⲫⲟⲩⲛⲁⲃⲓⲧ تداكية يوم الاثنين (Vat. 72, f. 106v, Vat. 74, ff. 133v, 134); ff. 156v, 157, e theot. fer.

tertiae, sub titulo ⲡⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲙ̀ⲙⲁϩⲅ̅ يوم الثلثاء (Vat. 72, f. 107, Vat. 74, f. 134); f. 157^r·v, e theot. fer. quartae, sub titulo ⲡⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲙ̀ⲙⲁϩⲇ̅ يوم الاربعاء (Vat. 72, f. 107^r·v, Vat. 74, f. 134^v); ff. 157^v, 158, e theot. fer. quintae, sub titulo ⲡⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲙ̀ⲙⲁϩⲉ̅ يوم الخميس (Vat. 72, ff. 107^v, 108, Vat. 74, f. 135); f. 158^r·v, e theot. fer. sextae, sub titulo ⲡⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲛ̀ϯⲡⲁⲣⲁⲥⲕⲉⲩⲏ̀ يوم الجمعة (Vat. 72, f. 108, Vat. 74, f. 135^r·v); ff. 158^v, 159, e theot. diei sabbati, sub titulo ⲡⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲥⲁⲃⲃⲁⲧⲟⲛ يوم السبت (Vat. 72, f. 108^r·v, Vat. 74, ff. 135^v, 136); ff. 159-160^v, e theot. dominicae, sub titulo ⲡⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲛ̀ϯⲕⲩⲣⲓⲁ̀ⲕⲏ يوم الاحد (Vat. 72, ff. 108^v-109^v, Vat. 74, ff. 136-137); [h] (ff. 160^v-173^v) dictiones desumptae e liturgia Missae, absque titulo: ff. 160^v-169^v, e diaconali, sub titulo ⲗⲩⲧⲟⲩⲣⲅⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲇⲓⲁ̀ⲕⲱⲛ خدمة الشماس (Vat. 72, ff. 109^v-115, Vat. 74, ff. 137-144); ff. 169^v-170^v, ex anaphora s. Basilii, sub titulo ϯⲁ̀ⲛⲁⲫⲟⲣⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲃⲁⲥⲓⲗⲓⲟⲥ قداس القديس باسيليوس (Vat. 72, f. 115^r·v, Vat. 74, ff. 144-145); ff. 171-172, ex anaphora s. Gregorii, sub titulo ⲁ̀ⲛⲁⲫⲟⲣⲁ ⲧⲟⲩ ⲁⲅⲓⲟⲩ ⲅⲣⲏⲅⲟⲣⲓⲟⲩ ⲑⲉⲟⲩⲗⲟⲅⲟⲩ قداس القديس اغريغوريوس الثاولوغس (Vat. 72, f. 116^r·v, Vat. 74, f. 145^r·v); ff. 172-173, ex anaphora s. Cyrilli, sub titulo ϯⲁ̀ⲛⲁⲫⲟⲣⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ ⲙⲁⲣⲕⲟⲥ ⲑⲏ ⲉ̀ⲧⲁϥⲉⲣⲃⲁⲓⲃⲁⲓⲱⲛ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲕⲩⲣⲓⲗⲗⲟⲥ ⲡⲓⲥⲟⲫⲟⲥ قداس ابينا القديس مرقس الذى ترجمه رومى القديس كيرلس الحكيم « Anaphora patris nostri sancti Marci quam sanctus Cyrillus doctus (ar. add.: graece) interpretatus est » (pro sensu vocis ⲉⲣⲃⲁⲓⲃⲁⲓⲱⲛ vide etiam cod. Paris. copt. 44, f. 31^v, lin. ult.: ⲛⲧⲁⲥⲃⲉⲃⲉⲓⲟⲟⲩ ⲙ̀ⲙⲟⲟⲩ بينتها, apud H. Munier, *La scala copte 44 de la bibliothèque Nationale de Paris*, t. I, in *Bibliothèque d'études coptes*, t. II, Cahirae, 1930, p. 63; Vat. 72, ff. 116^v, 117, Vat. 74, f. 146^r·v); f. 173^v, e benedictione mensae, sub titulo من الصلاة التي على المائدة من بعد الاكل (Vat. 72, f. 117, Vat. 74, f. 146^v); [i] (ff. 173^v-178) dictiones desumptae e libro Paschatis, sub titulo ⲡⲓⲡⲁⲥⲭⲁ ⲉ̅ⲑ̅ البسخة المقدسة: f. 173^v, e liturgia feriae secundae, absque titulo (Vat. 72, f. 117, Vat. 74, f. 146^v); ff. 173^v-174^v, e lit. fer. tertiae, sub titulo يوم الثلثاء (Vat. 72, f. 117^r·v, Vat. 74, f. 147); ff. 174^v-178, praemisso solo titulo يوم الاربعاء, e lit. fer. quartae, quintae, sextae et diei sabbati (Vat. 72, ff. 117^v-119^v, Vat. 74, ff. 147^v-150; codex in dictionibus recensendis in nonnullis discrepat; f. 176, vocabulo ⲟⲩⲡⲟⲧⲏⲣⲓ praemittit titulum ϯⲁ̀ⲡⲟⲅⲁⲗⲩⲙⲯⲓⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ

الابوغالمسيس ليوحنا [Vat. 72, f. 118^{v}, in mg., Vat. 74, f. 148^{v}] et, f. 177^{v}, vocabulo ⲟⲩⲓⲁⲥⲡⲓⲥ praemittit titulum اسماء الاثنى عشر حجر الكريمة [Vat. 72, f. 119, Vat. 74, f. 149^{v}]); f. 178, e lit. noctis dominicae, sub titulo ليلة الاحد (Vat. 73, f. 168); f. 178, e liturgia dominicae, sub titulo يوم الاحد القيامة المقدسة (Vat. 73, f. 168); [k] (ff. 178^{v}-179^{v}) dictiones desumptae e liturgia baptismatis, sub titulo (f. 178) ⲡⲓⲱⲙⲥ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ المعمودية المقدسة (Vat. 72, ff. 119^{v}-120^{v}, Vat. 73, ff. 168-169^{v}, Vat. 74, ff. 150^{v}-151^{v}); [l] (ff. 179^{v}, 180) dictiones desumptae e liturgia sponsalium, sub titulis (f. 179^{v}) ⲡⲓⲁ̀ⲣⲏⲃ الملاك العربون المهر et (f. 180) ⲡⲓⲅⲁⲙⲟⲥ التزويج الاكليل (Vat. 72, ff. 120^{v}, 121, Vat. 73, f. 169^{v}, Vat. 74, f. 152); [m] (ff. 180-182) dictiones desumptae e responsoriis pro mense kīhak, sub titulo ⲛⲓⲡⲁⲣⲁⲗⲉⲝⲓⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲕⲟⲓⲁⲕ بركسات كيهك: f. 180$^{r\cdot v}$, dominica prima, absque titulo (Vat. 72, f. 121, Vat. 73, ff. 169^{v}, 170, Vat. 74, f. 152$^{r\cdot v}$); f. 180^{v}, dominica secunda, sub titulo الاحد الثانى من كيهك (Vat. 72, f. 121^{v}, Vat. 73, f. 170, Vat. 74, ff. 152^{v}, 153); ff. 180^{v}-181^{v}, dominica tertia, sub titulo الاحد الثالث من كيهك (Vat. 72, ff. 121^{v}, 122, Vat. 73, ff. 170^{v}, 171, Vat. 74, f. 153$^{r\cdot v}$); ff. 181^{v}, 182, dominica quarta, absque titulo (Vat. 72, ff. 122^{v}, 123, Vat. 73, f. 171$^{r\cdot v}$, Vat. 74, f. 153^{v}). In marginibus ff. 41-154, minio notata sunt librorum sacrorum capita coptica e quibus dictiones depromptae sunt; hae notationes non semper consonant cum iis quae in codd. Vat. copt. 72 et Vat. copt. 74 reperiuntur; ad nonnulla etiam vocabula liturgiae Paschatis (ff. 173^{v}-178), librarius librum sacrum, e quo desumpta sunt, minio signavit in mg.; ff. 177^{v}, 178, lapides pretiosi ex Apocalypsi notis copticis rubris enumerantur in mg.

3 (ff. 182-286) Vocabularia varia bohairica arabica, absque titulo generali. [1] (ff. 182-184) Dictiones desumptae e libris sacris, sub titulo ويتلوه ايضا هذه الاسماء فسرت من الكتب المقدسة مما وجدت فى نسخة اخرى « Sequuntur deinde haec nomina explanata e libris sacris, secundum quod inveni in alio codice », inc.: ⲛⲓⲭⲉⲣⲟⲩⲃⲓⲙ الشاروبيم تفسيرهم الحكمة الكاملة « Cherubim, quorum sensus est sapientia perfecta »; des.: ⲁ̀ⲇⲱⲛⲁⲓ الرب « Dominus »; [2] (ff. 184^{v}-206^{v}) dictiones desumptae e variis libris, sub titulo تفسير ما وجد فى الكتب من القبطى والرومى خارجا عن السلم المعروف « Translatio e coptico et graeco dictionum quae in libris, praeter scalam notam, repertae sunt », inc.: ⲉⲩⲭⲓⲁⲥ صلاة « Per preces »; des.: ⲗⲉⲱⲛ الاسد « leo » (f. 206, voci ⲡⲁⲣⲑⲉⲛⲟⲡⲏ السنبلة « virgo », praemittitur titu-

lus اسماء بروج الفلك « Nomina orbis signiferorum »); [3] (ff. 206^{v}-220) dictiones assimiles e sacris libris, sub titulo من الكلام المشتبه المجمع من الكتب المقدسة « Vocabula ambigua e sacris libris collecta », inc.: ⲛⲓⲡⲁⲑⲟⲥ الالم « Passiones »; des.: ⲡⲓϫⲱ القول التسبيح « vox »; cf. Mallon, op. laud., p. 86; [4] (ff. 220-257^{v}) vocabularia varii generis; codicis 54 Parisiensis folia 138-180 descripsit A. Mallon (op. laud., p. 86) tanquam partes unius eiusdemque vocabularii in 29 sectiones divisi. Sectiones autem hic descriptae numerantur 27, inclusis nominibus geographicis quae in cod. Paris. extra seriem posita sunt (op. laud., p. 87): ff. 220-221^{v}, praemisso titulo هولاى ايضا اسماء مجمعة من اسماء الاودية والغابات والبحار والثلوج وغير ذلك « Haec etiam sunt nomina collecta e nominibus vallium, camporum, fluminum, nivium, etc. », inc.: ϩⲩⲅⲣⲱⲛ السيل « Torrens »; des.: ⲛⲓϣⲉⲛⲛⲟϩ السواحل « agri dimensi »; ff. 221^{v}, 222, praemisso titulo من اسماء الفلك « E nominibus caeli », inc.: ⲡⲟⲗⲟⲥ الفلك « Polus »; des.: ⲏⲣⲉⲙⲓⲁ الهدو الصحو « serenitas »; ff. 222^{v}-224, praemisso titulo (f. 222) اسماء طيور السماء « Nomina avium caeli », inc.: ⲡⲓⲧⲁⲓⲟⲥ الطاؤوس « Pavo »; des.: ⲡⲓⲡⲉⲣⲇⲓⲝ الحجل « perdix »; ff. 224-225, praemisso titulo اسماء الوحوش « Nomina ferarum », inc.: ⲡⲓⲙⲟⲩⲓ الاسد « Leo »; des.: ⲡⲓⲕⲟⲩⲫⲓⲥ القنفد « ericius »; f. 225$^{r\cdot v}$, praemisso titulo من اسماء الهوام « E nominibus animalium noxiorum », inc.: ⲛⲓϥⲓⲛ الفيران « Mures »; des.: ⲛⲓⲭⲁⲙⲓⲗⲉⲟⲛ القنافذ العقاعق « chamaeleones » (ar. « ericii, picae »); ff. 225^{v}, 226, praemisso titulo من اسماء النخل « E nominibus palmae », inc.: ⲛⲓϥⲟⲓⲛⲓⲝ النخل المثمر النخل الفخر « Palmae » (ar.: « palma fructifera, palma ornans »); des.: ⲛⲓⲗⲉⲡⲁϣⲓ الكرناف « trunci »; ff. 226-228^{v}, praemisso titulo من اسماء الفواكه « E nominibus fructuum », inc.: ⲛⲓⲕⲟⲣⲑⲟⲗⲗⲟⲥ الكمثرى « Pirae »; des.: ⲡⲓⲧⲩⲥ السرو « cupressus »; ff. 228^{v}-232, praemisso titulo من اسماء الخضر والسلائق والبقول والحشائش « E nominibus herbarum et olerum et leguminum et herbarum inebriantium », inc.: ⲡⲓⲟⲩⲱϯ البقل « Olus »; des.: ⲛⲁⲯⲩⲑⲓⲟⲛ الافسنتين « absynthium »; f. 232$^{r\cdot v}$, praemisso titulo من اسماء الحبوب والزراريع وغيره « E nominibus baccarum et seminum, etc. », inc.: ⲛⲓϣⲃⲓⲛ الحبوب « Baccae »; des.: ⲡⲓⲉⲣⲃⲱⲛⲓ الحمص « pisum »; ff. 232^{v}, 233, praemisso titulo من اسماء الابازير وغيره « E nominibus condimentorum, etc. », inc.: ⲡⲓⲡⲁⲣⲁⲡⲓ الفلفل « Piper »; des.: ⲡⲓⲁⲛⲥⲟⲩ الانيسون « anisum »; ff. 233-234^{v}, praemisso titulo من اسماء العطر والطيب والبخور وغيره « E nominibus aromatis et

odoris et turis, etc. », inc.: ⲡⲓ⟨ⲛ?⟩ⲁⲣⲧⲟⲥ ⲧⲣⲁϫⲟⲥ سنبل الطيب « Nardus indica »; des.: ⲁⲙⲓⲁⲛⲧⲟⲛ الطلق وهو لا تأكله النار ويسمى الذى لا يتدنس « amiantus, et ignis non comburet ipsum et vocatur ' Ille qui non maculatur ' »; f. 235r-v, praemisso titulo من اسماء الجواهر الكريمة « E nominibus lapidum pretiosorum », inc.: ⲛⲓⲟ̀ⲅⲓⲟⲛ الجواهر « Margaritae »; des.: ⲟⲩⲙⲉⲅⲛⲓⲥⲓⲟⲥ حجر الماس « adamas » (ante vocabulum ⲟⲩⲁⲛⲑⲣⲁⲝ legitur titulus اسماء حجارة من العتيقة « Nomina lapidum e Vetere (Testamento) »; ff. 235v-236v, praemisso titulo من اسماء العقاقير والمعادن « E nominibus herbarum medicarum et metallorum », inc.: ⲡⲓⲁⲗⲕⲟⲡⲣⲟⲥ الزنجفر « Minium », des.: ⲡⲓⲗⲓⲑⲁⲣⲕⲉ برادة الفضة « scobis argenti »; ff. 236v-238, praemisso titulo من اسماء الملبوس الكتان والحرير والصوف « E nominibus vestium, erioxyli, setae et lanae », inc.: ϯϩⲓⲡⲁⲧⲟⲥ الثوب « Vestimentum »; des.: ϩⲩⲡⲁⲧⲟⲥ الثوب « vestimentum; f. 238r-v, praemisso titulo من اسماء الحلى « E nominibus ornatus », inc.: ⲛⲓⲗⲉ⟨ⲟ?⟩ⲥ الحلى الاخراس الاقراط « Inaures » (ar.: « ornatus, monilia, inaures »); des.: ⲡⲓⲡⲉⲣⲓⲥⲕⲉⲗⲏ السوارات الدمالج « anuli, armillae »; ff. 238v-239v, praemisso titulo من اسماء السمك « E nominibus piscium », inc.: ⲛⲓⲕⲏⲧⲟⲥ الحيتان « Ceti »; des.: ⲡⲓⲉ̀ⲫⲱⲧ التمساح « testudo » (ar.: « crocodilus »); ff. 239v-242v, praemisso titulo هذه صفة الانسان « Haec est hominis descriptio », inc.: ϯⲁ̀ⲫⲉ الراس « Caput »; des.: ⲛⲓⲕⲁⲥ العظام العظم « ossa »; ff. 243-244v, praemisso titulo من اسماء الولاة والمقدمين والرقاصين والنقباء والاجناد وغيرهم « E nominibus principum et ducum et quaestionariorum et praefectorum et militum, etc. », inc.: ⲡⲓⲛⲟⲩⲙⲉⲣⲟⲛ القائد الوالى الكردوس « Praefectus, princeps, dux equitum »; des.: ⲡⲓⲑⲩⲣⲟⲩⲣⲟⲥ الخازن « aerarii praefectus »; ff. 244v-246, praemisso titulo من اسماء السلاح وما يختص بالحروب « E nominibus armorum et rerum ad bella spectantium », inc.: ⲡⲓⲙⲉⲣⲉϩ الرمح وتجى المزراق « Hasta » (ar. add.: « et etiam telum »; des.: ϩⲁⲛⲙⲁⲛ̀ⲕⲁⲛⲉ (= *μάγγανον*) المحدودات « balistae » (ar.: « res definitae »); ff. 246-247v, praemisso titulo من اسماء الات الحديد وغيره « E nominibus instrumentorum ferreorum, etc. », inc.: ⲡⲓϫⲣⲟⲃⲓ المنجل « Falx »; des.: ⲛⲓⲕⲣⲟⲥⲟⲧⲟⲛ السلاسل « catenae » (Vat. copt. 71, f. 67v: ⲡⲓⲕⲣⲟⲥⲟⲗⲱⲛ السرج « ephippium »); ff. 247v-248v, praemisso titulo من اسماء الكنائس « E nominibus ecclesiarum », inc.: ϯⲙⲉⲗⲱⲧ القبة « Tectum »; des. (in mg., man. poster.): ⲡⲓϣⲉⲛⲑⲱⲟⲩϯ « campana »;

ff. 249-250, praemisso titulo من اسماء ارباب الصنائع « E nominibus opificum », inc.: ⲡⲓⲅⲟⲩⲣⲏⲟⲩⲥ المزين « Ornator » (Fr. Preisigke, *Wörterbuch der griechischen Papyrusurkunden*, t. I, col. 831: κουρηου( ), « unbekannte Berufsart »); des.: ⲛⲓⲃⲁⲣⲟϩ الملافين الركبدارية « pabulatores »; f. 250r·v, praemisso titulo من اسماء السحرة والمنجمين والمعزمين « E nominibus artis magicae et astrologorum et veneficorum », inc.: ⲛⲓⲣⲉϥϭⲓϣⲏⲙ السحرة اصحاب المقالات « Incantatores »; des.: ⲛⲓⲑⲉⲗⲏⲧⲏ العرافون « harioli »; ff. 250v-251v, praemisso titulo من اسماء الالات الخشب « E nominibus instrumentorum ligneorum », inc.: ⲡⲓⲕⲁⲣⲟⲩⲕⲓⲟⲛ الهودج « Rheda » (ar.: « pilentum camelinum »); des.: ϯⲕⲉϩⲛⲓ المقفة العتبة « gradus »; ff. 251v-252v, praemisso titulo من اسماء المراكب « E nominibus navium », inc.: ϯⲕⲁⲧⲟⲁ القرقورة الشختور « Cercurus »; des.: ⲛⲓⲥⲉⲃⲁⲓ الالات « instrumenta »; ff. 252v-255v, praemisso titulo من اسماء البلاد فى كرسى الديار المصرية وغيرهم « E nominibus urbium sub ditione regionum aegyptiacarum, etc. », inc.: ⲡⲟⲗⲉⲟⲩ ⲁⲗⲉⲝⲁⲛⲇⲣⲓⲁ مدينة الاسكندرية « Civitas Alexandrina »; des.: ϯⲕⲁⲧⲁⲭⲱⲣⲁ الناحية البحرية « plaga inferior (ar.: maritima) »; ff. 255v-257v, praemisso titulo هاولاى من اسماء الاكيال والاوزان وغيره مجمعة من الانجيل « Haec sunt e nominibus mensurarum et ponderum, ex evangelio collecta », inc.: ⲡⲓⲕⲟⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲥⲟⲩⲟ̀ الصاع الكر القمح اربعة امداد « Corus tritici (Luc. 16, 7) »; des.: ⲡⲓϩⲟⲧ الزق « uter », ويقال ان الصاع ثلثين مد والمد ثلثة ويبات الثلثة اكيال دقيق كل واحد صاع « et dicitur quod ṣā' (continet) triginta mudd, et mudd tres waybāt; tres mensurae farinae (Matth. 13, 33, Luc. 13, 21) unaquaeque sā' »; cf. codd. Vat. copt. 70, ff. 91v-92v, Vat. copt. 71, f. 73r·v, Vat. copt. 73, ff. 131v-134 (Kircher, *Lingua Aegyptiaca restituta*, pp. 144-149), ubi pauciores sunt elenchi dictiones; [5] (ff. 258-269v) dictiones e libris sacris desumptae, sub titulo ويتلوه ايضا هولاى الاسماء مجمعة فسرت من الكتب المقدسة « Sequuntur adhuc haec nomina collecta, translata e libris sacris », inc.: ⲡⲓⲙⲉⲣⲱⲧⲡ الزيت الطيب « Oleum bonum »; des.: ϯⲑⲉⲙⲉⲗⲓⲕⲏ المغنية الراقصة « cantrix, saltatrix »; [6] (ff. 269v-286) dictiones e libris sacris desumptae, sub titulo ويتلوه ايضا هذا الكلام مجمع من الكتب المقدسة « Sequuntur adhuc haec nomina e libris sacris collecta », inc.: ⲧⲉⲥⲡⲟⲩⲧⲁ السيد « Dominus »; des.: ⲛ̀ⲟⲩⲟⲩⲣⲓⲧ الاهتدى « custos ».

4 (ff. 286-295v) Porta nona vocabularii auctore Abū 'l-Barakāt, absque titulo. [a] (ff. 286-289v) Sectio prima, elenchus vocabu-

lorum hebraicorum cum eorum interpretatione coptica et arabica; cf. codd. Vat. copt. 70, ff. 115v-117, Vat. copt. 71, ff. 93v-94v, Vat. copt. 72, ff. 123-126v, Vat. copt. 73, ff. 171v-174v, Kircher, op. laud., pp. 238-243. Sectioni praemittitur idem fere titulus ac in cod. Vat. copt. 72, f. 123; in fine f. 289v: ويتلوه ايضا كلام الاثناسيين « Sequuntur adhuc dictiones graecae »; [b] (ff. 290-295v), sectio altera, elenchus vocabulorum graecorum cum eorum interpretatione coptica et arabica; cf. codd. Vat. copt. 70, ff. 117-119, Vat. copt. 71, ff. 94v-96, Vat. copt. 72, ff. 126v-132v, Vat. copt. 73, f. 175r-v (des. mutil.), Kircher, op. laud., pp. 243-250. Titulus sectionis vix discrepat a titulo cod. Vat. copt. 72, f. 126v. Des. f. 295v: كمل السلم المبارك بسلام من الرب امين « Absoluta est scala benedicta. In pace Domini. Amen ».

5 (f. 296r-v) Nomina dierum et mensium coptitarum: [a] dierum, praemisso titulo اسماء الايام, inc.: ⲡⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉⲕⲩⲣⲓⲁ̀ⲕⲏ يوم الاحد « Dies dominica »; des. ⲡⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲥⲁⲃⲃⲁⲧⲟⲛ يوم السبت « dies sabbati »; [b] mensium, praemisso titulo اسماء شهور القبط, inc.: ⲑⲱⲟⲩⲧ توت « Thōout »; des.: ⲡⲓⲕⲟⲩϫⲓ ⲛ̀ⲁ̀ⲃⲟⲧ الشهر الصغير « mensis parvus ».

6 (ff. 297-313) Sectio tertia decimae portae, seu caput trigesimum, vocabularii auctore Abū 'l-Barakāt, absque titulo; cf. codd. Vat. copt. 70, ff. 120v-125, Vat. copt. 71, ff. 97v-101v, Vat. copt. 73, ff. 137v-152, Kircher, op. laud., pp. 255-272.

7 (ff. 313v-323v) Grammatica auctore Ibn Kātib Qaiṣar, fine mutila, praemissis بسم الاب ... اله واحد « In nomine Patris... Dei unici » et, in mg. superiore, alia manu, الشيخ ابن كاتب قيصر « Princeps Ibn Kātib Qaiṣar »; cf. codd. Vat. copt. 70, ff. 12v-20v, et Vat. copt. 71, ff. 11v-18, a quibus codex vix discrepat. Praefationem, cum versione latina, evulgavit A. Kircher, op. laud., f. 20v-p. (sic) 37, iuxta codicem Vat. copt. 71; vide dicta p. 525. Finem fecit librarius suae transcriptioni cum vocabulo ⲛⲁⲧⲫⲉ السمايات « caelestia » (Vat. 70, f. 16, col. b, lin. 14, Vat. 71, f. 14, lin. 6 a. fin., Kircher, op. laud., f. 27).

8 (ff. 323v-324v) Elenchus appellationum, manu posteriore exaratus, sub titulo هذا ما وجد من اسماء الرجال المفردة « Hoc est quod repertum est e nominibus virorum illustrium », inc.: ⲑⲉⲟ̀ⲫⲩⲗⲟⲥ سيد الكل « Dei amans » (ar.: « Dominus omnium »); des.: ⲉⲩⲗⲟⲃⲱⲥ موفق « pius ».

9 (ff. 329-325) Ordo ministerii sacerdotis, arabice, fine mutilus, praemissis بسم الاب ... الاله الواحد « In nomine Patris... Dei unici »

et titulo ترتيب خدمة الكاهن و[ضع]ناها مما اتفق عليه الاباء القديسين مقدمى ومعلمى البيعة المقدسة رزقنا الله بركة صلواتهم بما يقول الكاهن فى وقت خدمة الهيكل فى القداسات « Ordo ministerii sacerdotis quem collegimus ex iis de quibus convenerunt patres sancti, rectores et doctores sanctae Ecclesiae — concedat nobis Deus benedictionem orationum eorum —, quoad dicenda a sacerdote tempore ministerii altaris in liturgiis », inc.: اول ذلك ان يبتدى الكاهن بكسوة الهيكل ويغطى الكرسى الذى للكاس « Incipiet sacerdos parando altare et velo tronum operiet pro calice »; des.: وايضا اثنين عند ما يقول قبل السر الثانى لان كل مرة تاكلوا من هذا « dein duplex (signum crucis) dum ante secundam consecrationem dicit ' quotiescumque enim manducabitis hunc (panem) ' ».

Paucae emendationes occurrunt in codice.

Ductus directi chartae impressi, quibus scriptura suspenditur, lineas definiunt, transversi autem margines et columellas vocabulis arabicis pro opportunitate servatas. Complectitur codex ff. 11 fasciculi ⲁ̅ (ff. 1-11, [ⲁ̅] – [ⲓ̅], f. 5 extra seriem posito), quiniones ⲃ̅ – ⲗ̅ⲃ̅ (ff. 12-321, [ⲓ̅ⲁ̅] – ⲧ̅ⲕ̅) et ff. 8 fasciculi ⲗ̅ⲅ̅ (ff. 322-329, ⲧ̅ⲕ̅[ⲁ̅] – ⲧ̅[ⲕ̅ⲏ̅?]). Foliorum et quinionum notae necnon ornamenta fasciculorum incertae sunt manus. Notae foliorum unciales, quae tantum inde a f. 26 nitide servatae sunt, apparent in paginis rectis; notae foliorum cursivae, paulo inferius scriptae, leguntur ⲁ̅ – ⲧ̅ⲗ̅ⲁ̅, nota omissa in f. 102, et foliis 323, 324, 325, 326, notis ⲧ̅ⲕ̅ⲃ̅, ⲧ̅ⲕ̅[ⲅ̅], ⲧ̅ⲕ̅[ⲍ̅], ⲧ̅ⲕ̅ⲏ̅, signatis; ex cursiva notatione deducere fas est tria folia ⲧ̅ⲕ̅ⲇ̅, ⲧ̅ⲕ̅ⲉ̅, ⲧ̅ⲕ̅ⲋ̅, olim excidisse inter f. 324 et f. 325. Apparent fasciculorum notae in eorumdem plagulis extremis, summo angulo interno appositae, praeterquam initio fasciculi primi et in fine fasciculi ultimi; paginas illas extremas signat ornamentum lineis inter se innexis atramento effectum, diversae formae, ita tamen ut idem sit in fasciculo desinente ac in fasc. initiali sequente, inter inscriptiones ⲓ̅ⲥ̅ ⲭ̅ⲥ̅ in plagulis aversis et ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ « miserere mei » in plagulis rectis. Crux quae occupat f. 1^v et fenestra folii initialis exarata sunt lineis inter se innexis absque pigmento. Minio scripta sunt tituli, indicia grammaticalia in praefatione Iohannis as-Samannūdī, vocabula nonnulla, interpunctionis signa et quaedam lineolae super indicia grammaticalia praefationis auctore Ibn Kātib Qaiṣar; minio tactae sunt litterae marginales, litterae ⲫ, ϩ et ⳁ, lineolae quae signant voces coarctatas et finem sectionum atque eae quae superant indicia grammaticalia plurima in praefatione auctore Ibn Kātib Qaiṣar; vox ⲡⲓⲣⲱⲙⲓ f. 2 litteris exarata est caeteris maioribus. Folia nonnulla tineis corrosa sunt cum textus detrimento initio et in fine codicis; alia lacera refecta sunt charta recentiore. Anno 1935 exeunte quaedam folia proprium in locum restituta sunt imisque foliorum angulis rectis nova impressa est numeratio quam secuti sumus. In mg. int. f. 2, manu Hieronymi Vecchietti: *Portato da Egitto da me Girol*(am)*o Vecchietti l'an*(n)*o 1591 Gra*(m)*matica et* | *vocabulario*; in summo mg., diversa manu: *Nov. 73* (*3* mutatum in *2*) et in parte refecta: *76*; in imo mg., alia manu: *Num. 22*; f. 5^v: *Jo. Bap*(tis)*ta Raimundus Biblio*|*thecę Vaticanę dono dedit* | *ex Testamento, Anno 1614*; f. 329^v, varii calami: *20; Vat. 22; n. 76.* Vac. f. 1^r.

Integumentum, e membrana confectum, exhibet in dorso notam *76* auro impressam.

77. An. 1480 (= an. Mart. 1196, cf. f. 55), chart., mm. 253 × 175, ff. 75, linn. 11-19 et 10-13.

Codex continens Officium liturgicum in s. Iohannem Baptistam, bohairice et arabice, cum rubricis arabicis, paucis sectionibus versione arabica carentibus, necnon Vitam s. Iohannis Baptistae sancto Iohanni Chrysostomo adscriptam, arabice.

I (ff. 1-54) Officium liturgicum, praemissis ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ بسم الله «In nomine Dei» et titulo ما يجب قرائته فى عين كارم عيد مار يوحنا المعمدانى بسلام الرب وعونه امين «Quod legendum in 'Ain Kārim, in festo Mār Iohannis Baptistae. In pace Domini eiusque auxilio. Amen».

1 (ff. 1-11ᵛ) Die primo: vespere, sub nota ⲣ̅ⲁ̅, Ps. 110, 10, additis ⲗⲉⲝⲓⲥ ante ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉϥⲥⲙⲟⲩ et ⲁⲗⲗⲏⲗⲟⲩⲓⲁ in fine; Ioh. 1, 1-9; mane, Ps. 118, 160, et Ps. 85, 16 des. ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ, additis ⲗⲉⲝⲓⲥ inter utrumque versum et ⲁ̅ⲗ̅ in fine; Marc. 1, 1-8; I Cor., sub capitis nota ⲅ̅, 15, 50-58; I Petr. 1, 10-12; Act. 4, 1-4; Ps. 95, 1, 2 inc. ϩⲓϣⲉⲛⲛⲟⲩϥⲓ, add. ⲗⲉⲝⲓⲥ inter utrumque versum et ⲁ̅ⲗ̅ in fine; Luc. 1, 39-56, addito in fine والحمد لله «Et laus Deo».

2 (ff. 12-23ᵛ) Die secundo, sub titulo الخدمة ثانى يوم بعين كارم «Officium, die secundo in 'Ain Kārim»: vespere, Ps. 91, 13, 14 des. ⲙⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ, additis ⲗⲉⲝⲓⲥ post vers. 13 et ⲁ̅ⲗ̅ in fine; Matth. 4, 12-17; mane, Ps. 51, 10, add. ⲗⲉⲝⲓⲥ post ⲙⲡⲟ̅ⲥ̅ et ⲁ̅ⲗ̅ in fine; Matth. 11, 2-6; Hebr., sub capitis nota ⲝ̅, 13, 10-18 des. ⲉ̀ϩⲣⲏⲓ ⲉ̀ϫⲱⲛ; I Petr., sub capitis nota ⲓ̅ⲅ̅, 1, 25 inc. ⲫⲁⲓ ⲡⲓⲥⲁϫⲓ – 2, 6; Act., sub capitis nota ⲣ̅ⲡ̅ⲅ̅, 13, 34-39; Ps. 102, sub nota ⲣ̅ⲙ̅ⲏ̅, 20 des. ⲛⲉϥⲇⲩⲛⲁⲙⲓⲥ ⲧⲏⲣⲟⲩ, Ps. 148, 2, 1, add. ⲗⲉⲝⲓⲥ inter utrumque vers. et ⲁ̅ⲗ̅ in fine; Luc., sub capitis nota ⲃ̅, 1, 26-38, addito in fine والحمد لله «Et laus Deo».

3 (ff. 24-45ᵛ) Die tertio, praemisso titulo ⲁⲗⲕⲉ ⲙ̀ⲡⲓⲁ̀ⲃⲟⲧ ⲡⲁⲱ̀ⲛⲓ ⲡϫⲓⲛⲙⲓⲥⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓⲡⲣⲉϥϯ ⲱⲙⲥ سلخ شهر بؤونة ميلاد القديس يوحنا المعمدانى «Die ultimo mensis paōni, Nativitas s. Iohannis Baptistae»: vespere, Ps. 51, sub nota ⲛ̅ⲃ̅, 10 des. ⲡⲏⲓ ⲙ̀ⲫϯ, 11 inc. ϯⲛⲁⲁ̀ⲙⲟⲛⲓ, additis ⲗⲉⲝⲓⲥ inter utrumque vers. et ⲁ̅ⲗ̅ in fine (vacat columella textui arabico servata); Luc., sub notis ⲕ̅, ⲟ̅ⲁ̅, ⲟ̅ⲇ̅, 7, 28-35; mane, Ps. 91, 11, 15 inc. ⲉⲩⲉ̀ϣⲱⲡⲓ, 16 des. ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ, bohairice tantum, addito in fine ⲁ̅ⲗ̅; Matth., sub notis ⲕ̅ⲍ̅, ⲟ̅ⲇ̅, ⲣ̅ⲏ̅, 11, 11-19; Hebr., sub notis ⲑ̅, ⲙ̅ⲉ̅, ⲙ̅ⲏ̅, 11, 32-12, 2; I Petri, sub capitis nota ⲅ̅, 2, 11-17 (arab. 2, 11-21, addita minio nota librarii

post vers. 17: زايد في العربي « redundans in arabico »; textus des. mutilus, mg. cultro glutinatoris resecto); Act., sub notis ⲕ̄, ⲟ̄ⲑ̄, ⲡ̄ⲉ̄, 7, 8-25 (inde a vers. 23 desideratur textus arabicus, addita minio nota librarii: هذا ما وجد بنسخة العربي « Hoc est quod repertum est in libro arabico »); Ps. 91, 13, 14, add. ⲗⲉⲝⲓⲥ inter utrumque vers. et ⲁ̄ⲗ̄ in fine (vacat textus psalmi arabicus; quae enim scripta sunt in columella minioque verbo سهو « negligentia » cancellata, initium referunt evangelii sequentis); Luc., sub notis ⲗ̄, ⲍ̄, 1, 57-80, addito in fine والحمد لله « Et laus Deo ». In imo mg. f. 45ᵛ, minio: كملت الفصول بسلام الرب وعونه « Absolutae sunt sectiones. In pace Domini et auxilio eius ».

4 (ff. 46-54) Ṭurūḥāt in Nativitatem s. Iohannis Baptistae, sub titulo et invocatione طروحات ميلاد مار يوحنا في الثلثين من شهر بؤونة بسلام الرب وعونه وشفاعته تكون معنا وتخلصنا من خطايانا امين « Ṭurūḥāt in Nativitatem Mār Iohannis die trigesimo mensis ba'ūnah. In pace Domini eiusque auxilio. Precatio illius sit nobiscum ipseque nos eripiat a peccatis nostris. Amen ». ᵃ (ff. 46-48ᵛ) Psallia (ⲯⲁⲗⲓ, طرح) Batos, inc.: ⲡⲓϧⲏⲃⲥ ⲉ̀ⲧⲁϥⲉ̀ⲣⲟⲩⲱⲓⲛⲓ المصباح المضى « Lucerna illuminans »; des.: الرب الاله اسرايل فله ينبغي المجد الى الابد وعلينا رحمته امين « Dominus, Deus Israel, ipsum decet laus in saeculum; et super nos misericordia eius. Amen »; tertiae paragrapho praemittit librarius ثاني ربع « secunda tetrasticha »; inde a paragrapho septima desideratur textus copticus. Psalliae duae priores paragraphi necnon tertia cum septima leguntur coptice apud de Lacy o' Leary, *The Difnar of the Coptic Church*, Londini, 1926-1930, fasc. 1, p. 2, col. a, linn. 17-22, et 29-35; paragraphi tertia ad septimam, ibid., fasc. 2, p. 59, col. b, lin. 4 a. fin.-p. 60, col. a, lin. 11; paraphus octava, ibid., p. 60, col. a, linn. 15-17, paragraphus nona, ibid., col. b, linn. 1-3; reliqua psalliae pars (f. 47ᵛ, lin. 6-f. 48ᵛ, lin. 3 a. fin.) reperitur fere ad litteram in prologo Vitae s. Iohannis Baptistae (vide infra), f. 73, linn. 3-7 (cf. de Lacy o' Leary, op. laud., fasc. 1, p. 2, col. b, linn. 18-22), f. 75ᵛ, lin. 6-f. 75, lin. 4 a. fin., f. 75, lin. 3 a. fin.-f. 74ᵛ, lin. 1, cui prologo auctor etiam inseruit textum arabicum novem priorum paragraphorum, vide f. 74, lin. 5 a. fin.-f. 73, lin. 3. In fine psalliae: كمل الطرح الواطس بسلام الرب وعونه امين « Desinit ṭarḥ Batos. In pace Domini et eius auxilio. Amen »; ᵇ (ff. 49-50) psallia Adam, praemisso titulo وله طرح ادم تقول مديح مبجل القديس العظيم في مواليد النسا السابق الصابغ مار يوحنا المعمدان شفاعته تكون معنا وتحرسنا امين « Et in ipsum ṭarḥ Adam;

dices laudem in sanctum, potentem inter natos mulierum, praecursorem, baptistam, Mār Iohannem Baptistam; sint preces eius nobiscum et custodiat nos. Amen », inc.: ϫⲉⲣⲉ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡϣⲏⲣⲓ ⲛ̀ⲍⲁⲭⲁⲣⲓⲁⲥ السلام ليوحنا ابن زكريا « Salve Iohannes, fili Zachariae »; des.: ϫⲉⲣⲉ ⲡⲓⲡⲣⲟⲫⲏ-⟨ⲧⲏⲥ⟩ ⲡϫⲱⲕ ⲛ̀ⲛⲓⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ السلام للنبى كمال الانبيا بركاته تكون معنا الى ابد الابدين امين « salve propheta, perfectio prophetarum; benedictiones eius sint nobiscum in saeculum saeculorum. Amen »; quinque priores paragraphi leguntur coptice, ordine tamen diverso, apud de Lacy o' Leary, op. laud., fasc. 1, p. 3, col. a, linn. 24-35, fasc. 2, p. 59, col. b, linn. 19-29; tres postremae propriae sunt codici; c (ff. 50v, 51) doxologia ⲙ̀ⲡⲉⲟⲩⲟⲛ ⲧⲱⲛϥ, bohairice tantum, ut in cod. Vat. copt. 36, f. 313r-v (p. 163); d (f. 51r-v) doxologia ⲁϥⲉⲣⲙⲉⲑⲣⲉ, bohairice tantum, ut in cod. Vat. copt. 36, ff. 313v, 314 (p. 163); e (ff. 51v-53) responsorium (ⲃⲱϩⲉⲙ) ⲟⲩⲣⲁⲛ ⲛ̀ϣⲟⲩϣⲟⲩ cum paralexi ⲕⲟ̅ⲥⲓ, bohairice tantum, ut in cod. Vat. copt. 39, ff. 214-216 (p. 206); f (ff. 53-54) doxologia, praemissa rubrica تقال بطول صوم الرسل فى التوزيع بسلام الرب وعونه امين « Dicitur in ieiunio apostolorum, infra distributionem. In pace Domini et auxilio eius. Amen », inc.: ⲁⲥⲱⲙⲉⲛ ⲧⲱ ⲕ̅ⲉ̅ « Cántemus Domino », ut apud Cl. Labib, ⲡϫⲱⲙ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲯⲁⲗⲙⲱⲇⲓⲁ̀ ⲉ̅ⲑ̅ⲩ̅, Cahirae, 1908, pp. ⲫ̅ⲍ̅ⲩ̅-ⲫ̅ⲍ̅ⲉ̅, non tamen absque mendis in codice et deficiente textu arabico.

II (ff. 75v-55v) Vita s. Iohannis Baptistae s. Iohanni Chrysostomo adscripta, arabice, praemissis بسم الاب [... الله الواحد] « In nomine Patris... Dei unici » et titulo سيرة ميلاد العظيم فى مواليد النسا [وهو] السابغ السائح القديس مار يوحنا المعمدانى فى سلخ شهر بؤونة شفاعته تكون معنا وتخلصنا من خطايانا بسلام من الرب وعونه امين « Enarratio nativitatis viri potentis inter natos mulierum, et ipse est baptista (lege الصابغ), asceta, sanctus Mār Iohannes Baptista, ultimo die mensis ba'ūnah; preces eius sint nobiscum ac servent nos a peccatis nostris. In pace Domini et auxilio eius. Amen ». a (ff. 75v-72v) Prologus, inc.: قال القديس لوقا الانجيلى « Sanctus Lucas evangelista dixit »; des.: السلام للشهيد القديس الطاهر السابق الملاك المرسل امام سيده يوحنا المعمدانى « Pax martyri sancto, puro, praecursori, nuntio, misso ante Dominum suum, Iohanni Baptistae »; prologus ille, ut supra iam relatum est, variis ex psalliis magna ex parte conflatus est; b (ff. 72v-55v) Vita s. Iohannis Baptistae, cum praefatione (f. 72v-r) de supposito auctore huius vitae, Iohanne Chrysostomo, et de adiunctis in quibus ille vitam

composuisse refertur; inc. (f. 72, lin. 7): قال ان قد حركنى قابى لاقول يسيرا من كرامة القديس النبى السابق الملاك الرسول « Dixit: Cor meum impellit me ut pauca referam de praecellentia sancti, prophetae, praecursoris, nuntii, apostoli »; des.: ويوطنا فى بلادنا بنعمة ورافة ⟨و⟩محبة البشر التى لربنا والهنا ومخلصنا يسوع المسيح الذى له المجد ... الى دهر الداهرين امين « ut collocet nos in terram nostram, gratia et clementia et hominum dilectione quae est Domini nostri et Dei nostri et Servatoris nostri Iesu Christi, cui laus... in saeculum saeculorum. Amen ».

Occurrunt in codice paucae emendationes varii calami; ff. 24ᵛ et 40ᵛ, manu posteriore iterati sunt tituli atramento.

Codex, cuius margines praesertim in foliis summis charta recentiore refecti sunt, omni caret foliorum nota numerica coptica; indicia quinionis quarti necnon quinti apparent in f. 30 (ⲇ̅ الكراس) et f. 40 (ⲉ̅ الكراس). Folium primum decorat fenestra minio tacta manuque exarata rudi et imperita; lectionum litterae initiales praegrandes sunt, inter quas litterae ⲓ et ⲧ usque ad imum marginem producuntur; prima linea textus f. 1 caeteris est amplior. Minio scripta sunt tituli plerique, quaedam rubricae, folii 1 linea secunda et in f. 46ᵛ interpunctionis signa quibus alibi codex caret; minio tactae sunt paucae litterae initiales; titulus vitae s. Iohannis Baptistae partim atramento rescriptus est. Sectiones communiter concluduntur linea ductibus effecta cum punctis. Specimen scripturae f. 21 (olim 23) phototypice edidit H. Hyvernat, *Album*, tab. LII 2. Folia pleraque codicis tineis leviter corrosa sunt.

Librarii subscriptiones: f. 45ᵛ, قول الله يرحم مرقص الخاطى ويغفر خطاياه امين « Dic: Domine, miserere Marci peccatoris et condona ei peccata sua. Amen »; f. 54, قول من جوارح قلبك ومن صميمه بكل همة يا رب | ارحم مرقص الخاطى المرذول الذليل الجزير الغارق | فى نحار خطاياه الناقص فى كل شى العادم التدبير وارحمه | هو وجميع بنى المعمودية ومن قال شى له امثاله | امين والسبح الله دائما ابدا « Dic ex omnibus cordis tui viribus, ex imo corde, enixe: Domine, miserere Marci peccatoris, vilis, miseri, abscissi, immersi in maribus peccatorum suorum, in omni re imperfecti, carentis doctrina, et miserere eius et omnium baptizatorum; qui dixit aliquid par sit ipsi retributio. Amen. Laus Deo in perpetuum, in aeternum »; f. 55, مما عمل برسم القديس الشريف عوض الله المهتم والناسخ | والقارى والسامعين والرب (supra lin. يغفر) خطاياهم امين « Haec sunt quae in sanctum illustrem exarata sunt; Deus retribuat curatori, librario, lectori et auditoribus, et Dominus condonet peccata eorum. Amen »; اذكر يا رب عبدك الخاطى كاتب هذه الاحرف واغفر له | خطاياه وكلمن سال فى ذلك الرب الاله يعوضه عوض | عن الواحد ثلاثين وستين ومايه ك(تب) بتاريخ سابع عشر شهر بؤونة سنة ⲁ̅ⲣ̅ⲡ̅ⲉ̅, | للشهداء الاطهار رزقنا الله بركاتهم امين « Memento, Domine, servi tui peccatoris qui scripsit has litteras et condona ei peccata sua; et omnis qui ad hoc oraverit, Dominus Deus retribuat ei pro uno triginta et sexaginta et centum. Scriptum est in epocha (diei) decimi septimi mensis ba'ūnah, anni 1196 Martyrum purorum (= an. D. 1480; Hyvernat, op. laud., p. 18: an. Mart. 1186, an. D. 1470); concedat nobis Deus

benedictiones eorum. Amen »; | اذكر يا رب عبدك القس جرجس فى ملكوت السموات وعبدك مرقص الخاطى واغفر خطاياهما بطلبات من قبلت | طلباتهم امين والسبح لله دائما {ابدا}ابدا « Memento, Domine, servi tui presbyteri Georgii in regno caelorum et servi tui Marci peccatoris, et condona ambobus eorum peccata per orationes illius quae eorum preces accipit. Amen. Laus Deo in perpetuum, in aeternum ». Notae lectorum: f. 9, in summa pagina, الرب نورى ومخلصى | ممن اخاف الرب نافر « Dominus illuminatio mea et servator meus, a quo trepidabo (Ps. 26, 1); Dominus victor », additis a dextris paucis verbis quorum sensus nos latet; in mg. externo, eadem manu, | الذى | اذكر يا رب | عبدك جرجس | الرب نورى ومخلصى ممن « Qui; memento, Domine, servi tui Georgii; Dominus illuminatio mea et servator meus, a quo »; f. 55, in ima pagina, اذكر يا رب عبدك كاتب | هاذه الحروف فى ملكوتك | امين امين امين « Memento, Domine, in regno tuo servi tui qui scripsit has litteras. Amen, amen, amen ». Folio, custodiae modo in fine adiecto, agglutinata est schedula in plagula aversa notulam exhibens de codicis tenore, amanuensibus et aetate, in qua nonnulla emendanda sunt; in simili folio recto, initio codicis: *77*; in acie foliorum superiore, nota *D I 8*, qua in bibliotheca nobis incognita codex olim signabatur. Anno 1935 exeunte, ff. 28 et 29 (olim 1 et 2) in proprium locum restituta sunt.

Codicis tegumentum e membrana confectum in dorso exhibet, atramento scripta, notam *77* atque, inverse legendum, sub nota erasa *D I 8: Interpre|tratio* (sic) | *Eua*(n)-*gelioru*(m) | *e ling*(u)*a Arabae* necnon, alio ut videtur calamo, sub ornamento lineis inter se innexis delineato: *coft.*

78. An. 1722 (= an. Mart. 1438, cf. f. 105^{v}), chart., mm. 235 × 180, ff. 142, linn. 13.

Liturgia s. Basilii et ordo thurificationis vespertinae et matutinae, bohairice et arabice, cum inscriptionibus arabicis. Exscriptus est codex e cod. Vat. copt. 19, non tamen absque mendis, paucis interdum ex consulto mutatis; praecipuas discrepantias hic notamus.

1 (ff. 3-105^{v}) Liturgia s. Basilii, praemissa invocatione بسم الله « In nomine Dei »; cf. cod. Vat. copt. 19, ff. 2-108^{v}. [1] (ff. 3-51) Ordo communis (Vat. 19, ff. 2-51^{v}); f. 19^{v}, in Absolutione ad Filium, post s. Marcum om. Severum et Dioscorum; f. 20^{v}, ibid., pro **ⲛ̀ⲁⲣⲭⲏⲉ̀ⲣⲉⲩⲥ ⲡⲁⲡⲁ ⲁⲃⲃⲁ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ** (Iohannes XVI), habet... **ⲁⲃⲃⲁ ⲛⲓⲙ**; item, ff. 23 et 42^{v}, in oratione pro patriarcha; f. 23, oratio pro congregatione des.: **ⲙⲏⲓⲥ ⲉⲑⲣⲟⲩϣⲱⲡⲓ** (Vat. 19, f. 23, lin. 2 a. fin.); [2] (ff. 51^{v}-105^{v}) anaphora s. Basilii (Vat. 19, ff. 52-108^{v}); f. 76^{v}, in commemoratione Sanctorum, omissis Severo et Dioscoro, transit ad **ⲡⲓⲁ̀ⲅⲓⲟⲥ ⲉⲑⲛⲉⲥⲓⲟⲥ** (Athanasius) **ⲡⲓⲁ̀ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ**; ibid., f. 79^{v}, enumeratio sanctorum des. post **ⲅⲉⲗⲗⲓⲛⲓⲕⲟⲥ**, omisso nempe: Pisenthius... Barsoma nudus;

f. 82^{v}, in oratione benedictionis, pro iterato nomine Gabrielis (Vat. 19, f. 85$^{r \cdot v}$) habet duplicem ductum.

2 (ff. 107-142) Ordo thurificationis vespertinae et matutinae; cf. cod. Vat. copt. 19, ff. 110-144. [1] (ff. 107-129^{v}) Ordo thurificationis vespertinae (Vat. 19, ff. 110-131^{v}); f. 116^{v}, in commemoratione sanctorum, pro ⲁⲃⲃⲁ ⲓ̅ⲱ̅ⲁ̅ (Vat. 19, f. 119^{v}) habet ⲁⲃⲃⲁ ⲛ̅ⲓ̅ⲙ̅, item, f. 124, in oratione post Evangelium; f. 126, in oratione pro seminibus plane omittit verba ⲛ̀ⲧⲉ ⲧⲕⲟⲓ quae cod. Vat. 19, f. 128, in textu omissa, in mg. adiecit; plagula recta f. 123, ductibus cancellata, eumdem exhibet textum ac f. 124^{r}; [2] (ff. 130-142) ordo thurificationis matutinae (Vat. 19, ff. 132-144).

Caret codex omni fasciculorum distinctione; folia in summis plagulis aversis signantur, non sine mendis, ⲁ̅ – ⲡ̅ⲑ̅ (ff. 1-89), ⲣ̅ – ⲣ̅ⲑ̅ (ff. 90-99), ⲥ̅ – ⲥ̅ⲃ̅ (ff. 100-102); imis autem foliis impressa est enumeratio nova quam secuti sumus. Minio exarata sunt tituli et rubricae fere omnes, linea prima vel secunda vel lineae secunda et tertia quarumdam orationum et interpunctionis signa praeterquam quibusdam in plagulis; minio tacta sunt litterae marginales maiores et minores, litterae ⲫ, ϩ et ϭ, paucis exceptis, ductus super voces coarctatas et notas numericas necnon, aliquando, super voces ⲁⲙⲏⲛ et ⲛⲓⲙ, litterae maiores quibus conficitur quarumdam lectionum vel orationum linea prima, ornamenta quae comitantur subscriptiones et ductus quibus concluduntur sectiones nonnullae. F. 2^{v} occupat crux lineis inter se innexis atramento effecta et minio obducta inter inscriptiones ⲁ̅ ⲱ̅, ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲩ̅ⲥ̅ ⲑ̅ⲥ̅ minio tactas; f. 48^{v}, ornamentum seu rhombus similis indolis cum inscriptionibus rubris ⲁ̅ ⲱ̅; f. 123^{v}, pigmento rubro obducta sunt ornamenta quinque circino delineata, e quibus figuram mediam includunt inscriptiones ⲁ̅ ⲱ̅, ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲩ̅ⲥ̅ ⲑ̅ⲥ̅, minio tactae, et يسوع المسيح ابن الله « Iesus Christus Filius Dei »; in summa plagula notavit librarius: سهو وغلط وعلى الرب الغفران منكم السماح « Error et lapsus; venia a Deo, a vobis benivolentia ».

Librarii subscriptiones: f. 48, اعلم ياخى ان هذا سهو منى لانى | فكرى كان فى الذين عنه الرهبان فى جبل | مقاريوس ونطلب منكم ومن الله العفو | والمغفرة عن ذلك والله يغفر خطايانا الجميع | وجميع شعبه المسيحين من مشارق الشمس | الى مغاربها ومن الشمال الى اليمين بصلاوة الـت | السيدة وجميع الشهدة والقديسين امين « Scito, frater mi, hunc errorem esse meum, ego nempe — cogitatio mea erat in rebus extraneis — monachus in monte Macarii; rogamusque vos et Deum indulgentiam et veniam hac in re, et Deus condonet peccata nostra omnia et omnis populi sui ab ortu solis ad eius occasum, a septemtrionibus ad meridiem, precibus dominae Dominae et omnium martyrum atque sanctorum. Amen »; f. 105^{v}, تم وكمل قداس القديس باسياوس بعون الله تعالى | وكان الفروغ منه فى (supra lin. يوم) الثلث ثلثين من شهر حزيران | من شهور سنة الف وسبعماية واثنين وعشرين | للتجسد الالهى الموافق لسنة الشهدة الاطهار | سنة الف اربعماية وثمانية وثلثين والمهتم بذلك | الاب المكرم وحيد عصره وفريد دهره كاهن الله | العالى الفرع الزاهر والاصل الطاهر اينا الاب الخورى | يوسف احد كهنة مارى

بطرس فى رومية نطلب من | (f. 106) الست السيدة والسيد المسيح ان يعوضه ذلك غفران | خطاياه
بصلاة من قبلة صلاوتهم امين وكاتب الاحرف الحقير | احد رهبان مقاريوس خادم دير الست السيدة |
بابرموس (sic) يطلب من كل من وقف على هذه الكتاب يدعوا | له بغفران الخطايا ومن قال شيا فله
عوضه والله | الموفق للصواب وللرب المجد دايما ابدا سرمديا | امين يواهب العقل والادب اغفر لمن
قرا من كتب « Desinit et absoluta est liturgia sancti Basilii auxilio Dei, exaltetur! Et fuit finis huius feria tertia, (die) trigesimo mensis ḥazīrān ex mensibus anni millesimi septingentesimi vigesimi secundi ab Incarnatione divina qui respondet anno purorum Martyrum millesimo quadringentesimo trigesimo octavo. Qui curam hac in re habuit est pater venerandus, unicus suae aetatis nec similem habens in suo saeculo, sacerdos Dei altissimi, cacumen irradians et radix pura, pater noster sacerdos Ioseph (Assemani), unus e presbyteris Mar Petri Romae. Rogamus dominam Dominam et Dominum Messiam ut commutet ei illud in veniam peccatorum suorum per preces illius quae eorum preces accipit. Amen. Et litterarum (harum) scriptor pauper, unus e monachis Macarii, minister monasterii dominae Dominae in Baramus, rogat quemcumque in hoc libro operam daturum ut deprecetur pro eo veniam peccatorum et qui dixerit aliquid ei hoc commutetur, et Deus adiutor est intelligentiae. Sit Domino laus in perpetuum, in saeculum, semper. Amen. O dator intelligentiae et disciplinae, ignosce legenti <et> scriptori ». Subscriptiones ff. 51 et 142 nudae transcriptiones sunt e cod. Vat. copt. 19, ff. 51v et 144, quas vide p. 71. In summo folio recto, laterculo anteriori custodiae modo adiecto, varia manu: *Ex libris Ios. Assemani,* lineola cancell.; *1730* | *manu P. Macarii monachi Copti; I Copt; Asseman*(i); *79,* plumbo cancell.; in summo laterculo interno posteriore, notula erasa: *Asseman...*(?). Vac. ff. 1r-v; 2r, 142v.

Codex, cuius foliorum acies deaurata est, habet integumentum e corio rubro confectum, exhibens in dorso et in operculis ornamenta auro impressa.

79. Saec. XVIII in., chart., mm. 225 × 165, ff. 38, linn. 13.

Codex liturgicus continens Ordinem lampadis et Ordinem solutionis cinguli die octavo post baptismum, arabice cum paucis lectionibus vel initiis bohairicis; folia more arabico in retrocessu sunt legenda. Exscriptus est e cod. Vat. copt. 55, paucis tantum mutatis vel indiligentia librarii neglectis. Codicis versionem latinam evulgavit H. Denzinger, *Ritus orientalium,* t. II, Wirceburgi, 1863, pp. 501-506.

1 (ff. 2-32) Ordo lampadis; cf. cod. Vat. copt. 55, ff. 1v-50. [1] (ff. 2-8) Prima oratio (Vat. 55, ff. 1v-12v); f. 4v, in ultima invocatione habet tantum « pro servo tuo N. », Vat. 55, f. 5v, « pro servo tuo Iob et N. »; [2] (ff. 8-10v) oratio secunda (Vat. 55, ff. 13-16v); [3] (ff. 10v-13v) oratio tertia (Vat. 55, ff. 17-22); [4] (ff. 13v-17v) oratio quarta (Vat. 55, ff. 22v-28); [5] (ff. 18-19v) oratio quinta (Vat. 55, ff. 28v-32); [6] (ff. 20-22) oratio sexta (Vat. 55, ff. 32v-36);

add. in fine: كملت الطلبة السادسة بعون الله تعالى امين « Desinit oratio sexta Deo iuvante, exaltetur! Amen »; [7] (ff. 22-26) oratio septima (Vat. 55, ff. 36ᵛ-40ᵛ); orationi addit codex versionem arabicam; [8] (ff. 26-29) unctio infirmi (Vat. 55, ff. 41-45ᵛ); [9] (ff. 29ᵛ-32) oratio pro eo qui moriturus est (Vat. 55, ff. 46-50ᵛ).

2 (ff. 32 35) Ordo solutionis cinguli baptizatorum; cf. cod. Vat. copt. 55, ff. 51-54ᵛ.

Codex, qui eiusdem amanuensis est ac cod. Vat. copt. 78, nullam servavit fasciculorum distinctionem; in summis foliis rectis notas copticas praebet cursivas ⲁ̄ – ⲓ̄ⲁ̄ (ff. 1-11), ⲓ̄ⲁ̄ (sic) – ⲗ̄ⲇ̄ (ff. 12-35); nuper instructus est enumeratione, imis ff. impressa, quam secuti sumus. Usus minii fere idem est ac in codice praecedenti. In folio recto laterculo anteriori custodiae modo adiecto: *Copt. 78* (*78* plumbo cancell.); in plagula interna operculi posterioris: *Assem*(ani) *2 Copt.* (*2 Copt.* in rasura). Vac. ff. 1ʳ·ᵛ, 35ᵛ-38ʳ.

Integumentum e corio rubro confectum ornamenta praebet aurea in operculis et in dorso. Deaurata est acies foliorum.

80. Codex, hodie deperditus, ita describitur apud A. Mai, *Scriptorum veterum nova collectio*, t. V, Romae, 1831, p. 170: « Octogesimum inter codices copticos vix tenere possunt locum ecclesiastica quaedam dissoluta fragmenta perexigua et vetustate variisque casibus consumpta ».

81. An. 1722 (= an. Mart. 1439, cf. f. 104ᵛ), chart., mm. 245 × 185, ff. 139, linn. 12, 13.

Liturgia s. Basilii et ordo thurificationis vespertinae et matutinae, bohairice et arabice, cum inscriptionibus arabicis, adiecto, ff. 138, 139, fragmento liturgico e Missali, bohairice, cum rubricis arabicis. Eiusdem librarii est ac codex Vat. copt. 78 ex quo exscriptus fuit, paucis tantum adiectis vel mutatis, quique ipse, ut dictum, desumptus est e cod. Vat. copt. 19; nonnulla posteriore manu adiecta sunt; discrepantias praecipuas notamus.

1 (ff. 3-104ᵛ) Liturgia s. Basilii; cf. cod. Vat. copt. 78, ff. 3-105ᵛ. [1] (ff. 3-50) Ordo communis (Vat. 78, ff. 3-51); [2] (ff. 50ᵛ-104ᵛ) anaphora (Vat. 78, ff. 51ᵛ-105ᵛ); f. 50ᵛ, in ima pagina, minio adiecta sunt (ita mendose ut vix intelligi possint) responsa graeca populi quae leguntur f. 51; f. 71ᵛ, linn. 3-13, erronee scripsit librarius translationem arabicam quae recte legitur f. 72, linn. 2-13 (Vat. 78, f. 73); eidem autem ductibus cancellatae, suffecit textum genuinum iuxta columellam;

f. 78, ductu cancellavit ⲁⲃⲃⲁ ⲥⲁⲙⲟⲩⲏⲗ ⲡⲓⲟⲩⲗⲟⲅⲓⲧⲏⲥ in textu coptico, textu arabico integre servato; paulo infra omisit ‘abba Apollo’, coptice et arabice; in fine autem, post ⲁⲡⲉ ϩⲱⲣ, omissis quae habet Vat. 78, f. 79, lin. ult.–f. 79ᵛ, lin. ult. (ⲛⲉⲙ ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲁⲡⲁ ⲫⲓⲥ... ⲛⲉⲙ ⲡ̀ⲭⲱⲣⲟⲥ ⲧⲏⲣϥ ⲛ̀ⲧⲉ), transit ad conclusionem ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ ⲛ̀ⲧⲉⲕ.

2 (ff. 105-137ᵛ) Ordo thurificationis vespertinae et matutinae; cf. cod. Vat. copt. 78, ff. 107-142. [1] (ff. 105-125) Ordo thurificationis vespertinae (Vat. 78, ff. 107-129ᵛ); [2] (ff. 125ᵛ-137ᵛ) ordo thurificationis matutinae (Vat. 78, ff. 130-142).

3 (ff. 138-139ᵛ) Fragmentum liturgicum ex Missali, bohairice, cum rubricis arabicis. [a] (f. 138) Praemisso titulo الترحيم الكبير « Diptycha magna », oratio ⲟⲩⲟϩ ⲛⲁⲓ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲃⲉⲛ « Et miserere omnium » (Tuki, ⲡⲓϫⲱⲙ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓϣⲟⲙⲧ ⲛ̀ⲁⲛⲁⲫⲟⲣⲁ, p. ⲣ̅ⲗ̅ⲁ̅, in Missa s. Basilii), addito in fine ⲁ̀ⲣⲓⲕⲁⲧⲁⲝⲓⲟ̀ⲓⲛ ⲙⲁ ⟨ⲙ̀ⲧⲟⲛ⟩ « Dignare dare requiem » cum notula « haec desumuntur ex anaphora Basiliensi »; [b] (f. 138) oratio ⲁ̀ⲣⲓⲫ̀ⲙⲉⲩⲓ̀ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲛ̀ⲛⲓⲕⲉϫⲱⲟⲩⲛⲓ « Memento, Domine, illorum » (Tuki, op. laud., p. ⲥ̅ⲗ̅ⲉ̅, in Missa s. Gregorii), cum invocatione populi ⲃⲱⲗ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϫⲱ ⲉ̀ⲃⲟⲗ « Solve, remitte », initium tantum (Tuki, ibid.); [c] (f. 138ʳ·ᵛ) orátio sacerdotis ⲛ̀ⲑⲟⲕ ⲅⲁⲣ ⲡⲉ ⲫϯ ⲡⲓⲛⲁⲏⲧ « Tu enim es Deus misericors », cum invocatione ⲱⲥⲡⲉⲣ ⲓⲛ, initium tantum, ante verba ϩⲓⲛⲁ ⲛⲉⲙ ϧⲉⲛ ⲫⲁⲓ « ut in hoc » quibus desinit oratio (Tuki, pp. ⲥ̅ⲗ̅ⲉ̅, ⲥ̅ⲗ̅ⲍ̅), et responso populi ⲕⲉ ⲧⲟ ⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ⲧⲓ ⲥⲟⲩ (Tuki, p. ⲥ̅ⲗ̅ⲏ̅); [d] (ff. 138ᵛ-139ᵛ) oratio sacerdotis ⲡⲉⲛⲛⲏⲃ ⲡⲉⲛⲥⲱⲑ(ⲏ)ⲣ « Domine, Servator noster »; des.: ⲡⲓⲡⲁⲛⲧⲟⲕⲣⲁⲧⲱⲣ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ « omnipotens, Domine, Deus noster » (Tuki, pp. ⲥ̅ⲗ̅ⲏ̅, ⲥ̅ⲗ̅ⲑ̅), spatio vacuo relicto in codice pro partibus populi quas hábet Tuki; in fine: ⲁⲙⲏⲛ ⲁ̀ⲙⲏⲛ ⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲝⲁⲥⲑⲉ ⲕ̅ⲉ̅· ⲕⲉ ⲧⲟ ⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ⲧⲓ ⲥⲟⲩ, ábsque rubricis (Tuki, pp. ⲥ̅ⲗ̅ⲑ̅, ⲥ̅ⲙ̅).

Nonnullae occurrunt in codice emendationes et additiones varii calami.

